



152 1


ARISTOTELIS STAGIRITAE DE PHYSICO AVDITV LIBRI OCTO,


Ex optimis exemplaribus Græcis, iuxta literam & translationem veterem recogniti,


Cum ſcholijs, argumentis, ac varietatibus lectionum nuper additis.

Auerrois Corduben. Digreſsiones omnes in eoſdem.

ACCESSERVNT CONTRADICTIONES *ac ſolutiones in dictis Ariſtotelis & Auer. abſolutæ per ſolertiſsimum Marcum Antonium Zimarram, quas nuper in lucem dedimus.*







Venetijs Apud Plinium Petramſanctam
M. D. LIIII.

IN PHISICAE ACROASEOS LIBRVM PRIMVM,

Raphaelis Volaterrani Eisagoge.



VIVSCEMODI libri argumentum est de principiis inuestigare, quoniam nosse, quidem entia, sicuti caeteras doctrinas, haud aliter contingit, quàm si horum causae ac elementa prius cognoscantur. Principia uerò alia apud alios existimãtur. Quoniam autem cõmunis est ea dignitas apud omnes philosophos, E nihilo nihil gigni, sed omnia ex aliquo existente, uerũ simpliciore ac puriore, vt principij principium non quaeramus, & aliud simplicius, Melissus & Parmenides vnum ens, sed alter, finitum & mobile, alter uerò Melissus infinitum & immobile posuere: Quam quidem opinionem, in qua & Plato fuit, postquàm nonnullis Aristoteles rationibus confutauit, ens ponit similiter et ipse vnum, sed aequiuocum solus omnium, contra Platonem praecipuè ac superiores: quum & illi praeter substantiam, quicquid esset, id est, accidens non esse dictitando, ens planè alterum fateri viderentur, de quo etiam in Metaphysica pluribus disseram, Post haec eos refellit, qui paulò naturalius ac altius de his loquuti sunt, sanè omnes in uno conuenientes, ut ex contrarijs principia constent. Nonnulli densum & rarum, Plato paruũ & magnum, alij par & impar, aut concordiam & discordiam, aut calidum & frigidum, aut humidum & siccum; alij quandam congregationem & secretionem. Anaxagoras ClaZomenius homoeomerias subijcit, id est, è pluribus minimis partibus similibus integrum aliquod simile fieri; ut ex atomis ignis, ignem, Democritus & Leucippus ex his atomis, quae in sole per aëra tenuissima puluereaq; apparent, cuncta cõstituebant. Empedocles una cum quatuor elementis amicitiam & inimicitiam, quod è sympathia

elementorum,id est concordi rerum discordia res procreatæ coirent. Thales Milesius aquam,quod in ea cætera continentur elementa. Primùm enim terreum quiddam in ea subsistit, deficiẽs in aëra resoluitur,& ex aëre demum tenuissimo ignis procreatur. Hippo.& Diogenes aërem,quod occultiores in eo differentias uiderent,ut calidi & humidi, Heraclitus Ephesius ignem, ut reliquorum tenuißimum, Pythagoras numeros,& monada identitatis,dyada uerò alteritatis esse. sic enim inopia uocabulorum appellari liceat, quòd uidelicet res fierent, cùm planè in unum coirent ;ac tunc desinerent,cùm in plura rursus dissoluerentur. His alia coël mĩcta adijciebat. Hesiodus Chaos dixit in Theogonia,(ἤτοι μὲν πρώτιστα χάος γένετ᾽ αὐτὰρ ἔπειτα, Γαῖ᾽ εὐρύστερνος.)Chaos appellãs locum qui corpus recipit.nam ex(cho, & choro,)id est, capio,etymum trahere videtur. Orpheus in Argonauticis(phanita)id est,phanetẽ opinatur:quòd idem est quod amor,qui primus (ut idem Poëta interpretatur)ex Chao apparuit, per quem reliqua omnia lucem & manifestationem suscepere. Homerus primum deorum Vestam esse principium dixit,quã (estian)uocat:hinc rerum permanentiam declarare uolens. Plato quinq; in primus uniuersalia posuit : essentiã (sic enim Cicero substantiam uocat) idem,alterum,motum,& statum. Principia uerò rerum Deum,et ideas, id est,rerum omniũ species ingenitas,paresq; Deo æternitate,quas è nostris quidam piè diuinam mentem interpretati sunt. Has autem ideas uti formas cum hyle,id est materia cõiunctas intellexit:nec alterã ab altera nisi tantum mente & cogitatione separari : ut in statua forma & materia secretas non quidem uidemus, sed intelligimus. Aristoteles uerò ex superioribus magis Platonem sectatus,materiam ac formam,ut ille quidem posuit,sed separatas : quibus & priuationem tertiam addidit ex accidente,ac extrinsecus principium,in quorum omnium demonstrationibus sensum cum ratione coniunxit:non imitatus Epicurum, qui tantum oculis credens,Solem pedaneum,id est unius pedis magnitudine iudicauit : nec etiam Zenonem, qui ratione tãtum fretus, Solem minimè moueri dicebat. quoniã motus principium non haberet, principium autem infiniti non est infinitum, est rursus quem ille peragit, ut continua quantitas. Cæterum cum re-

rum contrarietatem ponat, non errare dicit, ac ferè eadem omnes (quanquàm uideantur differre) posuisse, sed alij quidem ratione, alij sensu magis nota ponentes. Confutat autem eos, qui generationem & corruptionem negant. Praeterea rerum principium tantum unum & infinitum. Affert & ipse opinionem suam, duo contraria statuens principia, formam & priuationem, tertium quoq; hylen, tanquam necessarium subiectum. Tot igitur uidebantur necessaria principia, quot ex contrarijs res naturales fierent, ac rursus in contraria resoluerentur, ex amuso uidelicet, musicum fit, & item in amusum redit. Quod autẽ priuatio sit necessaria, hoc modo probat. Id est principium alicuius, quod ipsum est medium per quod fit: sed materia naturaliter formam appetit per priuationem: ergo priuatio principium. Quare species & priuatio rectè horum causa sunt, quarum altera sua praesentia causa per se est: priuatio uerò sui absentia, causa generationis ex accidente. non enim piisis, id est factio esset, non existente priuatione eius rei quae fit. Hac igitur absente, species introducitur, praesente recedit. Hae inter se non habitus oppositione, ueluti uisus caecitati, sed contrarietate conueniũt. Quae quanquàm diuersa, in subiecto aliquo fieri necesse est, quod hylen uocãt. Haec est materia prima, ingenita, immortalis, incorporea, mente perceptibilis, non substantia, sed substantiae pars: quã Aristoteles per analogiã cognosci dicit, p quã simile quid demonstratur. Vt quod uisus in corpore, hoc in anima mẽs: & quod est aes statuae, hoc in natura materia formae. Plato aũt per cogitationẽ quãdã impropriã deprehẽdi scribit. Impropria uocat, quòd cogitatio est in his quae sunt: haec aũt nihil est entium, sed tãtũ infinitũ ac in potestate, cùm uerò in formã redigitur, unum aliquid fit, nec amplius infinitũ. Non esse aũt, quinq; secundũ eum, modis dicitur. Primo, quod uocat Hyperusion, quod est ipse Deus, quasi super oẽm essentiã. Deinde Metusion, quasi essentiae participans, quod (ut dixi) primae materiae cõuenit. quorũ alterũ supra omnia, alterũ infra omnia sit. Tertio, alteritas secundũ Graecos, seu pluralitas, quãdo ex pluribus vnum fit, siue in plura resoluũtur, iam esse vel non coepit, uel desiit. Quarto, mendacium. Postremo quod non est, vt quod diametros symmetros existat.

DE LIBRIS PHYSICORVM.

HIC Liber à Græcis inscribitur (peri physicis acroaseos) hoc est, de physica auditione; ut uideatur Aristoteles non composuisse hos libros, sed dictasse suis auditoribus, aut illos certè, quæ ab eo disputarentur, annotasse. Præcipua tractatio est de motu; quoniam de corporibus naturæ traditurus, quorum essentia per actiones cognoscitur, aptißimè, à motu exorditur, quæ ex corporeis actionibus maximè exposita est cognitioni sensuum; ideoq; prima & simplicißima & ex motibus ad ea quæ mouẽt & mouẽtur ascẽdẽs, usq; ad principem motorẽ peruenit, qui mouet immobilis.

SVMMA PRIMI PHYSICORVM, SECVNDVM AVER.

A' tex. primo usque ad 6. docet modum procedendi in Philosophia naturali.

A' 6. usque ad. 32. refellit ueteres non naturaliter loquentes.

A 32. usque ad 41. contradicit ponentibus infinita principia.

A' 41. usque ad 60. pandit esse tria principia rerum naturalium.

A' 60. usque in finem differit de materia prima, ac priuatione.

ARISTOTELIS
STAGIRITAE LIBER
PRIMVS DE PHYSICO AVditu, ex optimo exemplari Græco iuxta translationem ueterem recognitus.

AB VNIVERSALIORIBVS AD minus uniuersalia procedendum. CAPVT PRIMVM.



VONIAM cognoscere, * ac scire cōtingit circa omnes * methodos quarū sunt principia, aut causæ, aut elementa, ex horū cognitione (tunc enim putamus cognoscere unūquodque, cùm causas primas cognouerimus, & principia prima, & usque ad elementa) manifestum est, quòd & ea quæ sunt circa principia sciētiæ, quæ de natura est, primum determinare tentādum est. Innata autem est ex notioribus nobis uia, & manifestioribus, ad manifestiora naturæ, et notiora. non enim sunt eadem & nobis nota, & simpliciter. Quapropter necesse est ad hunc modum procedere ex immanife-

TEX. 1.
intelligere
εἰδέναι
scientias

TEX. 2.

Naturalis procedendi ratio qua

TEX. 3. stioribus naturæ quidem, nobis autem manifestiori bus, ad manifestiora naturæ & notiora. Sunt autē primū nobis dilucida ac manifesta, confusa magis. posterius autem, ex his nota fiunt elemēta, & prin

TEX. 4. Vide cōtra dictionē Zimaræ. vide opp. 2. poste. 21. vbi d. quod à singularibus ad uniuersalia oportet procedere.

cipia, ijs qui diuidunt ipsa. Quapropter, ex uniuer salibus ad singularia procedere oportet. Totum enim secundum sensum notius est. uniuersale autē, totum quoddam est; multa. n. comprehendit ut par tes, uniuersale. Patiūtur autem, hoc idem quodam modo & nomina ad rationem. totum n. quoddam, & indistinctè significant, ut circulus. diffinitio, autem ipsius, diuidit in singula. Ac pueri, primū quidem omnes uiros, patres appellant, & matres, fœminas. posterius autem, determinăt horū utrumq;.

TEX. 5.

TEX. 6. CAP. II. De rerū naturaliū prīcipio uariæ diuersorum opiniones.

Necesse est autem aut unum esse principiū, aut plura & si unum, aut immobile ut dicunt Parmenides, ac Melissus, aut mobile ut Physici, hi quidē aërem asserentes esse, alij uerò aquam, primū principiū. si uerò plura, aut finita, aut infinita. Et si finita, plura autē uno, aut duo, aut tria, aut quatuor, aut secundum alium quempiam numerum. Et si infinita, aut sic ut Democritus, genere quidem unum, figura uerò, uel specie differentia, aut etiam con

TEX. 7. traria. Similiter autē quærunt, & quærentes quot sunt, ea quæ sunt. ex quibus enim sunt ea quæ sunt; quærunt primum utrum hæc unum, an multa sint. & si multa, finita, an infinita. quare principium, ac elementum quærunt, utrum sit unum, an multa.

TEX. 8. Itaque si unum atque immobile sit, id quod est, con

siderare, non est de natura speculari. Vt enim & Geometræ non amplius est ratio, ad eum qui destruit principia, sed aut alterius est sciētiæ, aut omnium communis, sic neq; ei qui de principijs. Non enim amplius principium est, si unum solum, & ita unum est. Aut. n. principium cuiusdam, aut aliquorum est. Simile itaque est considerare, an sic unum est, et ad aliam quālibet positionē sermonis gratia dictam disputare ut Heracliteam, aut si quis dicat hominem unum, id quod est esse. Aut soluere litigiosam rationē. quod utræq; quidem habent rationes, & Melissi, & Parmenidis. Etenim, falsa accipiunt, & non syllogizantes sunt. Magis autem Melissi onerosa est, & non habens dubitationem. Sed uno inconuenienti dato, alia cōtingunt. hoc autem, nihil difficile est. Nobis autem supponatur, ea quæ sunt natura, aut omnia, aut quædam moueri. manifestum est autem ex inductione. Simul autem neque conuenit omnia soluere, sed quæcunque ex principijs aliquis demonstrans, metitur. quæcunq; uerò non, minimè ut tetragonismum, eum quidem qui per sectiones geometrici est dissoluere. illū autem, qui Antiphōtis, non geometrici est. Sed quoniam, de natura quidem, non autem naturales dubitationes contingit dicere ipsos, forsitan quidem bene se habet aliquantulum disputare de ipsis. Habet. n. Philosophiam, hæc consideratio. Principium autem, maximè omnium proprium. quoniā multipliciter dicitur, id quod est, quomodo di

Principiū. TEX. 9.

TEX. 10

Vno inconuenienti dato, alia contingunt, idē infra. t. 22

TEX. 11.

TEX. 12

TEX. 13.

cunt dicentes unum esse omnia? utrum substātiam, omnia, an quanta, aut qualia? et iterum utrum substantiam unam, omnia, ut hominem unum, aut equū unum, aut animam unā? an quale, unū autem hoc, ut album, aut calidum, aut aliquid talium? hæc.n. omnia differūt multum, & sunt impoßibilia dictu. Si.n. erunt & substantia, & quale, & quantum, & hæc siue separata adinuicem, siue non, multa sunt, quæ sunt. Si uerò omnia quale, aut quantum, siue cū sit substantia, siue cū non sit, inconueniens est, si oportet incōueniens dicere, quod impoßibile. nullum enim aliorum, separabile est, præter substantiam. omnia nanque, de subiecta dicuntur substantia. Melissus autem, quod est, infinitum esse dicit, quantum itaque aliquid est, quod est. infinitum.n. in quanto est. substantiam autem infinitam, aut qualitatem, aut paßionem esse non contingit, nisi secundum accidens, si simul & quanta aliqua sint. Infiniti.n. ratio quanto utitur, sed non substantia, neque quali. Si igitur & substantia est, & quantum, duo & non unum est, quod est. si uerò substantia solum sit, non infinitum est, neque magnitudinem habebit ullam. quantum.n. quoddam erit. Amplius, quoniam & ipsum unū multipliciter dicitur, quemadmodum & quod est, considerandum est quomodo dicunt unum esse omne. Dicitur.n. unum, aut continuum, aut indiuisibile, aut quorum ratio eadem & una est ipsius quod quid erat eße. quemadmodum merum & uinum. Si igitur continuū est, multa est

Vnum quomodo omnia. TEX. 14 — TEX. 15. *Ens an infinitum.* — *Infiniti rō cōgruit quātitati.* — TEX. 16. *Vnum multipliciter dicitur.* — TEX. 17.

id quod est.in infinitum.n.diuisibile,est cõtinuum. Habet autem dubitationem, de parte & toto: fortaßis autem,nihil ad orationem,sed ipsam secundum seipsam, utrum unum an plura sint pars, & totum? Et quomodo unum,aut plura?& si plura, quomodo plura? Et de partibus non continuis,eadem est ratio.Et si toti unum, Vtraque est uelut indiuisibile, quoniam & ipsæ sibijpsis. At uerò si uelut indiuisibile, nullum erit quantum,neq; quale. TEX. 18 Neque itaq; infinitum est, id quod est,sicut Melissus dicit·neque finitum sicut Parmenides. Terminus enim indiuisibilis est,neq; finitus est· At uerò si omnia quæ sunt, ratione unum sunt,ut indumentum et tunica,Heracliti orationem contingit ipsos dicere.Idem enim erit & bono & malo,& non bono esse & bono.quare idem erit,bonum & non bonum,& homo & equus· & non de eo, quòd unum sunt quæ sunt,ratio erit,sed de eo quòd nihil sunt. & tali esse & tanto, idem. Conturbabantur * autem & posteriores, quemadmodum & antiqui, ne forte accidat ipsis,idem simul unum esse & multa.Quapropter, & alij quidem, ipsum est auferebant,quemadmodum Lycophron.alij autẽ,* mutabant dictionem. quoniam homo,non albus est, sed albatur.neq; ambulãs est,sed ambulat. ut ne ipsum est adijcientes,multa faciant esse unũ.Tanquã singulariter dicto,uno,aut ente. Sed multa sunt, quæ sunt,aut ratione,ut aliud est albo esse et musico(idẽ uerò,utraq;.multa itaq;,unum)aut diuisione,quẽ-

TEX. 19

TEX. 20

ἐθορύβουν-το tumultuabant.

μετεῤῥύθμιζον

TEX. 21.

admodum totum,& partes.Hic autem iam dubitabant,& confitebantur unũ,multa esse · tanquã non contingeret,idẽ,unũ et multa esse,non autẽ opposi-
TEX. 22. ta:est.n.unũ,& potẽtia & actu. Hoc igitur modo dicẽtibus, impossibile uidetur quæ sunt,unum esse.

Parmenidis & Melissi rõnum solutio. CAP.III. Et ex quibus ostendunt, soluere non difficile est,utriq; enim cõtentiosè syllogizant,& Melissus & Parmenides.Nam & falsa accipiunt, & non syllogizantes sunt. Est autem Melissi magis onerosa ratio,& non habens dubitationem Sed uno inconuenienti admisso,alia contingunt.hoc autem, nihil
TEX. 23. difficile est. Quod igitur paralogizat Melissus, manifestum est.opinatur enim accipere, si quod factum est omne,habet principium, quòd & id quod non factum est,non habet. Postea & hoc inconueniens,omnis * esse principium rei, & non temporis, & generationis non simplicis, sed & alterationis, tanquàm non momentanea facta mutatione.

* A. l. existimare esse.

TEX. 24. Deinde & propter quid est immobile, si unum est? sicut enim & pars una cùm sit,hæc aqua,mouetur in seipsa,quare non & totum? Postea, alteratio propter quid non erit? At uerò, nec specie possibile est,unum esse,nisi eo ex quo.Sic autem,et Physicorum quidam dicunt unum. illo autem modo non,homo nanq;, ab equo alterum est specie.& contraria, ab inuicem.
TEX. 25 Et ad Parmenidem autẽ idem modus rationum est,& si aliqui alij sunt proprij.Et solutio est, partim quidem quia falsa est, partim autem quia non concludit,falsa quidẽ,quia

quod eſt, accipit ſimpliciter dici, cùm multipliciter dicatur. Non concludit autem, quia ſi ſola alba capiantur, ſignificante unum albo, nihilominus multa alba ſunt, & non unum. non enim continuatione erit album unum, neq; ratione. Aliud enim erit eſſe albo, & ſuſcipienti. & non erit præter album, nihil ſeparabile. non enim quatenus ſeparabile eſt, ſed eſſe, alterum eſt albo, & ei cui ineſt. Sed hoc Parmenides nondum uidebat. Neceſſe eſt igitur accipere ijs qui dicunt quod eſt, unum eſſe, non ſolum unum ſignificare, quod eſt de quo utiq; prædicetur, ſed & quod uerè eſt, et quod uerè unum eſt. Accidens enim de ſubiecto quodam dicitur. quare cui accidit quod eſt, non erit. alterum enim eſt, ab eo quod eſt. erit itaq; aliquid, quod nõ eſt. non itaq; erit alij inexiſtens quod uere eſt. * non enim erit enti ipſi, eſſe, niſi multa quod eſt, ſignificet, ſic ut ſit aliquid, unumquodq;. ſed ſupponitur quod eſt, ſignificare unum. Si igitur quod uerè eſt, nulli accidit, ſed illi aliquid magis quod uerè eſt, ſignificat quod eſt, quàm quod non eſt, Si enim erit quod uerè eſt, idem & album, albo autem eſſe non eſt, quod uerè eſt (neq; enim accidere ipſi poſſibile eſt, quod eſt. nihil enim quod eſt, eſt, quod non uerè ſit) non ergo quod eſt, album eſt. non ſic autem, ut aliquid non ſit, ſed omnino non ſit, erit. quod uerè itaq; eſt, non eſt. uerum enim eſt dicere, quod uerè eſt, quod album. hoc autem, non quod eſt, ſignificabat. quare ſi & album ſignificat, quod uerè eſt, multa ergo ſi-

TEX. 26

a.l. nõ itaq; erit aliud existens, quàm quod uerè eſt.

TEX. 27. Quod uerè eſt nulli accidit. idem infra. te. 30.

TEX. 28. gnificat, quod eſt. Neq; igitur magnitudinem habebit quod eſt, ſi quidem quod uerè eſt, eſt, quod eſt utriq; enim partium, aliud eſt eſſe, quòd autem diuiditur quod uerè eſt, in quod uerè eſt aliquid aliud, etiam ratione manifeſtum eſt. ut homo, ſi eſt quod uerè eſt aliquid, neceſſe eſt & animal, quod uere aliquid eſt eſſe, & bipes. Si enim non quod uerè eſt, eſt, accidentia erunt. aut igitur homini, aut alicui alij ſubiecto ſed impoßibile eſt. accidens etenim dicitur hoc, aut quod contingit eſſe & non eſſe, aut cuius eſt in ratione hoc cui accidit. ut ſedere quidem, uelut ſeparabile. in ſimo autem, eſt ratio naris cui dicimus accidere ſimũ. Amplius quæcunq; in diffinitiua ratione inſunt, aut ex quibus ſunt, in ratione horum, non ineſt ratio totius. ut in bipede, ratio hominis, aut in albo, ratio albi hominis. Si igitur hæc hoc ſe habent modo, & homini accidit bipes, neceſſe eſt ſeparabile eſſe ipſum. quare continget utiq; non bipedem eſſe hominem, aut in ratione bipedis, inerit hominis ratio. ſed impoßibile eſt. Illud enim, in illius ratione ineſt. Si autem alij accidunt bipes & animal, & non eſt utrunq; quod uerè eſt aliquid, & homo utiq; erit accidentium alteri. Sed quod uerè aliquid eſt, ſit accidens nulli. Et de quo ambo, & utrunq;, & quod eſt ex his, dicatur. Ex indiuiſibilibus itaq;, eſt omne. Quidam autẽ, rationibus utriſq; acquieuerunt. huic quidem quòd omnia unum ſunt, ſi quod eſt unũ ſignificat, quòd id eſt etiam quod non eſt. Si autem

Accidens quid. (margin, beside "alicui alij ſubiecto")

TEX. 29. (margin, beside "tio naris cui dicimus")

TEX. 30. (margin, beside "accidentium alteri")

Vniuerſum ex indiuiſibilibus (margin, beside "ne. Quidam autẽ")

quæ ex diſſectione, indiuiduas facientes magnitudines. *Manifeſtum autem eſt & quòd non uerum eſt, quòd ſi unum ſignificat quod eſt, & non poßibile eſt ſimul contradictionem eſſe, nihil erit quod non eſt. nihil enim probibet, non ſimpliciter eſſe, ſed non ens aliquid eſſe, quod non eſt. Dicere igitur quòd niſi præter ipſum quod eſt, aliquid erit aliud, unum omnia fore, inconueniens eſt. Quis enim addiſcit ipſum quod eſt, niſi quod uerè eſt, aliquid eſſe? Si autem hoc, nihil ſic prohibet multa, quod eſt eſſe ſicut dictum eſt. Quod igitur ſic unũ eſſe quod eſt, impoßibile ſit, manifeſtum eſt.* TEX. 31.

TEX. 32. CAP. IIII. *Antiquorũ aliquot de pricipio naturali opiniones.*

Vt autem Phyſici dicunt, duo modi ſunt. Hi enim unum facientes quod eſt corpus ſubiectum, aut trium aliquid, aut aliud quod eſt igne quidem denſius, aere uero ſubtilius, alia generant denſitate & raritate, multa facientes. hæc autem, ſunt contraria. Vniuerſaliter autem exceſſus, & defectus, ſicut magnum dicit Plato, & paruum. niſi quòd hic quidem hæc facit materiam. unum autem, ſpeciem. Alij uerò, unum quidem, ſubiectum, materiam. contraria autem, differentias & ſpecies. Quidam autem ex uno, inexiſtentes contrarietates ſegregant, quemadmodum Anaximander dicit. Et quicunq; etiam unum & multa dicunt eſſe quæ ſunt, ſicut Empedocles, & Anaxagoras. Ex cõmixtione nãq;, & hi ſegregant alia. Differunt autem abinuicem, eo quòd ille circulationem facit horum. hic autem, ſemel. & hic quidem, infinita, & ſimiles partes ha-

bentia, & contraria. Ille uerò, uocata elementa solum. Videtur autem Anaxagoras sic infinita opinari, quoniam putabat cōmunem opinionem Physicorum esse ueram, quòd nihil fit ex eo quod non est. Propter hoc enim sic dicūt, erant simul omnia; & fieri huiusmodi, statuerunt alterari. Alij autē, congregationem, & segregationem. Amplius autem, ex eo, quòd fiunt ex alterutris cōtraria, inerāt ergo. Si enim omne quod fit, necesse est fieri aut ex ijs quæ sunt, aut ex ijs quæ non sunt, horum autem id quod est, ex ijs quæ nō sunt fieri impoßibile est, (de hac enim conueniunt opinione, omnes qui de natura) reliquum, iam contingere ex neceßitate putauerunt, ex ijs quidem quæ sunt & insunt, fieri. sed propter paruitatem magnitudinum, ex insensibilibus nobis. Vnde dicunt, omne in omni misceri, propterea quòd omne ex omni uidebant fieri; apparere autem differentia, & appellari altera ab inuicem, ex eo quod maximè superabundat, propter multitudinem in mixtura infinitorū. syncerè enim totum album, aut nigrum, aut dulce, aut carnem, aut os non esse; sed cuius plurimum unumquodq; habet, hoc uideri esse naturam rei. Si igitur infinitum secundum quòd infinitum, ignotū est, secundum multitudinem aut magnitudinem infinitum, ignotum quantum quoddam est. secundum speciem autem infinitum, ignotum quale quoddam est. principijs autem existentibus infinitis secundū multitudinem & secundum speciem, impoßibile est

ea quæ

TEX. 33. Anaxagoras.

TEX. 34.

Omnes Philosophi conueniunt in hoc, quòd ex nihilo nihil fit.

TEX. 35. Infinitū secundū quod infinitum, ē ignotū. Idē, 7. meta. Tex. 11

ea, quæ sunt ex his, cognoscere. sic enim cognoscere, compositum arbitramur, cum cognoscimus ex quibus, & quot fit. Amplius autē si necesse est cuius partem contingit quantulamcunque esse secundum magnitudinem & paruitatem, & ipsum contingere (dico autem talium aliquam partiū in quā cū insit diuiditur totū) si autē impoßibile est animal aut plantam quantamcunque esse secundum magnitudinem et paruitatem; manifestum est quòd neque partium quamlibet. erit enim et totum, similiter. Caro autem, & os, & huiusmodi, partes sunt animalis, & fructus, plantarum. Manifestum est igitur, quòd impoßibile est carnem, aut os, aut aliquid aliud, quantumcunque esse magnitudine, aut in maius, aut in minus. Amplius si omnia insunt quidem huiusmodi in inuicē, & non fiunt, sed segregantur cum insint, dicuntur autem à pluri, fit autem ex quolibet quodlibet, ut ex carne aqua segregata, & caro ex aqua, omne autem corpus finitum consumitur à corpore finito; manifestum est quod non contingit in unoquoque unumquodq; esse. Remota enim ex aqua carne, & iterum alia facta ex reliqua, segregatione, quamuis semper minor erit segregata, attamen non excedit magnitudinem aliquam paruitate. Quare si quidem stabit segregatio, non omne in omni inerit, in reliqua enim aqua, non inerit caro. Si uero non stabit, sed habebit semper remotionem, infinita magnitudine, æqualia finita inerunt, infinita secundum multitudinem. hoc

TEX. 36. TEX. 37.

TEX. 38 *autem,impoßibile eſt.* Ad hæc autem,ſi omne qui dem corpus remoto quodam,minus neceſſe eſt fieri,carnis autem determinata eſt quantitas & magnitudine & paruitate;manifeſtum eſt quòd ex minima carne nullum ſegregabitur corpus erit enim minus,minima. Amplius autem in infinitis corporibus ineſſet utique iam caro infinita, & ſanguis, & cerebrum,ſeparata tamen ab inuicem,nihil autem minus entia & infinitum unumquodque. hoc

TEX. 39. autem,irrationabile eſt. Nunquam autem ſegregatum iri,non ſcienter quidem dicitur,recte autē dicitur.paßiones enim, inſeparabiles ſunt. Si igitur miſti ſunt colores & habitus, ſi ſegregentur, erit aliquid album uel ſanum, non alterum aliquid exiſtens,neque de ſubiecto. Quare inconueniens eſt, impoßibilia quærens intellectus,ſi uelit quidem ſegregare,hoc autem facere ſit impoßibile, & ſecundum quantum,& ſecundum quale. Secundum quantum quidem,quia non eſt minima magnitudo.ſecundum quale autem, quia inſeparabiles ſunt paßiones.

TEX. 40. Non recte autem,neque generationem accipit eorum quæ ſunt ſimilium partium.eſt enim, ut lutum in luta diuiditur;eſt aūt ut non.Et non idem modus eſt,ut lateres ex domo, & domus ex lateribus,ſic autem aqua & aer ex alterutris & ſunt &

TEX. 41. fiunt.

CAP. V. Melius autem eſt,pauciora & finita recipere,quod quidem facit Empedocles. Omnes igitur contraria,principia faciunt, et qui dicūt quod ſit unum omne & immobile (etenim Parmenides,

Contraria eſſe rerū naturalium principia.

calidum et frigidum, principia facit. hæc autem, appellat ignem & terram) & qui rarum & densum. Et Democritus, solidum & inane, quorũ aliud quidẽ ut quod est, aliud aũt ut quod non est, esse dicit. Adhuc, positione, figura, et ordine. hæc aũt, genera cõtrariorũ sunt. Positiõis, sursum & deorsum, ante et retro. figuræ, angulare, inãgulare, rectũ rotũdũ.

Quod igitur contraria quodammodo omnes faciunt principia; manifestum est. Et hoc, rationabiliter. Oportet enim principia, neq; ex alterutris esse neque ex alijs, & ex his omnia. contrarijs autẽ primis, insunt hæc. ob id quidẽ quòd prima sunt, nõ sũt ex alijs; ob id uero quòd sunt contraria, nõ sunt ex alterutris. Sed oportet hoc & in ratione consyderare, qualiter contingat. Accipiẽdum igitur est primum, quòd omnium quæ sunt, nihil, neque facere natum est, neque pati contingens a contingenti, neque fit quodlibet ex quolibet, nisi quis accipiat secundum accidens, qualiter enim fiet album ex musico, nisi accidens sit albo aut nigro musicum? Sed album quidem, fit ex non albo. & hoc non ex omni, sed ex nigro, aut medijs. Et musicum, ex non musico. sed non ex omni, sed ex immusico, aut si aliquid ipsis medium. Neque igitur, corrumpitur in contingens primum ut album, non in musicum, nisi forte secundum accidens, sed in non album. & in non album, non in contingens, sed in nigrum, aut medium. Similiter autem & musicum, in non musicum. & hoc, non in contingens, sed in immu-

TEX. 42. Principiorum conditiones.

Vide contradictionẽ Zimar.

TEX. 43.

Non quodlibet fit ex quolibet.

TEX. 44. Ex hoc elicitur generationẽ non esse in pure contradicto

rijs, sed in priuatiue oppositis. ſicum, aut ſi ipſis aliquid medium eſt. Similiter autem his, et in alijs. Quoniã & non ſimplicia eorum, quæ ſunt ſed compoſita, ſecũdum eandem ſe habent

TEX. 45. rationem. ſed propterea quòd oppoſitæ diſpoſitiones non denominatæ ſunt, latet, hoc cõtingens. Neceſſe eſt enim, omne conſonans ex inconſonanti fieri, & inconſonans ex conſonanti, & corrumpi, conſonans in inconſonantiam, & hanc non contingentem, ſed in oppoſitam. Differt autem nihil, in conſonantia dicere, aut ordine, aut compoſitione. manifeſtum enim eſt, quòd eadem ſit ratio. At uero, & domus, & ſtatua, & quodlibet aliud, fit ſimiliter. domus enim fit, ex eo quòd non compoſita, ſed diuiſa ſunt hæc. ſic & ſtatua & figuratorum aliquod, ex infigurato. & unumquodq; horum, ſecundum alia quidem ordo, ſecundum alia uero compoſitio quædam eſt. Si ergo hoc uerum eſt, omne quod fit fiat, & corrumpatur quod corrumpitur, aut ex contrarijs aut in contraria, & horum media. media autem, ex contrarijs ſunt. ut colores, ex albo & nigro. Quare omnia utique erunt quæ natura fiunt, aut contraria, aut ex contrarijs. Hucuſque igitur fere ſecuti ſunt et aliorũ plurimi, quẽadmodũ diximus prius. Omnes .n. elementa, & ab ipſis uocata principia, quamuis ſine ratione ponentes, tamen contraria dicunt, tanquam ab ipſa ueritate coacti. Differunt autem ab inuicem, ex eo quòd alij quidem priora, alij poſteriora accipiunt, & quòd hi quidem, notiora ſecundum ratio-

TEX. 45. (beside "tem, ſed in oppoſitam")
TEX. 47. (beside "poſitio quædam eſt")
TEX. 48. (beside "tura fiunt")

nem, illi autem, secundum sensum. Hi enim, calidum & frigidum; illi autem, humidum & siccum. Alij autem, impar & par. Quidam autem, litem & amicitiam causas ponunt generationis. Hæc autem, abinuicem differunt secundum dictum modum. Quare, est eadem dicere quodammodo, & altera ab inuicem. altera quidem, quemadmodum & uidetur plurimis. eadem autem, secundum analogiam. accipiunt enim, ex eadem coordinatione. hæc enim continent, alia autem continentur, contrariorum. Sic igitur, similiter dicunt, & aliter, & peius, & melius. Et hi quidem notiora secundũ rationẽ, sicut dictum est prius; illi autem, secundũ sensum. uniuersale.n. secundũ rationem notũ est; singulare autẽ, secundũ sensum. ratio.n. uniuersalis est; sensus autẽ, particularis. ut magnum & paruũ, secundũ rationem, rarũ aũt & densum, secũdum sensum. Quod igitur cõtraria oportet esse principia, manifestũ est. Consequens autẽ erit dicere, utrũ duo, aut tria, aut plura sint. unũ.n. impossibile est, quoniam non unum, contraria. Infinita autem non, quoniam neque scibile, quod est erit. Et una contrarietas, in omni genere uno. substantia autẽ, unũ quoddã genus est. Et quia contingit ex finitis, melius autem ex finitis quemadmodum Empedocles, quàm, ex infinitis. omnia nanque assignare opinatur, quemadmodum Anaxagoras ex infinitis. Amplius, sunt alia alijs priora, contraria. & fiunt altera ex alijs ut dulce, & amarum, et albũ, & ni-

TEX. 49.

Vniuersal. notũ secundum rationem, singulare secundũ sensum.

TEX. 50.

Nec unum tãtum, nec infinita rerum princi pia.

CAP. VI.

Vide contradictionẽ Zimar.

Vna contrarietas est in omni genere. Idẽ infra tex. 55.

grum, principia autem semper oportet manere.

TEX. 51. Quod igitur neque unum, neque infinita sint; manifestum est ex his. Quoniam autem finita, non facere duo tantum, habet quandam rationem. Dubitabit enim aliquis, qualiter densitas raritatem facere apta nata sit, aut hæc densitatem. Similiter autem, & alia quæcunque contrarietas. nõ enim amicitia, litem congregat, & facit aliquid ex ipsa, neque lis, ex illa. sed utraque, alterum quiddam tertium. Quidam autem & plura recipiunt, ex quibus conficiũt eorum quæ sunt, naturam. Ad hæc autem, adhuc

Principia semper oportet manere.

TEX. 52. & hoc aliquis dubitauerit, nisi quis aliam supposuerit contrarijs naturam. Nullius enim uidemus eorum quæ sunt, substantiæ, contraria. Principium autem, nõ de subiecto oportet dici aliquo. erit enim, principium, principij. subiectum enim, principium, & prius uidetur esse, prædicato. Amplius, non esse dicimus substantiam contrariam substantiæ. Quomodo igitur ex non substantijs, substantia utique erit? aut quo modo prius, non substantia quam substantia erit? Quocirca si quis et priorem ueram putabit esse rationem, & hanc, necessarium est, si debet saluare utrasque rationes, subijcere quoddam tertium. quemadmodum dicunt, unam quandam naturam dicentes esse uniuersum, ut aquam, aut ignẽ

TEX. 53.

TEX. 54. aut medium horum. Videtur autẽ, medium magis. ignis enim, & terra, & aer, & aqua, contrarietatibus complexa sunt. ideo non irrationabiliter faciũt; subiectum, alterum ex his, facientes. alio

Vide contradictionẽ Zimarræ.

rum autem, quidam, aerem. aer enim, minime aliorum, habet differentias sensibiles. consequens autẽ est, aqua. Sed omnes, unum hoc cõtrarijs figurant, ut densitate & raritate, & eo quod magis & minus, hæc autem, omnino sunt, superabundãtia uidelicet et defectus, sicut dictum est prius. Et uidetur antiqua esse etiam hæc opinio, quòd unum, & superabundãtia & defectus, principia entium sint. uerum non eodem modo, sed antiqui, duo quidem agere unum autẽ pati, posteriorum autem quidam, econtrario, unum quidem agere, duo autem pati, dicunt magis. Tria igitur dicere elementa esse, & ex his, & ex huiusmodi alijs, considerantibus uidebitur utique habere quandam rationem, sicut prædiximus. plura autem tribus, non amplius, ad patiendum enim, sufficiens est unum. Si autem, quattuor existentibus, duæ erunt contrarietates, oportebit seorsum ab utraque, esse alteram quandam naturã mediam. Si autem ex seinuicem possint generare, ociosa utique altera contrarietatum erit. simul aũt & impossibile est, plures esse cõtrarietates primas. Substantia. n. unũ quoddã genus est entis. quare eo qđ prius & posterius different solũ abinuicẽ principia, sed nõ genere. semp. n. in uno genere, contrarietas una est, omnes aũt cõtrarietates, reduci uidẽtur ad unam. Quod igitur neque unum sit elementum, neque plura duobus uel tribus; manifestum est. Horum autem, utrum, quemadmodũ diximus, dubitationẽ habet multã. Sic igitur nos dica

TEX. 55.

TEX. 56.

TEX. 57.

CAP. VI

Materia, et forma rerũ naturaliũ principia.

TEX. 58.

Consimile. tertio huius tex. 2.

mus primũ, de omni generatione aggredictes. Est enim secundum naturam, communia primum dicentes, sic, circa unumquodque propria speculari. Dicimus enim fieri, ex alio aliud, & ex altero alterum, aut simplicia dicentes, aut composita. dico autem hoc, sic. est enim fieri hominem musicũ. est autem & non musicum quippiam, fieri musicum, aut non musicum hominem, hominem musicũ. Simplex igitur dico quod factum est, hominem, & non musicum, & quod fit simplex, musicum. compositum autem, & quod fit, & quod factum est, cum non musicum hominem, dicimus fieri musicum hominem.

Per id quod fit itelligit illud cui attribuitur generatio, & per factum est, id ad qđ terminatur generatio.

Horum autem, hoc quidem non solum dicitur hoc aliquid fieri, sed etiam ex hoc, ut ex non musico, musicus. hoc autem, non dicitur in omnibus. non enim ex homine factus est musicus, sed homo factus est musicus.

TEX. 59. al. quæ fiũt vt simplicia.

*Eorum autem quæ ut simplicia * dicimus fieri, aliud quidem permanens fit, aliud uero, non permanens. homo enim, permanet factus musicus homo. non musicum autem, & immusicum. neque simplex, neq; compositum permanet.*

TEX. 60.

Determinatis autem his, ex omnibus quæ fiunt, hoc licet accipere, si aliquis inspexerit, sicut dicimus, quòd oportet semper aliquid subijci quod fit, et hoc, etsi numero est unũ, at specie quidem non unum, specie enim dico & ratione, idem. non enim idem est homini, & immusico, esse. & illud quidem, permanet; hoc uero nõ permanet. Etenim non oppositum permanet. homo enim, perma-

net. musicum autem & immusicum, non permanet, neque ex ambobus compositum, ut immusicus homo, Sed ex aliquo fieri aliquid, & non hoc fieri; magis quidem dicitur in non permanentibus ut ex immusico; musicum fieri. ex homine autem, non. At uero, & in permanentibus, aliquando dicitur similiter. ex ære. n. statuã dicimus fieri, non æs, statuã. Hoc tamẽ, ex opposito & non permanente, utroq; modo dicitur & ex hoc, hoc; & hoc, hoc, nanque ex immusico, & immusicus fit musicus. Quocirca, & in cõposito similiter. etenim ex immusico homine, & immusicus homo, fieri dicitur musicus. Multipliciter autem cum dicatur fieri, & horum quidẽ non simpliciter fieri, sed hoc aliquid fieri, simpliciter autem fieri, substantiarum solum, manifestũ est quòd secundum alia quidem necesse est subijci aliquid quod fit. etenim quantum, & quale, & ad alterum, & quando, & ubi, fiunt subiecto aliquo, propterea quod sola substantia de nullo alio dicitur subiecto, sed alia omnia de substantia. Quod aũt substantia, & quæcunque alia simpliciter entia ex subiecto quodam fiant, consideranti fiet utique manifestum. semper enim est aliquid, quod subijcitur, ex quo fit, quod fit. ut plantæ, & animalia, ex semine. Fiunt autem, quæ fiunt simpliciter, alia quidẽ trãsfiguratione, ut statua, ex ære. Alia uero, appositione, ut quæ augmentantur. alia uero, subtractione, ut ex lapide, Mercurius. Compositione autem alia, ut domus. Alia uero alteratiõe, ut quæ uertũ-

TEX. 61.

TEX. 62. Vide contradictionẽ Zimar.

Dici de subiecto, hic sumitur pro esse in subiecto.

TEX. 63.

Vide digressionẽ Auer. super isto textu.

tur secundum materiam, omnia autem quæ sic fiũt;
TEX.64. manifestum est quòd ex subiectis fiunt. Quare manifestũ est ex dictis, quòd omne quod fit, semper cõpositum est. & est quidem aliquid quod fit, est aũt aliquid, quod hoc fit. & hoc duplex est. aut enim subiectum, aut oppositum. Dicitur autem opponi, immusicum, hominem autem subiici. & infigurationẽ quidem, & informitatem uel inordinationem, oppositum, æs autem, uel lapidem, uel aurum, subiectum.

TEX.65. Manifestum igitur, quòd si quidẽ sunt causæ et principia eorũ quæ natura sunt, ex quibus primis sunt, & facta sunt non secundum accidens, sed unũquodque quod dicitur secundum substantiam, quòd omne & ex subiecto & forma fit. componitur enim musicus homo; ex homine & musico quodãmodo. resolues enim rationes eorũ. Manifestũ igitur est, quòd

Ex hoc tex. habetur q̃d omne compositũ resoluitur in sua cõponentia.

TEX.66. quæ fiunt, fient ex his. est aũt subiectũ, numero quidẽ unum, specie uero duo. homo. n. & aurũ, & omnino materia, numerabilis. nã hoc aliquid magis, et quod fit non secundũ accidens, ex ipso fit. Priuatio aũt & contrarietas, accidens. unũ autẽ, species, ut ordo, aut musica, aut aliorũ aliquid sic prædicantiũ. Quocirca est quidẽ ut duo dicenda sint principia

TEX. 67. est aũt, ut tria, & est quidẽ, ut contraria. ut si aliquis dicat musicũ & immusicũ, aut calidũ & frigidũ, aut congruens & incongruens. Est aũt, ut non. A seinuicẽ. n. contraria pati, impoßibile. Soluitur aũt & hoc, propterea quòd aliud est subiectũ, hoc enim, non est contrariũ. Quare neq; plura contra-

rijs principia quodãmodo sed duo(ut sic dicã) numero. Neq; iterũ penitus duo propterea quòd alterũ est esse ipsis sed tria. alterũ.n est homini, & non musico esse, & infigurato, et æri. Quot igitur principia sint, rerũ naturalium quæ circa generationẽ & quõ tot, dictũ est. Et manifestũ est, quòd oportet subijci aliquid contrarijs, & contraria duo esse: quodã aũt modo alio, non necessariũ est. Sufficiens enim erit, alterũ contrariorũ, absentia & præsentia, facere mutationẽ. Subiecta aũt natura scibilis est secundũ analogiã *, ut.n. ad statuã æs, aut ad lectũ lignũ, aut ad aliud aliquid hãbẽtiũ formã, materia, et informe se habet priusquã accipiat formã, sic hæc ad substãtiã et hoc aliquid, et quod est, se habet. Vnũ igitur principiũ, hæc, non sic unum existens, neq; sic ens, ut hoc aliquid. Vnũ autẽ secundum q̃d ratio. amplius autẽ, cõtrarium huic, priuatio. Hæc aũt quõ duo, et quõ plura, dictũ est * in præcedẽtibus. Primũ igitur dictum est, * quòd cõtraria solũ principia sunt, posterius autẽ *, quòd necesse est, et aliud quippiã subijci, & esse tria, Ex ijs autem quæ nunc, manifestum est quæ sit differentia contrariorum, & quomodo se habent principia ad inuicem, & quid subiectum. Vtrum autem substantia species aut subiectum sit, nondum manifestum est. sed quòd principia tria sint, & quomodo tria, & quis modus eorum, manifestũ est. Quot igitur et quæ sint principia ex his consideretur. Quod aũt unico modo sic soluitur & antiquorum dubitatio, dicamus post

TEX. 68.

TEX. 69. Hoc à Pytagoreo Timeo sumpsit Aristo.

Vide contradictionẽ Zimar.

TEX. 70. a tex. 41. usq; ad. 50. a tex. 51. usq; ad. 53. a tex. 60. usq; ad 63.

TEX. 71. Fieri quidpiam ex altero bifariã. Cap. 8

hæc. quærentes enim Philosophi primi ueritatem, & naturã entium, conuersi sunt, ueluti in uiam quandã aliam depulsi ob inexperientiã, dicuntq;, neque fieri eorum quæ sunt ullum, neque corrumpi, propterea quòd necessarium est, fieri quod fit, aut ex eo quod est, aut ex eo quod nõ est. ex his aũt utrisque, impoßibile esse. neque .n. quod est fieri. esse .n. iam. & ex eo quod non est, nihil utique fieri. subijci enim quippiam oportet. Et sic itaque quod conse-

TEX. 72. quenter accidit augentes, neque esse multa dicunt, sed tãtum ipsum quod est. Illi ergo, talẽ acceperunt opinionẽ, propter ea quæ dicta sunt. Nos autẽ dici-

TEX. 73. mus, quòd ex eo quod est, aut ex eo quod nõ est, fieri aut quod nõ est, aut quod est, facere aliquid, aut pati, aut quodcũq; hoc fieri, uno quidẽ modo nihil differt, aut medicum facere aliquid aut pati, aut ex me

TEX. 74. dico esse, aut fieri. Quare cũ hoc dupliciter dicatur manifestũ est quòd et ex eo quod est, & id quod est, aut facere aliquid, aut pati. ædificat igitur medicus, nõ secundũ quòd medicus, sed secundũ quòd ædificator. & albus fit, nõ quatenus medicus, sed quatenus niger. Medicatur autem, & nõ medicus fit, quatenus est medicus. Cum autem maxime proprie dicamus medicum facere aliquid, aut pati, aut fieri ex medico, si secundum quòd medicus hæc patiatur, aut faciat; manifestum quòd ex non ente fieri, & hoc significat, quatenus non est. Quod illi quidem non partientes, aberrauerunt. & propter hãc ignorantiam tantum insuper ignorauerunt, quòd nihil

Medicus edificat nõ inquãtũ medicus, sed inquantũ edificator.

aliorum opinati sunt fieri, aut esse, sed auferebant omnem generationem. Nos autem & ipsi dicimus fieri quidem nihil simpliciter ex eo quod non est, sed tamen fieri ex eo quod non est, ut secundum accidens. ex priuatione enim, quæ est per se non ens, non ex eo quod inest, fit. Mirabile autem est hoc & impoßibile sic uidetur, fieri aliquid ex eo quod non est. Similiter autem, neque ex eo quod est, neque id quod est fieri, nisi secundum accidens: sic autem & hoc fieri eodem modo, ut si ex animali, animal utique fiat, & si ex quodam animali, quoddam animal. ut si canis, ex equo fiat. fiet enim, non solum ex quodam animali canis, sed etiam ex animali, at non quatenus est animal. est enim iam hoc. Si autem aliquid debet fieri animal, non secundum accidens, non ex animali erit. Et si aliquid fit, non ex eo quod est, neque ex eo quod non est. quod enim ex eo quod non est, dictum est nobis, quid significet, quòd quatenus non est. Amplius autem & esse omne, aut non esse, non remouemus. Vnus igitur modus, hic est. Alius autem, quòd contingit eadem dicere secundum potentiam, et actum; hoc autem, in alijs determinatum est cum diligentia magis. Quare, quod quidem dicebamus, dubitationes soluuntur, propter quas coacti, remouēt dictorum quædam, propter hoc enim tantum auersi sunt priores à uia in generationem, et corruptionē: & omnino mutationem. Hæc enim uisa natura, omnem soluit hanc ipsorum ignorantiam. Tangentes igitur & alij quidam fuerunt

TEX. 75. TEX. 76. TEX. 77 TEX. 78. In. 9. meta. TEX. 79

CAP. IX. ipsam, sed non sufficienter. primum enim confitentur simpliciter fieri aliquid ex eo quod nõ est, quatenus Parmenidem recte dicere. Postea uidetur ipsis si quidem est numero una, & potentia tantum esse. Hoc autem, differt plurimum. Nos enim materiam & priuationem, alterum esse dicimus. & horum, materiam quidem non ens esse secundum accidens. priuationẽ autẽ, per se. & materiã quidẽ prope & quodãmodo substantiã, priuationẽ autẽ, nequaquã. Quidã autẽ quod nõ est, magnum & paruum similiter, aut simul utrunq;, aut seorsum utrunque. Quare penitus alter est modus hic trinitatis, & ille. hucusque enim processerunt, quòd oportet quandam supponi naturam. hanc tamen, unam faciunt. etenim si aliquis dualitatem facit, dicens magnum & paruum ipsam, non minus idem facit. alteram enim despexit, priuationem. permanẽs enim, cum forma causa est eorum quæ fiunt, sicut mater. altera uero pars contrarietatis sæpe per imaginationem uidebitur ad maleficium ipsius intendenti intellectum, neque esse penitus. Existente enim quodam diuino, & bono, et appetibili, aliud quidem, contrarium ipsi dicimus esse. aliud autem, quod natura aptum est appetere, & desiderare ipsum secundum suam ipsius naturam. Quibusdam autem accidit, contrarium appetere suam ipsius corruptionẽ. attamen neque ipsum suam ipsius poßibile est appetere speciem (propterea quòd non est indigens) neque contrarium. corruptiua enim sunt sui inuicem,

An aliquid simpliciter fieri dicendum.

Vide contradictionẽ Zimar.

TEX. 80.

TEX. 81.

Vide contradictionẽ Zimar.

Materia appetit formã sicut turpe bonum, & fœmina marem.

contraria.sed hoc est materia,sicut si fœmina masculum,& turpe pulchrum.uerum non per se, turpe,sed secundum accidens.neque fœmina,sed secundum accidens. Corrumpitur autem, & fit. Est quidem ut sic,est autem,ut non.Quatenus enim est, id in quo,secundum se corrumpitur.quod enim corrumpitur,in hoc est,priuatio .quatenus autem secundum potentiam,non per se,sed incorruptibilem & ingenitam,necesse est ipsam esse. Si enim fiat, subijci aliquid oportet primum, ex quo inexistente fiat.hoc autem,est ipsius natura.quare, erit antequam fiat. Dico enim materiam,primum subiectum uniuscuiusque,ex quo fit aliquid,cum insit non secundum accidens, & si corrumpitur aliquid, in hoc abibit ultimum.quare,corrupta erit, antequã corrumpatur. De principio autem secundum speciem,utrum unum an plura,& quod,aut quæ sunt, cum diligentia,primæ philosophiæ opus est determinare.quapropter,in illud tempus reponatur. De Physicis autem,et corruptibilibus speciebus,in posterius demonstrandis dicemus. Quod igitur sint principia, & quæ, & quot numero,determinatum sic a nobis sit. Rursus autẽ,aliud principium capientes,dicamus.

TEX. 82.

Vide contradictionẽ Zimar.

Materia quid. Idem & 5. met. tex. 2.

TEX. 83.

RAPHAELIS VOLATERRANI IN PHYSICAE ACROASEOS
Librum secundum,

ARGVMENTVM.



IBRO *secundo naturam definit esse principium motus. Entium naturalium quædã esse animãtia, quædam inanima. Et horum quædam mixta, quædam simplicia. Animantia & mixta omnia principium in se motus habent, à contrarijs enim corrumpũtur & fiunt: simplicia uero, ut elementa, ab externo agente mouentur & alterantur, apta alioquin, id est per se recipere.* Eodem *modo et artificialia, nisi forte ex accidẽte per se moueãtur: ut medicus ægrotus qui seipsum curet, quod ut medico accidit, non ut ægroto. Præterea cùm natura materiam cõtineat & formam, materiam tantum nõnulli ad eam pertinere dixerunt. Nam & grabatum ligneum si corrumpatur, non in alterũ conuertitur grabatum, sed terram: sicuti et æris statua in aquam, quæ materia omnium liquabilium est. At qui formam maluerunt sic probauerunt. ob formam agere tantum naturam: nec res nominari aliquo modo aut dici, nisi ex entelechia perfecta & absoluta. Cum enim in potestate sit, non æs uocari, aut domus. Cuius igitur gratia, id est causa finalis seu formalis, in naturalibus præualet. Post hæc cùm astrologia, musica, & perspectiua intermediæ sint artes, eas ad mathesim magis spectare contendit, similitudinemq; quandam inter naturalem & mathematicæ scientiam demonstrat; cùm circa corpora utraq; uersetur, & lineas, & superficies, & notas. Verum altera de his quanquam in materia, cum abstractione tamen materiæ considerat: altera uerò naturalis corpus, naturale metitur, in materiaq;*

materiaq; omnino uersatur. Ex his astrologia, ualde cum naturali consentanea. nam & utriusq; officium est, solem lunamq; ac cœlum ipsum uestigare, motumq; perquirere. Hinc demũ ad causas ingreditur, sine quibus nihil est in rebus naturæ aliquid demonstrare. Omnis enim causa principium, sed non contra. nam principium præter causam ordinem quendam præ se fert, ut in quanto nota, principium lineæ: & unitas, principium numeri: & (cinima,) motus. Causas Aristoteles quatuor ponit, sed propriæ appellatæ duæ: efficiens, finalis, Concausæ totidem, materialis, formalis: hæc inter se differentia, quod hæ cum causato cõiunctæ, illæ discretæ. Causam igitur efficiẽtem in rebus naturalibus Aristoteles naturã primum posuit: Plato autem pulchrius organicam eam constituit, motam ab ipso Deo, quem causam efficientem esse uoluit, mouẽtem nihilominus & ipsam corpora physica, ex quo potius concausam appellauit. Exemplarem uero Ideas posuit, quas conditoris Dei mẽtem pie possumus interpretari: Materialem elementa, Finalem & formalem eandem natura intẽdit, quum omnia formæ gratia cõtendat. Hæc omnia in arte conspicimus ut in domo efficiens causa, ædificator, finalis, imbrium uitatio; materialis, lapides & ligna; formalis, figura ipsa. organicam siquis quærat inueniet cathetum, normam, trullam, & his similia; exemplarem vero, ipsius conditoris architecti designationem ac mentẽ. Causarum item & entium, id est causatorum quædam per se, quædam ex accidente, vt causa efficiens statuæ per se, statuarius: ex accidente uero, Polycletus, vel albus, vel musicus. Accidit enim statuario Polycletum vocari, & album aut musicum esse. Similiter & causarum per se statua fuerit, ex accidente vero Socrates fortè, & tricubitalis, seu rubra. Accidit enim statuæ propter Socratem fieri, ac uocari Socratem, et tricubitalem aut rubram esse. Est quoq; causarum & causatorum tertia diuisio: videlicet quædam propinquæ, quædam remotiores sunt, tam per se quam ex accidente. Quædam etiam actu, & quædam potestate, versatur & illa quæstio, Quid prius, causa an causatum; utrunq; simul & energia dicendum, quoniam alterum alteri inuicem eodemq; tempore vim præbeat ac nomen. Si tamen propinquior causa eligatur, vt ædificans & ædificium

simul sunt, & altera ab altero nomen accipit. Non item *causa remotior, vt homo & ædificiũ.* Potestate autẽ *possunt quidẽ non esse simul, vt si ædificator p riret remanẽte domo, vel cõtra. Sũt etiã quædã inuicem causæ; vt labor, causa valetudinis, et valetudo laboris.* Posthæc *cùm nonnulli cuncta ratione occulta fieri, ac nihil temere putent.* Aristoteles *solus fortunam & casum inter causas ponit agentes ex accidente, & ex genere raro contingentium. hac tamen inter eos differentia, quod fortuna in his quæ secundum electionem sunt, & ab extrinseco agẽte, ac in ratione plerunq; bonorum ponitur; quapropter nec in animis, nec brutis, nec pueris, qui consilio careant, euenit.* Fortunæ *nanq; ceu temere fuerit, aliud eligere, aliud euenire, id q; tribus modis, aut optatum assequi finem, & obiter præter spem aliud contingere: vt si fodiens ædificandi gratia, thesaurum inueniat.* Vel *alium assequi finem, quam eu n qui intenditur: vt si amicum obuiam quis habet, alind in foro frustra quæritans, postremo si non finis omnino, qui intenditur, consequatur.* Casus *autem ex his q æ præter electionem euen unt, quod* Græcum *declarat vocabulum, (afromaton) secundum naturam tamen euenit, vt brutis ac inanimis. quæ electione rationeq; carent; ut si ex lapide sponte cadente quiescens intereat, causa mortis per se lapis fuit ex accidente vero casus.* Præterea *casus ampliore dicitur potestate, nam omnis fortuna casus, non item contra.* Fortunæ *quoq; infinitæ sunt causæ, ratio uero eorum quæ semper aut frequenter.* Fortuna *itẽ causæq; cacæ quoad nos, quoad* Deum *naturamq; manifestæ.* Insuper *bona fortuna (eftychia,) mala autem (dyftychia) dicitur,* Bona *ergo fortuna felicitas quædam erit; felicitas autem actio quædam; nihil ergo agentem neq; fortunarum esse contingit.*

ARISTOTELIS STAGIRITAE DE PHYSICO AVDITV LIBER SECVNdus, ex Græco recognitus.

SVMMA SECVNDI LIBRI Physic. secundum Auer.

A textu primo usque ad.16. loquitur de natura, ac quot modis dicatur natura.

A textu.10. usque ad.27. ponitur differentia inter naturalem & mathematicum.

A textu.27. usque ad.75. agitur de causis & modis causarum.

A textu.75. usque ad finem edocet omne agens agere propter finem.



ORVM Quæ sunt, alia quidem sunt natura, alia uero, propter alias causas. Natura quidem sunt, & animalia, & partes ipsorum, & plantæ, et simplicia corpora, ut terra, & ignis & aer, & aqua. hæc enim, & huiusmodi, natura esse dicimus. Omnia autem quæ dicta sunt, uidentur differentia ab ijs, quæ non natura existunt quæ enim natura sunt

CAP. I. Tex. primus. Naturã esse materiam. & formã. Vide contradictio. Zimar.

omnia, uidentur habere in seipsis principium motus, & status: hæc quidem, secundum locum; illa uero, secundum augmentum & decrementum. quædã

TEX. 2. autem, secundum alterationem. Lectus autem, & indumentum, & si quid huiusmodi aliud genus est, secũdum quòd quidem sortitum est prædicationem unamquanque, & quatenus est ab arte, ne unum quidem habet impetum mutationis innatum. quatenus autem accidit ipsis, lapidea, aut terrea esse, aut mixta ex his, eatenus habent. Tanquam natura sit principium aliquod & causa mouendi, et quiescendi, ei in quo est primum, per se, et non secundum ac

Vide digressionẽ Auer. sup isto tex. cidens. Dico autem, non secundum accidens, quoniã fiet utique sibi ipsi aliquis causa sanitatis, cum sit medicus. attamen non quatenus sanatur, medicinam habet, sed accidit eundem, medicum esse et sanari. quapropter et separãtur aliquando abinuicem. Similiter autem, et aliorum quæ fiunt, unumquodque nullum enim ipsorum habet in seipso factionis principium, sed alia quidem in alijs et ab exteriori, ut domus, et aliorum manufactorum unumquodque. alia autem in seipsis quidem, sed nõ secundum seipsa, quæcunque secundum accidens causæ fieri possunt ipsis. Est igitur natura, quod dictum est.

TEX. 4. Naturam autem habent, quæcunque huiusmodi habent

Vide contradictio. Zimar. principium, et sunt hæc omnia, substantia. Subiectum enim quoddam, et in subiecto est, natura semper.

TEX. 5. Secundum autem naturam sunt, et hæc, et quæcunque his insunt secũdum se, ut igni ferri sur-

ſum hoc enim, natura quidem non eſt, neque habet naturam, ſed à natura, et ſecundum naturam eſt. Quid igitur eſt natura, dictum eſt, et quid, quod à natura, & ſecundum naturam. Quod autem ſit natura, tentare demonſtrare, ridiculum eſt. Manifeſtum enim eſt, quòd huiuſmodi entia ſunt multa. Demonſtrare autem manifeſta per immanifeſta, non potentis iudicare eſt quod per ſeipſum, & non per ſeipſum notum eſt. Quod autem contingat hoc pati, non immanifeſtum eſt; ſyllogizare enim quis poſſit de coloribus, cum à natiuitate ſit cæcus. Quare neceſſe eſt talibus, de nominibus eſſe ſermonem, nihil autem intelligere. Videtur autem nonnullis, natura & ſubſtantia eorum quæ natura ſunt, eſſe quod primum ſubiectum eſt unicuique, non formatum per ſeipſum ut lecti natura, lignum, ſtatuæ autem, æs; ſignum autem dicit Antiphon, quoniam ſi aliquis defoderit lectum & accipiat potentiam putredo ut ſit germen, non utique fieri lectum ſed lignum, tanquam quod ſecundum accidens eſt, eſſe diſpoſitionem ſecundum legem & artem. ſubſtantiam autem, eſſe illam, quæ etiam permanet, hæc patiẽs continue. Si autem & horum unũquodque ad aliud aliquid idem hoc patitur (ut æs quidem & aurum, ad aquam, oſſa autem & ligna, ad terram ſimiliter autem & aliorum quodlibet) illa naturam eſſe & ſubſtantiam ipſorum. Quocirca ſane, hi quidem terram, alij uero ignem, alij aerem dicunt; quidam autem aquam, quidam uero quædam horum, quidã

TEX.6.

Conſimile. 8. phiſico. tex. 22. & 26. & 4. meta. tex. 9

Vide cõtradictio. Zimarra.

TEX.7.

Antiphon.

TEX.8.

TEX.9.

autem omnia hæc, naturam esse eorum quæ sunt. Quod enim aliquis ipsorum existimauit huiusmodi, siue unum, siue plura, hoc & tot dicit esse omnem substantiam. alia autem omnia, paßiones istorum, & habitus, et dispositiones. Et *horum quidem, quodlibet esse perpetuum.* Non *enim esse mutationē ipsis ex seipsis, alia autem fieri & corrumpi infinities.* vno *igitur modo, natura sic dicitur, prima unicuique subiecta materia habentium in seipsis motus principium & mutationis.* Alio *autē modo, forma & species, quæ secūdum rationem.* Vt *enim ars dicitur, quod secundum artem, & artificiale, sic & natura, quod secundum naturam dicitur, & quod naturale* Neque *autem illud adhuc dicimus habere secundum artem aliquid, si potentia tantum est lectus, nondum autem habet speciem lecti. neque esse secundum artē, neque in ijs quæ natura subsistunt.* Potētia *enim caro aut os, neque habet adhuc suiipsius naturam priusquam accipiat speciem quæ secū dum rationem, quam diffinientes dicimus quid est caro, aut os. neque natura est.* Quare, *alio modo natura utique erit habentium in seipsis motus principium, forma & species non separabilis existens, nisi secundum rationem.* Quod *autem est ex his, natura quidem non est, sed à natura, ut homo.* Et *magis natura hæc est, quàm materia.* Vnumquodque *.n. tunc dicitur, cum entelechia sit, magis quàm cum potentia.* Amplius, *fit ex homine homo, sed non lectus ex lecto.* Quapropter *etiam dicunt figurā non esse ua*

TEX. 10.

TEX. 11.

Ex hoc textu sumitur quot denominatio sit ab actu.

TEX. 12.

Vide contradictionē Zimar.

Formam est magis natura quā mā.

TEX. 13.

turam, sed lignum. quoniam fiet utique si germinabit, non lectus, sed lignum. si ergo hoc est ars, & forma est natura. fit enim, ex homine, homo. Amplius autem, natura dicta ut generatio, uia est ad naturā. Non enim ut medicatio dicitur non ad medicinam uia, sed ad sanitatē (necesse enim est, q medicina non ad medicinam, esse medicationē) sic * natura se habet ad naturam· sed quod nascitur, ex quoddam in quiddam uenit, quatenus nascitur. Ad quod igitur nascitur? non ad id ex quo, sed ad quod. Forma itaque, natura est. sed forma & natura dupliciter dicitur. Etenim priuatio, species quodammodo est· si autem est priuatio et contrarium aliquod circa simplicem generationem, aut non est, posterius considerandum est. Quoniam autem determinatum est, quot modis natura dicitur; post hoc speculandū est, quo differt mathematicus à Physico. etenim plana, et solida, habent physica corpora, & longitudines, & puncta de quibus considerat mathematicus. Amplius autem si astrologia, alia est an pars Physicæ. si enim Physici est quid sit sol, aut luna scire, accidentium autem per se nullum; inconueniens est. & præsertim cum uideantur dicere qui circa naturā uersantur; & de figura solis & lunæ· & utrū sphærica sit terra, & mundus, an non. De his igitur negociatur et mathematicus, sed non quatenus physici corporis terminus est unumquodque. neque accidentia speculatur; quatenus talibus existentibus accidunt. Quapropter, et abstrahit. abstracta enim

TEX. 14. Generatio est via in naturam.

a. l. non sic

TEX. 15.

TEX. 16 Quod physica consider tio & materiæ sit, & formæ.

Cap. 2. TEX. 17.

TEX. 18

Abstrahentium nō est mendacium.

Vide. 3. de anima. tex. 35.

TEX. 19.

vide contradictionem Zimar.

sunt intellectu à motu, & nihil refert. Neque fit mendacium abstrahentium. Latent autem qui hoc faciunt, et qui ideas dicunt. Physica enim abstrahunt, cum minus sint abstracta mathematicis. Fiet autem hoc manifestũ, si aliquis utrorumq; tentauerit dicere terminos, & ipsorum & accidentium impar. n. erit & par, & rectum & curuum, adhuc autem & numerus, & linea, & figura, sine motu. caro autẽ, & os, & homo, non amplius. sed hæc, sicut naris syma, sed non sicut curuum, dicuntur. Demonstrant

TEX. 20.

autem, & quæ ex mathematicis magis physica sunt, ut Perspectiua, & Harmonica, & Astrologia. econtrario enim, quodammodo se habent ad geometriam. Geometria enim, de physica linea considerat, sed non quatenus est physica. Perspectiua autem, mathemathicam quidem lineam, sed non quatenus mathematica, sed quatenus physica est. Cum autem natura duplex sit, et species et mate-

TEX. 21.

ria, ut si de symitate quid sit consideremus, sic contemplandum est. Quare neque sine materia, neque secundum materiam, quæ huiusmodi sunt. Etenim iam & de hoc dupliciter dubitabit quis, cum duæ naturæ sint, de utra est Physici, an de eo quod est ex utrisque? sed si de eo quod est ex utrisque, & utraque. Vtrum igitur, eiusdem aut alterius, utrãque cognoscere? Ad antiquos enim aspicienti,

TEX. 22. Vide digressionẽ Auer. super isto textu.

uidebitur utique esse materiæ. ad exiguam enim partem quandam, Empedocles et Democritus speciem et quod quid erat esse, tetigerunt. si autem ars

imitatur naturam, eiusdem autem est sciẽtiæ cognoscere speciem et materiam usque ad aliquid (ut medici sanitatem, et choleram, et flegma, in quibus est sanitas. similiter autem et ædificatoris, speciem domus, et materiam, lateres scilicet et ligna. similiter autem, et in alijs) et Physicæ utique erit cognoscere utrasque naturas. Insuper eiusdem est, id cuius gratia et finem, et quæcunque sunt horum gratia. TEX. 23. *natura autem, finis est, et id cuius causa. quorum. n. continuo motu existente, est aliquis finis ipsius motus, hic ultimum est, et id cuius causa. Quocirca et Poeta, derisorie adductus est ut diceret. Habet finem, cuius quidem causa factus est. Vult enim, non omne ultimum esse finem, sed optimum. Quoniam et faciunt artes materiam, aliæ quidem simpliciter, aliæ uero operi accommodam et utimur, tanquam* TEX. 24 *propter nos omnibus quæ sunt. sumus enim, quodã modo et nos, finis. dupliciter enim est, id cuius causa. dictum est autem, in eo qui de philosophia. Duæ igitur * sunt artes quæ dominantur ipsi materiæ, et quæ sunt cognoscentes, ea quæ utitur, et factiuæ* TEX. 25. *quæ architectonica est. quapropter et quæ utitur, architectonica quodammodo est. differt autem quatenus hæc quidem quæ speciem cognoscit, architectonica est; alia autem, ut effectrix materiæ. Gubernator enim qualis sit species aliqua temonis cognoscit, & præcipit. Alius autem, ex quo ligno, & quibus ex motibus est. In ijs igitur quæ sunt secundum artem, nos facimus materiam, propter opus.*

Defende Homerum ex tex. 21. 5. met.

Nos sumus quodammodo finis omnium.

a. l. due artẽ Vide contradictionẽ Zimar.

TEX. 26. *sed in physicis, est. Amplius, eorũ quæ ad aliquid, materia est. ad aliam enim speciem, alia materia. Quousque ergo, Physicum oportet cognoscere speciem, & ipsum quid est? an quemadmodum medicũ, neruum, aut fabrum, æs, usque ad aliquid? Alicuius enim gratia, unumquodq; et circa ea quæ sunt separabilia quidem specie; in materia autem. homo*

a.l. hõ quidẽ Sol & homo generãt hominem. *enim, * hominem generat, & sol. Quomodo autem se habeat hæc separabilis, & quid sit, Philosophiæ primæ est officium determinare. Determinatis*

TEX. 27. De generibus & modis causarũ. CAP. III. *autem his, considerandum est de causis, & quæ & quot numero sunt. Cum enim sciendi gratia * hoc negocium sit, scire autem nõ prius opinamur unũquodque, quàm utique ceperimus propter quid circa unumquodque, hoc autem est accipere primam*

a.l.g. gratia naturalis. *causam, manifestum quòd & nobis hoc faciendum est, & de generatione & corruptione, & de omni physica mutatione ut sciẽtes ipsorum principia, reducere ad ipsa, tentemus quæsitorum unumquodq;. Vno igitur modo causa dicitur, ex quo fit aliquid*

TEX. 28. Causa quid. *cum insit. ut æs statuæ, & argentum phialæ, & horum genera. Alio autem modo, species & exemplũ. hæc autem, est ratio ipsius quod quid erat esse; & huius genera. ut ipsius diapason; duo ad unum, &*

TEX. 29. *omnino numerus, et partes quæ in ratiõe. Amplius, unde principium mutationis primum, aut quietis. ut consultor causa, & pater filij, et omnino faciens facti, & transmutans transmutati. Præterea, ut finis. hic autem est id cuius gratia, ut ambulandi, sa-*

nitas. propter quid enim ambulat? dicimus, ut sanus sit, & ita locuti, opinamur assignasse causam. Et quaecunque iam mouente alio, intermedia fiunt ipsius finis, ut sanitatis, macies, aut purgatio, aut medicamenta, aut organa. omnia nāque haec, finis gratia sunt; differūt tamen abinuicem, quia alia quidē, sunt opera; alia uero, organa. Causae igitur, fere tot modis dicuntur. Accidit autem cum multipliciter dicantur causae, & multas eiusdem causas esse, non secundū accidens. ut statuae & ars statuaria et aes, non secūdum alterum quid, sed quatenus est statua. sed non eodem modo. sed hoc quidem, ut materia; illud autem, ut unde est motus. Sunt autem quaedā, & adinuicem causae. ut laborare: causa est bonae habitudinis. & haec laborandi, sed non eodem modo. sed hoc quidem, ut finis; illud autem, ut principium motus. Amplius autem, eadem causa contrariorum est. Quod enim praesens, causa huius est: hoc & absens facimus aliquando, causam contrarij. ut absentiam gubernatoris, nauis subuersionis; cuius erat praesentia causa salutis. Omnes autem nunc dictae causae, in quatuor cadunt modos manifestissimos. Elementa enim syllabarum, & materia factibilium, & ignis & huiusmodi corporum, & partes totius, & suppositiones conclusionis; ut id ex quo, causae sunt. Harum autem, aliae quidem sunt ut subiectū ut partes. aliae autem, ut quod quid erat esse, & totum & compositio & species. semen autem, & medicus, & consultor, et omnino ipsum faciens; omnia

TEX. 30

Causae sunt sibi inuicem causae.

TEX. 31.

Causarum quatuor genera:

Vide contradictione Zimar.

sunt,unde principium mutatiõis,aut status,aut mo

Idem supra tex.31. & 2.me.t.8 tus. Aliæ autem;ut finis,& bonum aliorum. Id enim cuius gratia; optimum & finis aliorum uult esse.

TEX.32 Differat autem nihil,idem dicere bonum,uel apparens bonum. Causæ igitur,tales,& tot sunt specie. Modi autem causarum,numero quidem sunt multi; in capita uero contracti,& hi pauciores. dicuntur enim causæ multipliciter,& ipsarum quæ similium specierum sunt,prior ac posterior alia,alia.ut sanitate,medicus & artifex, & ipso diapason, duplum

TEX.33. & .5.me. tex.3. & numerus.& semper quæ continent,ad singulares. Amplius autem ut accidens, & horum genera,ut statuæ,aliter Polycletus,et aliter statuarius. quoniam accidit statuario,Polycletum esse:& con

Vide cõtradictionem Zimar. tinentes etiam accidens,ut si homo causa sit statuæ aut omnino animal Sunt autem accidentiũ alia aliis remotius & propinquius; ut si albus & musicus,

TEX.34. causa dicantur statuæ. Præter omnes autem & proprie dictas & secundum accidens: aliæ quidem ut potentes dicuntur,aliæ uero ut operantes.uelutiæ dificandæ domus,ædificator;aut ædificans ædi

TEX.35. ficator. Perinde autem dicetur & in iis quorũ causæ sunt ipsæ causæ, atque in iis quæ dicta sunt .ut huius statuæ,aut statuæ;aut etiam omnino imaginis,& æris huius,aut æris,aut omnino materiæ,et in accidentibus similiter. Amplius autem,connexæ

TEX.36. & hæ & illæ dicẽtur.ut non Polycletus neque statuarius,sed Polycletus statuarius. attamen omnes hæ,sunt multitudine quidem sex;dictæ autem du-

pliciter. Aut enim ut singulare, aut ut genus, aut ut quod secundum accidens, aut ut accidentis genus, aut ut connexæ hæ, aut ut simpliciter dictæ, omnes autem aut actu existentes, aut secundum potentiam. Differunt autem tantum, quòd actu quidē existentes & singulares, & ea quorum sunt causæ, simul sunt & non sunt · ut hic medens cum hoc qui sanatur; & hic ædificator cum hoc quod ædificatur. Quæ autem sunt secundum potentiam, non semper. corrumpitur enim non simul, domus, & ædificator. TEX. 37.

Oportet autem semper causam uniuscuiusque summam quærere, ut & in alijs, ut homo ædificat, quoniam ædificator est. ædificator autē, est secundum ædificandi artem. hæc igitur prior causa est, & sic in omnibus. TEX. 38.

Amplius, aliæ quidē genera sunt generum: aliæ autem singularia singularium. ut statuarius quidem statuæ; hic autem, huiusce. Et potentiæ quidem, poßibilium; actu autem existentes, ad actu existentia. Quot igitur causæ, et quomodo causæ sunt, sint nobis determinata sufficienter.

Vniuersaliū cāæ sunt vniuersales. & singularium singulares.

TEX. 39.

Dicitur autem & fortuna, & casus, de numero causarum esse. & multa, & esse et fieri propter fortunā & casum. Quo igitur modo in his causis est fortuna & casus, & utrum idem sint fortuna & casus, aut diuersum, & omnino quid sit fortuna & casus, considerandum est.

Fortuna & casus quatenus causæ.

CAP. 4

TEX. 40.

Quidam enim, & si sint an non, dubitant. nihil enim fieri à fortuna dicunt sed omnium esse aliquam causam determinatam, quæcūque dicimus à casu fieri, aut à fortuna.

ut ueniendi à fortuna in forum, & reperiendi quem uolebat quidem, non autem putabat, causa est, uelle cum uenerit emere. similiter autem & in alijs quæ à fortuna dicuntur, semper aliquam esse accipere causam, sed non fortunam. Quoniam si aliquid esset

TEX. 41 *fortuna, inconueniens utique per quàm uere uidebitur. & dubitabit utique aliquis propter quid nullus antiquorum sapientum causas de generatione & corruptione dicens, de fortuna quicquam determinauit. sed (ut uidetur) nihil opinabantur illi esse à*

TEX. 42 *fortuna. Sed & hoc mirabile. multa enim & fiunt & sunt à fortuna et casu, quæ non ignorantes quòd licet referre ad aliquam causam unumquodque eorum quæ fiunt, ut antiquus sermo dixit destruens fortunam, horum tamen alia quidem esse dicunt om-*

TEX. 43 *nes à fortuna, alia uero non à fortuna. Quocirca & quodam modo erat facienda ipsis mentio: at uero neque illorum quidem aliquid opinabantur esse fortunam, ut amicitiam, aut litem, aut ignem, aut intellectum, aut aliquid aliud talium. Inconueniens est igitur, siue non putauerunt esse, siue putantes reliquerunt, præsertim aliquando utentes ut Empedo-*

Empedocles *cles, nõ semper aerem segregari superius dicit, sed ut accidit. dicit enim in Cosmopœia, id est mundi fabrica: Sæpe alias aliter, sed tunc sic forte cucurrit.*

TEX. 44. *Et partes animalium à fortuna fieri plurimas, ait. Sunt autem quidam qui & cœli huius, & mundanorum omnium causam esse ponunt casum. à casu. n. fieri dicunt reuolutionem, & motum qui discreuit*

& constituit in hunc ordinem, uniuersum. Et ualde hoc ipsum admiratione dignum est, quòd dicant, ipsa quidẽ animalia ac plantas à fortuna nec esse nec fieri, sed aut naturam aut intellectum aut quippiã tale aliud esse causam non enim quoduis, ex semine unoquoque fit sed ex tali quidem, olea, ex tali autẽ, homo. Cœlum autẽ, et diuiniora sensibilium à casu fieri. talem autem causam nullam esse, qualem animalium et plantarum. Atqui si sic se habeat hoc ipsum, dignum est consideratione. et bene sese habet, dici aliquid de hoc ipso. Nam præterquam quòd et alioqui absurdũ est quod dicitur, adhuc absurdius est dicere hæc, cum uideant in cœlo nihil à casu factum. in ijs autem quæ non à fortuna, multa contingere à fortuna. attamen par erat, cõtrarium fieri. Sunt autem quidam, quibus fortuna uidetur quidem esse causa immanifesta autem humano intellectui, tanquam diuinum quiddam existẽs et felicius. Quare considerandum est, et quid sit utrumque, et si idẽ an aliud et casus et fortuna, et quomodo in determinatas causas incidunt. Primum igitur cum uideamus alia quidem semper similiter fieri, alia autem frequenter, manifestum est quòd neutri horum, causa fortuna dicitur. Id enim quod à fortuna, neque eius est quod ex necessitate et semper, neque eius quod est frequenter. sed quoniam quædam fiunt et præter hæc, & omnes hæc dicunt esse à fortuna, manifestum quòd aliquid est fortuna & casus. Talia enim, à fortuna, et quæ à fortuna, talia esse sci-

TEX. 45 Consimile primo de partib. animalium. Cap. I

TEX. 46

TEX. 47

TEX. 48. Fortuna & casus quatenus causæ. Cap. 5 Vide digressionẽ Auer. sup isto tex.

TEX. 49 mus. Eorum autem quæ fiunt alia quidem propter aliquid fiunt, alia uero nō. Horum autem, alia quidem secundum propositum *, alia uero non secundum propositum. ambo autem, sunt in ijs quæ propter aliquid. Quare manifestum est, quòd et in ijs quæ sunt præter necessarium, et quod frequenter, sunt quædam circa quæ contingit esse id quod est propter aliquid. Sunt autem propter aliquid, et quæcunque ab intellectu utique aguntur, et quæcunque à natura. Huiuscemodi igitur, cum secundum

TEX. 50 accidens fiunt, à fortuna dicimus esse. ut. n. et quod est, aliud quidem per seipsum est, aliud autem secundum accidens, sic et causam contingit esse. ut ipsius domus, per se quidem causa est ædificatiuum, secundum accidens autem, album aut musicū. Itaque per se causa, definita est, quæ uero secundum accidens, indefinita. infinita enim, uni accident. Sicut igitur dictum est, cum in ijs quæ propter aliquid fiūt, hoc fiat, tunc dicitur à casu et à fortuna. Ipsa autē,

TEX. 51. adinuicem horum differentia, posterius determinanda est. nunc uero hoc sit manifestum, quòd utraque sunt in ijs quæ propter aliquid sunt. Vt causa recipiendi argentum, uenisset, reportaturus pecuniam, si sciuisset. Venit autem, non huius gratia, sed accidit uenisse, et fecisse hoc reportādi gratia. hoc autem, neque frequenter uenientem ad locum, neque ex necessitate. Est autem finis, reportatio, non causarum quæ in ipso, sed eligibilium, et ab intellectu: et dicitur tunc à fortuna quidem uenisse. si autem propo-

secundum electionem.

Causæ per se sunt finitæ, sed causæ per accidens sunt infinitæ.

proponens, et huius gratia, aut semper ueniens, aut frequenter reportans, non à fortuna. Manifestũ itaque, quòd fortuna causa est secundum accidens, in ijs quæ secundum propositum eorum quæ propter aliquid sunt. Quapropter, circa idem, et intellectus et fortuna est. propositum enim, non sine intellectu est. Indefinitas igitur causas, necesse est esse, à quibus fiat quod est à fortuna. Vnde uidetur fortuna, indefiniti esse, et immanifesta homini. Et est, ut nihil à fortuna uideatur utique fieri. omnia enim hæc, recte dicuntur, quoniam rationabiliter. est enim, ut fiat à fortuna. secundum accidẽs enim, fit. Et est causa, ut accidens, fortuna. ut autem simpliciter, nullius. ut domus, ædificator quidem causa est; secundum accidens autem, tibicen. et ut ueniens resrat argentum, non huius causa ueniens, infinitæ sunt multitudine. Etenim uidere aliquem uolens et persequens, et uisurus, et fugiens. Et dicere esse aliquid præter rationem fortunam, recte est. ratio enim est, aut eorum quæ semper sunt, aut eorũ quæ frequenter. fortuna autem est in ijs quæ fiunt præter hæc. Quare, cũ indefinitæ sint, quæ sic sunt causæ, et fortuna indefinita est. Attamẽ etiam in quibusdam dubitabit utique aliquis. nunquid quæuis sint fortunæ ut sanitatis, aut spiritus, aut calor, sed non detonderi? sunt enim aliæ alijs proximiores, earum quæ secundum accidens causarum. Fortuna autem, bona quidem dicitur, cum bonum aliquid euenit. Mala autem, cum malum aliquid. Prosperi-

TEX. 52 (beside line 1)
TEX. 53 (beside line 8)
TEX. 54 (beside line 15)
TEX. 55 (beside line 21)
TEX. 56 (beside line 30)

tas uero fortunæ et infortunium,cum magnitudine habent hæc. Quocirca et cum parum abest ut quis malum aut bonum capiat magnum est uel infortunatum esse uel bene fortunatum quoniam tãquam, existeret,dicit intellectus. Quod enim parũ abest, tanquam nihil distare uidetur. Amplius autem, incerta est prospera fortuna rationabiliter. fortuna, n. incerta est.neq;.n. semper,neq; frequẽter possibile est esse,eorũ quæ sunt à fortuna quicquã. Sunt

TEX. 57. igitur ambo,causæ (quemadmodũ dictũ est) secundum accidens et fortuna et casus,in ijs quæ possunt fieri non simpliciter neq; frequẽter. et horũ,quæcũque utique fient in ijs quæ propter aliquid. Differunt autẽ,quoniam casus in plus est. quod enim est

CAP. 6. Fortuna et casus quid differant. à fortuna,est et à casu.hoc autem non omne,à fortuna est. Fortuna enim,et quod à fortuna est: ijs inest, quibus et fortunatos esse,inerit, et omnino

TEX. 58. actio. Quocirca et necesse est,circa agenda esse fortunam,signum autem est, quoniam uidetur uel idẽ esse cum felicitate prospera fortuna aut prope. felicitas autem,actio quædam est.est enim bona actio,

Felicitas est quædam actio. Quare quibuscunque non contingit agere,ijs neque à fortuna aliquid facere continget. Ob idq;,neque

TEX. 59. inanimatum quippiam,neque bestia,neque puerulus,quicquam facit à fortuna;quoniam non habent

Fortuna nõ est in rebus aĩa carentibus neq; in infantibus. neq; in bru propositum.neque prospera fortuna,neque infortunium,his inest,nisi secundum similitudinem.ut dixit Protarchus fortunatos esse lapides ex quibus sunt Aræ,quòd honorentur;copulati autẽ cum his, cõ

culcentur. Pati autem à fortuna, ineſt quodammo- tis. Idē primo
do & his; cum agens aliquid circa hæc, agat à for- mo Ethicc.
tuna. aliter autem, non eſt. Sed caſus, & alijs ani cap.13. & 10. Ethico.
malibus, & inanimatorum multis. ut equus caſu (di cap.10.
cimus) uenit; quoniam ſaluatus quidem eſt ueniens, TEX.60.
non ſalutis autem gratia uenit. Et tripes caſu ceci-
dit. ſtetit enim ſedendi cauſa, ſed non ſedendi cauſa
cecidit. Quare manifeſtum eſt, quòd in ijs quæ ſim- TEX.61.
pliciter propter aliquid fiunt, cum non eius quod
euenit gratia fiunt, cuius extra eſt cauſa; tunc à ca
ſu dicimus. A fortuna autem, horum quæcunque à
caſu fiunt, eligibilium in habentibus propoſitum. TEX.62.
Signum autem eſt, ipſum fruſtra. quoniam dicitur,
cum non fiat quod propter aliud eſt, illius gratia
eſt. ut ambulare, ſi purgationis gratia eſt. ſi uero
non facta fuit ambulanti, fruſtra dicimus ambulaſſe
& quòd ambulatio fruſtra fuit. tanquam hoc ſit fru-
ſtra, quod natum eſt alterius gratia, cum non perfi
ciat illud cuius gratia erat natumq; erat. quoniam
ſi aliquis ſe lotum dicat fruſtra, quia nõ defecit ſol,
ridiculus utique erit, non enim erat hoc, illius gra- TEX.63.
tia. Sic igitur caſus iuxta nomen eſt, cum ipſum fru
ſtra fit. decidit enim, nõ percutiendi gratia, lapis.
à caſu igitur decidit lapis, quoniam cecidiſſe potuit
utique à quodam, & percutiendi gratia. Maxime
autem eſt ſeparatum quod à fortuna eſt, in ijs quæ TEX.64.
natura fiunt. Nam cum fit aliquid præter naturam, Vide contra
tum non à fortuna, ſed magis à caſu factum eſſe di- dictio.
cimus. Eſt autem & hoc, alterum. huius enim, ex- Zimar.

TEX. 65 tra est causa, illius uero, intra. Quid igitur sit casus, & quid fortuna, dictum est, & quo à seinuicem differant. At de modis causarum, in quibus est unde principium motus, utrunque ipsorum est. aut enim eorum quæ sunt natura, aut ab intellectu, causa semper est. sed horum multitudo, indeterminata

TEX. 66 est. Quoniam autem casus atque fortuna, causæ sunt eorum quorum aut intellectus causa sit, aut natura, cum secundum accidens causa aliqua fit horũ ipsorum, nihil autem secundum accidens est prius ijs quæ per se sunt, manifestum est, quòd neque causa per accidens prior est, ea quæ est per se. Posterior itaque casus est, atque fortuna, & intellectu et

TEX. 67 natura. Quare si quàm maxime cœli causa est, casus, necesse est prius intellectum & naturam esse & aliorum multorum & huius uniuersi causam.

Cap. 7

TEX. 68. Quod autem sint causæ, & quòd tot numero quot

Considera- dicimus, manifestũ est. tot enim numero, ipsum pro-

tio quate- pter quid comprehẽdit. aut enim ad ipsum quid est

nus ad phy reducitur ipsum propter quid ultimum in immobi-

sicũ. libus ut in mathematicis, ad diffinitionem enim recti, aut commensurabilis, aut alius cuiuspiam, redu-

TEX. 69 citur ultimum. Aut ad mouens primum. ut, propter quid certauerunt? quoniam furati sunt. aut cuius gratia? ut domimentur. aut in ijs quæ fiũt, materia. Quod igitur causæ hæ, & tot sint, manifestum est.

TEX. 70 Cum autẽ causæ quatuor sint, de omnibus est Physici cognoscere. & ad omnes reducens ipsum propter quid, assignabit physice materiam, speciẽ, ip-

ſum mouens, & id cuius gratia. Veniunt autẽ tres, in unam plerunque. Ipſum enim quid eſt, & id cuius gratia, una eſt. Ipſum uero unde motus primũ, ſpecie, eadem eſt his. homo enim, hominem generat. Atque omnino, quæcunque mota mouẽt. quæcunque autem non, non amplius Phyſicæ ſunt. non enim in ſeipſis habẽtia motum, aut principium motus, mouent; ſed immobilia ſunt. Quamobrem tria ſunt negocia. hoc quidem, circa mobile. illud uero, circa mobile quidẽ ſed incorruptibile. aliud autẽ, circa corruptibilia. Quare ipſum propter quid, & ad materiam reducenti, redditur, & ad ipſum quid eſt, & primum mouens. de generatione enim, maxime hoc modo cauſas conſiderãt. quid poſt quid fiat, & quid primum fecit, aut quid paſſum eſt, & ſic ſemper quod deinceps eſt. Duplicia autem ſunt, principia mouentia phyſice, quorum alterum non phyſicum eſt. non enim habet motus principium in ſeipſo. Tale autem eſt, ſi aliquid mouet quod non mouetur, ut id quod penitus eſt immobile, & quod omnium primum eſt. Et ipſum quid eſt, & forma. finis enim eſt, & cuius gratia. Quare cum natura propter aliquid ſit, & hanc cognoſcere oportet, & penitus reddendum eſt ipſum propter quid. ut quod ex hoc, neceſſe eſt hoc fieri, hoc autem ex hoc aut ſimpliciter, aut frequenter. & ſi debet hoc fieri, ut ex propoſitionibus concluſio. & quia hoc erat, quod quid eſſe. et quia melius eſt ſic, non ſimpliciter, ſed ad uniuſcuiuſque ſubſtantiam.

TEX. 71

TEX. 72

TEX. 73.

Vide cõtradictionem. Zimarræ.

TEX. 74

CAP.8. TEX.75. Naturam quoque agere alicuius gratia.

Dicendum igitur, primum quidem, quòd natura ea rum causarum est, quæ sunt propter aliquid, postea de necessario, quomodo se habet in physicis. Ad hanc enim causam reducũt omnes, quia cum calidum tale natura sit, & frigidum, & unumquodque talium; hæc autẽ ex necessitate sunt, & fiunt, & apta natura sunt. Etenim si aliam causam dicant, so lum tangentes ualere sinunt. hic quidem, litem &

TEX.76. amicitiam, ille uero, intellectum. Habet autem dubitationem, quid prohibeat naturam non propter aliquid facere, neque quod melius est, sed sicut pluit Iuppiter, non ut frumentum augeat, sed ex necessitate. Quod enim sursum latum est, frigefieri oportet & quod frigefactum est aquam factum, deorsum uenire. augeri autem, cum hoc fiat, accidit frumentum. Similiter autem & si cuipiam perit frumentum in area, non huius gratia pluit ut pereat, sed hoc accidit. Quare quid prohibet, sic & partes se habere in natura: ut dentes ex necessitate oriri, anteriores quidem acutos, aptos ad diuidendũ. maxillares * autem, latos & utiles ad terendum cibum, cum non propter hoc facti sint, sed acciderit. Similiter autem est & de alijs partibus, in quibus uidetur inesse ipsum propter aliquid. Vbi igitur omnia acciderint, perinde atque si propter aliquid facta forent, ea quidem seruata sunt, a casu consistentia apte. Quæcunque uero non sic, periere, pereuntq́; quemadmodum Empedocles dicit ea quæ Prima hominem referunt, & taurum parte secun-

* à, l. gemines.

da * . Ratio *igitur qua dubitauerit aliquis, hæc est,& si qua talis alia est*: Sed *impoßibile est, ista hoc habere modo.* Hæc *enim,& omnia quæ natura sunt, aut semper sic fiunt, aut frequenter. sed eorum quæ fiunt à fortuna & casu, nihil.* Neque.n. *à fortuna, neq; à casu uidetur pluere sæpe hyeme, sed si sub cane. neque caumata sub cane, sed si hyeme. Si igitur aut à casu uidentur aut propter aliquid esse, si non poßibile est esse hæc aut à fortuna aut à casu, propter aliquid utique erunt.* At uero, *natura sunt huiusmodi omnia. quemadmodum & ipsi dixerint, qui hæc dicunt.* Est *itaque ipsum propter aliquid, in hijs quæ natura fiunt & sunt.* Amplius *in quibuscunq; finis aliquis est, huius gratia agitur quod prius, quodq; consequens est. ergo, ut agitur, sic aptum natura est. & ut aptum natura est, sic agitur unumquodq;, nisi quid impediat. agitur autem propter aliquid.* Et *aptum itaque natura est, huius gratia. ut si domus, eorum quæ natura fiunt esset, sic utique facta esset, ut nunc ab arte.* Si *autem quæ natura, non solum natura sed & arte fierent, similiter utique fierent, ut apta natura sunt propter ergo alterum, alterum.* Et *omnino ars, alia quidem perficit quæ natura nõ potest effi cere, alia uero imitatur. si ergo quæ secundum artem sunt, propter aliquid fiant, manifestum quòd et quæ secundum naturam.* Similiter *enim se habent inter sese, in ijs quæ secundum artem atque in ijs quæ secundum naturã, posteriora ad priora.* Ma-

alias beni-gena priora viri.

TEX. 77.

TEX. 78.

TEX. 79.

TEX.80 xime autem manifestum est,in cæteris animalibus, quæ neque arte,neque inquirendo, neque deliberã do,faciunt·Quapropter dubitant quidam, utrum intellectu,aut quodam alio operentur, & aranei, & formicæ,& huiusmodi. paulatim autẽ sic procedenti,& in plantis apparent conferentia quædam fieri ad finem,ut folia propter fructus cooperimentum.Quare si et natura,et propter aliquid, hirundo nidum facit, & araneus telam, & plantæ folia gratia fructuum, & radices non sursum sed deorsum,gratia nutrimenti, manifestum quòd est causa

TEX. 81 talis in ijs quæ natura fiunt,& sunt.Et quoniã natura duplex est,alia quidem ut materia, alia uero ut forma,finis autem est hæc,propter finem autem cætera; hæc utique erit causa cuius gratia.Pecca

TEX. 82 tum autem fit,& in ijs quæ fiunt secundum artem. scripsit enim non recte grammaticus, & propinauit non recte medicus medicamentum. quare manifestum est, quòd contingit & in ijs quæ secundum naturam fiunt.Si igitur sunt quædam secundum artem,in quibus quod recte fit propter aliquid fit, in ijs autem quæ peccantur, alicuius quidem gratia aggreditur,sed frustratur,similiter utique se habet & in physicis, & monstra peccata sunt illius quod propter aliquid agit.Et in ijs quæ à principio utique compositionibus bouigena,si non ad quendam terminum ac finem poterant uenire,corrupto utique principio aliquo(ut nunc semine)fiebant. Am-

TEX. 83 plius necesse est semen fieri primum,sed non statim

animalia. Et ipsa massa quidem mollis, prius semen erat. Amplius & in plantis inest ipsum propter aliquid, minus autem distinctum est. Vtrum igitur & in plantis fiebant ut bouigena, uiriprora, sic uitigena oleoprora, an non. Inconueniens enim est? sed tamen oportebat, si quidē & in animalibus. Amplius, oportebat & in seminibus fieri, ut accidit. omnino autem destruit sic dicens, tam quæ natura sunt, quā naturam. Natura enim sunt, quæcunque ab aliquo in seipsis principio continue mota perueniunt ad aliquem finem. Ab unoquoq; autem non idem quibusq;, neque quiuis, semper tamen ad eundem, nisi aliquid impedierit. Id autem cuius gratia, & quod huius gratia, fient utiq; à fortuna. sicuti dicimus quòd à fortuna uenit hospes, lotusq; abiuit, cum tanquam gratia huius ueniens egerit, non autem gratia huius uenerit & hoc, secundum accidens. fortuna enim, est earum, quæ sunt secundum accidens causarum, quemadmodum & prius diximus. sed cū hoc semper, aut frequenter fiat, non secundum accidens, neque à fortuna est. In physicis autem semper sic, nisi quid impedierit. Inconueniens autem est, nō opinari propter aliquid fieri, nisi uideāt ipsum mouens deliberasse. Attamen etiam ars non deliberat. nanque si esset in ligno, nauis faciendæ ars, haud secus atque natura, faceret. Quare si in arte inest ipsum propter aliquid, & in natura inest. maxime autē manifestum est, cum quis medetur ipse sibi ipsi. huic enim similis est natura. Quod igitur causa

In hoc textu Aristo. arguit ad hominem.

TEX. 84

TEX. 85

TEX. 86

fit natura, atque ita ut propter aliquid, manifestũ
TEX. 87. CAP. 9. De necessitate in rebus naturalibus. est. Quod autem ex necessitate est, utrum ex supVpositione sit, an & simpliciter? Nunc enim opinantur, quod ex necessitate est, esse in generatione, quẽadmodum si aliquis murum ex necessitate existimaret esse factum, quoniam grauia quidem deorsum ferri apta natura sunt, leuia autem superne. quapropter lapides quidem deorsum ac fundamenta, terra autem, sursum propter leuitatem: supra autẽ
TEX. 88. maxime ligna, leuissima enim sunt. Attamen non sine his quidem factus est, non tamen propter hæc, nisi ut propter materiam, sed causa abscondendi quædam & saluandi. Similiter uero & in alijs omnibus, in quibuscunque ipsum propter aliquid est, non sunt quidem sine ijs quæ necessariam habẽt naturam. non tamen sunt propter hæc, nisi ut materia sunt, sed propter aliquid. ut propter quid, serra est talis: ut hoc, & huius gratia sit. hoc tamen cuius gratia, non potest fieri, si non ferrea sit. necesse est igitur ferream esse, si serra erit, & opus ipsius. ex suppositione igitur, necessarium est. Sed non ut finis. Nam in materia, necessarium est. Id aũt cu
TEX. 89. ius gratia fit, in ratione. Est autem necessariũ, & in disciplinis & in ijs quæ secundũ naturam fiunt, quodãmodo similiter. Cum enim rectum hoc sit, necesse est triangulum duobus rectis æquales habere. sed non si hoc est, illud est, sed si hoc non est, neque illud rectum est. In ijs aũt quæ propter aliquid fiunt, econtrario si finis erit, aut est, & id quod est

*ante, erit aut est. si uero non, sicut ibi si non sit conclusio, principium non erit, sic et hic finis & id gratia cuius *. principium enim & hoc est non actionis, sed cogitationis. ibi autem cognitionis. actiones enim, non sunt.* Quare si erit domus, hæc necesse est fieri, aut existere, aut esse, aut omnino materiam quæ propter aliquid est. ut lateres, & lapides; si domus. non tamen propter hæc, est finis, nisi ut materiam. neque erit propter hæc, omnino tamen si non sint, neque domus, neque serra erit. illa quidem, si non sint lapides, hæc uero, si non sit ferrum. neque enim ibi principia sunt, si non triangulum duobus rectis. Manifestum est igitur, quòd necessarium est in physicis quod ut materia dicitur, & motiones eius. Et utræque quidem, physico dicēdæ sunt causæ, magis autem, ea cuius gratia. causa enim hæc, materiæ est. sed non hæc, ipsius finis. Et finis is cuius gratia, & qui principium est, à diffinitione & ratione petitur, sicuti in ijs quæ secundum artē. quoniam si domus est tale, hæc oportet fieri & esse ex necessitate. & quoniā sanitas, hoc est, hæc oportet fieri ex necessitate & esse. sic, et si homo est hoc, hæc. si uero hæc, hæc. Fortassis autem, & in ratione, est necessarium. determinanti enim opus serræ quòd diuisio huiusmodi est. hæc autem non erit, nisi habeat dētes tales. hi uero nō, nisi ferrea sit. Sūt. n. & in ratione, quædā partes, ut materia rationis.

à. l. addit. (nō erit aut non est.) TEX. 90.

TEX. 91

TEX. 92.

Secundi Libri Finis.

IN PHYSICAE ACROASEOS.

LIBRVM TERTIVM.

RAPHAELIS VOLATERRANI ARGVMENTVM.



IBRO Tertio motum & infinitum exequitur. Entium enim quaedam sunt principia motus, vt Deus omnium motor, vt anima quae animalia mouet, & natura à qua res naturales mouentur intrinsecus, quãuis aliam extrinsecus causam uideantur habere. Nõnulla vero sunt motus, vt generationes, augmenta, alterationes secundum locum mutationes; quaedam principia motuum, vt materia & forma, aliqua sunt mota, vt corpora simplicia et composita: alia sunt im motis accidentia, vt locus & tempus; quaedam propter locum & tempus, vt uacuum & infinitum. Corpus igitur in loco est, motus autem in corpore, tempus vero in motũ, de quo nunc agitur, Hic (secundũ Arist. *definitionẽ) energia est entis potestate, qua potestate. Ens. n. ptãte dupliciter dicitur. Primo imperfectam tantum continet applicationem ad motum. Vt dicimus semen potestate animal, & puerum potestate musicum. Secundo perfectam indicat facultatem ac dispositionem ad agendum, vt* Aristoxenus *iam musicũs factus, non cithariZans, sed potẽs cithariZare. & ignis potestate calorificus, qui non calefacit. Totidem modis & ens energia dicitur, vt quod modo diximus, Aristoxenus arte musicus, musicam non exercẽs; secundo, cum musicam exercet. Nam ens potestate secundo modo, & ens energia primo modo, idem sunt. Igitur motus imperfectus entis potestate in energiam primam perducitur, et ex hac in secundam. His itaq; cognitis, motus dicitur energia ac relatio moti ad mouentem, hoc est, patientis ad agentem, tanquam accidens quod-*

dam substantijs adiectum. Ex *parte igitur mouentis perfectus est actus, ex parte moti imperfectus. Quoniam mouens quod est ens, actu agere certe potest, secundum quod energia & natura perfectum. quod enim dicitur, hoc est. Motum vero quod est ens, potestate patitur; qua potestate, & est imperfectũ. quod enim dicitur nondũ est, Itaq; vtrunq; in eodem fit subiecto. verbi gratia.* Democrates *colore rufus, morbo pallidus factus erat: energia rufus, potestate uerò pallidus, quãdoquidẽ potuit fieri pallidus. Igitur qua rufus non dicebatur moueri; qua uerò pallidus, quoniam potestate contingit, quando cœpit pallescere, & ab ente potestate pallido in ens energia pallidum processit, tunc ad pallidum dicebatur moueri.* Et *erat pallor motus, energia enim entis, potestate pallidi* Democratis, *qua ens potestate, hoc, est secũdũ quod aptus erat fieri pallidus. Quando autem factus est pallidus, nõ amplius secundum pallidum motus erat; sed cõstitit in pallido.* Eodem *modo & omne energia ens, qua energia, minime mouetur. qua potestate, mouetur.* Sed *non diceretur moueri qua potestate, manẽte tãtũ potestate, & sola ad motũ applicatione.* Sed *cum ab ente potestate transit in ens energia, manente etiam potestate tunc moueri dicitur.* Ideo *hoc additur ad motus definitionẽ, videlicet qua potestate, vt etsi subiecto idem est ens potestate, & ens energia, secundum quod ens potestate factus motus tãtũ consideratur, & quousq; etiã seruetur potestas.* Nã *hac pereunte, motus non est. Quare hoc motus ab ente energia differt, quod in hoc perit potestas, in motu autẽ manente potestate motus energia perficitur.* His *hoc modo definitis patet, quod motus à mouente quidem incipit, & desinit, firmatur uerò & consistit in moto & patiente: vt ædificatio, hoc est, energia ædificantis ab ædificatore quidem ædificato est, ædificare verò motum esse significat.* Adfectus *enim ex motibus procedentes, motus non sunt, sed effecta motuum.* Deinceps *de infinito differit, quoniam infinitum & motus est, & temporis veluti continuorum mensura,* Pythagoram & Platonem *parum physicæ locutos redarguit, qui infinitum substantiam posuerunt.* Sed *alter in numeris & in rebus sensibilibus constituit: nam numerus extra sensibilia non est. alter,* Plato, *tam sensibilibus quàm insensibilibus, quod numeros posuerit infinitos simpli-*

citer, & ideas ac sine loco. Alter item parem numerum infinitum magnum posuit, quod ex additione parium nunquam ex quadrato varietur, at bene ex impari. Plato duo infiniti principia, magnum & paruum constituit: quod alterum in infinitum per numeros augetur, alterum in continuo semper diminuitur. Anaxagoras & Democritus, *aliquanto naturalius elemēta dixerunt infinita esse: diuerso tamen modo. Alter enim ex infinitis partibus homogeneis, siue homœomeris.* Democritus *autem ex semine omnium figurarum per continuum contactū, hoc est ex infinitis partibus atomorum,* Aristoteles *vero negat quicquā ex contactu procedere in infinitū, quod vnumquodq; corpus sit per se terminatū. Deinde quatuor enarrat cōditiones, quas antiqui infinito tribuebant.* Primam, *quòd infinitum est principium: Deinde quòd ingenitum, attamen corruptibile, quum finem quandoq; sit habiturū.* Tertiam, *quòd contineat & gubernet omnia. Nonnulli vero diuinum quiddam & immortale dixerunt, sicut* Anaximander. *Infinitum quinque dicitur modis:* Primo *sine vlla parte et quantitate, vt nota, in linea: terminus est enim linea nota, quanquā ipsa termino caret, vt quæ nullam possideat partem. cuius enim nulla pars, terminus etiam nullus: ex quo quantacunq; simul notæ congrediantur, lineæ partem non conficiunt vel minimam: quoniam non inuicem contingunt. Quam igitur nota in linea rationem habet, eandem & in tempore nunc, & in motu (cinima.)* Secundo, *cuius figuræ terminum non est inuenire, veluti in sphæricis, quod in his idem semper cursus principio fineq; caret. quanquā & hoc modo iure infinitū ab* Arist. *dicitur, cuius est proprium non idem accipere.* Tertio, *quum res difficilis inuentu, vt inextricabilis error labyrinthi apud* Cretenses, *apud* Lacedæmonios Cıadas *locus damnatorum.* Postremo *magis omnibus proprie dicitur infinitū, cuius est semper non idem accipere: vt in numeris aspicitur addendo, in continuo vero minuendo. Et in additione quidē futurū tempus aduotatur, in diminutione vero præteritū, vtrunq; autem tantum potestate infinitum est, quod potest hoc quidem augeri, illud diminui semper, neq;.n. numerus est energia infinitus, neq; item vlla magnitudo. Contra infinitū energia* Aristoteles *multis argumentis disserit.* Primum *contra* Platonem, *quòd infinitum extra sensilia non est, quoniam circa quantū & magnitudines: & mul-*

titudines: aliter non esset diuisibile. si non diuisibile, nō infinitum. Contra Pythagoram vero probat, nullum numerū esse infinitum. nullum enim numeratum aut numerabile est infinitum, sed omnis numerus est numeratus aut numerabilis, ergo nullus numerus est infinitus. Praeterea quicquid est in loco, est finitum: corpus est huiusmodi, ergo finitum. assumptū maius probatur, quòd species loci sunt finitae, vt antè, sursum, deorsum. Idem mōstrat, & potestate & energia posse quandoque infinitum esse: vt quae habent non vt essentiam energia finitam, sicut homo, & domus: sed esse eorū est, fieri alterum post alterum succedendo, quod Graeci (anypostaton siue eterustaton) dicunt: vt certamen, & dies. est enim & esse certamen energia, & posse certamen fieri potestate. In hominibus vero etiam infinitum, non per se, sed succedendo alterū alteri consistit. Infinitum esse dicit nō secundum antiquorum definitionem. Non enim id cuius nihil extra; sed cuius semper aliquid extra est, hoc infinitum. Cuius autem nihil extra, hoc perfectum est & totum. Sic enim definire solemus totū, cuius ad partes nihil abest extra, videlicet hominem vel animal. Contra item Melissum, qui totum vniuersum infinitum esse dictitabat, probat totum & infinitum tanquam pugnantia non conuenire. Similiter contra Platonem, qui aliquid simile dixit, videlicet id esse infinitum, quod in seipso omnia habeat, omniaq; contineat. Nam quod (apiron) id est, infinitum dicebant, id siquidem materia prima est, quae forma caret, quapropter non totum, sed pars totius, sicuti aes aneae statuae reperitur.

ARISTOTELIS STAGIRITAE DE PHYSICO AVDITV LIBER TERTIVS,

ex Græco recognitus.

SVMMA TERTII LIBRI

Physic. secundum Auer.

A *textu primo usque ad. 24. differit de motu, & de eius speciebus.*

A *textu. 24. usque in finem facit longam narrationem de infinito.*

Tex. primus. Cap. 1 Motus cognitio physico necessaria.



VONIAM Autem natura quidem est principium motus & mutationis, scientia * autem nobis de natura est; non latere nos oportet quid sit motus. necessarium enim est, ignorato ipso, ignoаari & naturam. Cum autem determinauerimus de motu, tentandũ erit eodem aggredi modo de ijs quæ consequenter sunt. Videtur autem motus, continuorum esse. infinitum autem, apparet primum in continuo. Quapropter & diffinientibus continuum; accidit uti sæpenumero ratione infiniti, cum in infinitum diuisibile; continuum sit. Adhæc autem, sine loco, & uacuo,

Vide contradictio. Zimarræ.

TEX. 2

uacuo,& tempore,impoßibile est motum esse. Manifestum igitur est, quod & propter hæc,& propterea quod cunctis sunt cõmunia & uniuersalia hæc omnibus, considerandum erit cum proposuerimus, de unoquoq; istorum. posterior enim est, de proprijs speculatio, ea quæ de communibus est. Primũ autem, sicuti diximus, de motu. Est igitur eorũ quæ sunt, aliud quidem actu solum, aliud uero potẽtia. Et eorum quæ sunt actu; hoc quidẽ hoc aliquid illud uero tantum, aliud autem tale. & in alijs entis prædicamentis, similiter. Eorum autẽ quæ sunt ad aliquid, aliud quidem secundum superabundantiam & defectum dicitur, aliud autem secundũ actiuum & paßiuum, atque omnino & mobile. Motiuũ enim; motiuum mobilis est. & mobile, à motiuo est mobile. Non est autem motus, præter res. Mutatur enim semper id quod mutatur, aut secundum substãtiam, aut secundum quantum, aut secundum quale, aut secundum locum. commune uero in his, nihil est accipere, sicuti diximus, quod neque hoc, neque quantum, neque quale, neque aliorum prædicamentorum ullum sit. Quare neque motus, neque mutatio, ullius erit præter ea quæ dicta sunt, cum nihil sit præter ea quæ dicta sunt.

TEX. 3. Vide contradictio. Zimarræ

TEX. 4. Vide digressionẽ Auer. super isto tex.

Vnumquodq; autem, dupliciter inest omnibus, ut hoc; aliud enim est forma ipsius, aliud uero priuatio. Et secundum quale. hoc enim est album, illud autem nigrum. Et secundum quantum. aliud enim perfectum est, aliud uero imperfectum.

TEX. 5

similiter autem, & secundum lationem: hoc enim sursum, illud uero deorsum, aut aliud quidem leue, aliud uero graue. Quare motus & mutationis species, tot sunt, quot entis. Diuiso autem secundum unumquodque genus, hoc quidē esse actu, aliud autem potentia, eius quod potentia existit actus, quatenus huiusmodi, motus est: ut alterabilis quidē, quatenus alterabile, est alteratio. Augmentabilis autem, & oppositi decrescibilis (nullum enim est, commune nomen in utrisque) augmentum & decrementum. Generabilis autem & corruptibilis, & generatio & corruptio. eius uero quod fertur, latio. Quod autem hoc sit motus, hinc manifestum. Cum enim ædificabile, quatenus tale ipsum dicimus esse actu fuerit, ædificatur. & hoc, est ædificatio. Similiter autem & medicatio, & uolutatio, & saltatio, & adolescentia, & senescentia. Quoniam aūt quædam eadem & potentia & actu sunt, at non simul, aut non secundum idem, sed ut calidum quidem potentia, frigidum autem actu; multa iam agent et patientur à seinuicem. Omne .n. erit simul actiuum et passiuum. Quare et mouens physice, mobile est. omne enim huiusmodi, mouet cum & ipsum mouetur. Videtur igitur quibusdam, omne quod mouet, moueri. sed de his quidem; ex alijs erit manifestum, quomodo se habent. est enim quoddam mouens, & immobile. Eius autem quod potentia existit actus, cum actu existens agit, aut idem, aut aliud quatenus mobile, motus est. dico autem quatenus, sic. est

TEX. 6. Motus an actu et qualis.

CAP. 2. Vide digressionē Auer. sup isto tex.

TEX. 7.

TEX. 8.

TEX. 9.

enim æs, potentia statua, attamen æris actus quatenus æs, motus nō est. Non *enim idem est æri esse, & potentia quadam mobili. quoniam si idem esset simpliciter, & secundum rationē, esset utique æris quatenus æs actus, motus. non est autem idem, quēadmodum dictum est.* Manifestum *est autem & in contrarijs. posse enim ualere ac posse ægrotare, alterum est. nāque ægrotare quidem & ualere, idem esset. subiectum autem & id quod ualet atque ægrotat, siue humiditas, siue sanguis, unum & idem est.* TEX. 10.

Quoniam *autem non est idem (quemadmodum neque color idem, & uisibile) poßibilis quatenus poßibile actus; manifestum quòd motus est.* Quod *igitur est hic, & quòd accidit tunc moueri cum actus iste est, & neque prius neq; posterius, clarum est. cōtingit. n. unūquodq́; quādoq́; quidē operari, quandoq́; autē nō. ut ædificabile quatenus ædificabile, et ædificabilis actus quatenus est ædificabile, ædificatio est. aut enim huius * ædificatio, aut domus, actus est ædificabilis. sed cum domus est; non amplius ædificabile est. ædificatur autē, ædificabile. necesse est ergo; ædificationem actum esse. ædificatio autem, motus quidam est. * At uero, eadem conueniet ratio & in alijs motibus.)* TEX. 11

a. l. hoc. Secundum Alexā. hæc verba ī quibusdā exēplaribus nō reperiūtur.

Quod *autem bene dictum sit; manifestum & ex ijs quæ alij de ipso dicunt, & ex eo quod non facile est definire aliter ipsum, neq; n. motū atque mutationē ponere in alio genere* poterit utique aliquis, neque qui aliter dixerunt de ipso, recte faciunt.* Manifestum *autem est conside-* TEX. 12

Idest in alia natura vt. d. simpli.

rantibus, quòd ponunt nonnulli ipsum, alteritatem inæqualitatemq́;, & quod non est dicentes esse motum. quorum nullum necessarium est moueri, siue

TEX. 13. *altera sint, siue inæqualia, siue non existentia. Sed neque mutatio, aut ad hæc, aut ex his magis est, quã ex oppositis. Causa autem cur in his ponant illi, est quoniam indeterminatum quidam uidetur esse motus. Alterius autem coordinationis principia; ex eo quia sunt priuatiua; indeterminata sunt. neque enim*

TEX. 14. *hoc, neque tale, ullum ipsorum est, quoniam neque aliorum quicquam prædicamentorum. Cur autem uideatur indeterminatus esse motus. causa est, quòd neque in potentiam eorum quæ sunt, neque in actũ, licet ponere ipsum simpliciter. neque enim id quod potest esse quantum mouetur ex necessitate, neque*

TEX. 15 *id quod actu quantum est. Et motus, actus quidem aliquis esse uidetur, imperfectus tamen. causa autẽ est; quoniam imperfectum est, ipsum possibile cuius est actus, motus. Et ob hoc iam difficile est accipere, quid ipsum sit. Aut enim in priuationem necesse est ponere, aut in potentiam, aut in actum simplicẽ. horum autem nullum uidetur esse posse. Relinquitur igitur dictus modus, actum quidem quendã esse. talem autem actum, qualem diximus, difficilem qui*

TEX. 16 Vide contra dictio, Zimar. *dem cognitu, sed qui esse possit. Mouetur aũt & mouens (sicut dictum est) omne, cum sit potentia mobile, & cuius immobilitas quies est. cui enim motus inest, huic immobilitas, quies est. Nam ad hoc agere quatenus huiusmodi, idipsum mouere est, hoc autẽ*

facit, tactu, quare, simul & patitur. Iccirco motus, est actus mobilis, quatenus mobile existit. Accidit autem hoc; tactu motiui quare, simul & patitur. Speciem autem semper afferet aliquã, id quod mouet, aut hanc, aut tale, aut tantam, quæ principium atque causa motus erit, cum moueatur. ut actu homo, facit ex eo quod potẽtia existit homo, hominẽ. Et dubitatũ autẽ, manifestum est, quòd motus est in ipso mobili. actus. n. est huius & ab ipso motiuo. Motiui aũt actus, non alius est. oportet. n. esse actũ utriusque. Motiuum n. est, eo quod potest; mouens autem, eo quòd agit. sed est, actiuum ipsius mobilis. Quare similiter unus est amborum actus, sicuti. n. idem spacium est unum ad duo, & duo ad unum, & accliue & decliue. Hæc. n. unum quidem sunt; ratio tamen non una est. Simiter autem, & in mouente & in moto. Habet autem dubitationem rationalem. necesse enim est fortaßis, esse quendam actum aliũ actiui atque paßiui. illud enim, actio est; hoc uero, paßio. opus autem & finis illius quidem, factum; huius autẽ, affectus. Cũ igitur utraque sint motus; si diuersi quidem, in quo sunt? Aut enim utraque, in patiente ac moto sunt, aut actio quidem in agente, paßio uero in patiente. si autẽ oportet & hãc actionem uocare, æquiuoca utiq; erit. At uero si hoc est, motus in mouente erit. eadem enim est ratio, in mouente & in moto. Quare aut omne mouens, mouebitur, aut habens motum, non mouebitur. Si autem utraq; in moto sunt et patiente, actio inquã et paß

TEX. 17

CAP. 3. TEX. 18. De motu, motiuo, & mobili

TEX. 19.

Idem. 2. de anima tex. 139.

sio, et doctio et disciplina, quæ duo sunt, in ipso sunt discente. Primum quidem actus uniuscuiusq;, non in unoquoque erit. Deinde incõueniens est, duobus motibus simul moueri. Quædã nãque erunt alteratiões, duæ unius, & ad unam speciem. At impoßibile est. Sed unus erit actus? At irrationabile est, duorum specie diuersorum unum ac eundem esse actũ. Atque erit, si quidem disciplina et doctio idem sunt, paßioq; & actio, & docere idem quod discere, & agere quod pati. Quare omnem docentem, discere

TEX. 20 necesse erit, & agentem pati. An neque alterius actum in altero esse, inconueniens est? est enim doctio, actus docentis, in quodam tamen & non decisus, sed huius in hoc. Neque enim unum duobus, quicquam prohibet eundem esse non ut est idem, ut uestis & indumentum, sed ut est id quod poten-

TEX. 21 tia est, ad id quod est actu. Neque necesse est docentem, discere. Neque, si pati & agere idem est, non tamen ut ratio sit una quod quid erat esse dicens, sicut tunicæ & indumento. sed ut uia à Thebis ad Athenas, & ab Athenis ad Thebas. quemadmodum dictum est & prius. non enim eadẽ omnia ijs insunt quæ quolibet modo eadem sunt, sed solũ quibus esse idem est. At uero neque si doctio & disciplina sint idem, & discere & docere idem erunt. sicuti neque si spacium unum distantium sit, et distare hinc illuc, & illinc huc, unum & idem est. Omnino uero dicere est, quòd neque doctio cũ disciplina, neque actio

TEX. 22 cum paßione idem proprie est. sed cui insunt hæc

Ex superabundanti debet legi locus iste secũdum Alex. & The.

*motus. nam huius in hoc et huius ab hoc actū esse, ratione diuersum est. Quid igitur motus sit, & uniuersaliter, & secundum partem dictum est. non enim immanifestum est, quomodo diffinietur specierum unaquaeq; ipsius. Alteratio enim, alterabilis quatenus est alterabile, actus est. Amplius autem, notius, est eius quod potentia actiui ac passiui, quatenus huiusmodi & simpliciter, & rursum secundū unumquodq;, ut * aedificatio, aut medicatio. eodem autem dicetur modo, & de aliorum motuum unoquoque. Quoniam autem de natura scientia, est circa magnitudines, & motum, & tempus, quorum unumquodq; necesse est, aut infinitum, aut finitum esse, etsi non omne est, aut infinitum, aut finitum ut affectus, aut punctus (talium enim, fortasse nullum necesse est in altero horum esse) conueniens utique erit de natura pertractantem speculari de infinito, si est, aut non, & si est quid est. Signum autem est, quòd huius scientiae, propria sit consideratio de ipso. nam omnes qui uidentur pro dignitate tetigisse talem philosophiam, fecerunt sermonem de infinito atque omnes, tanquam principium quoddam ponūt eorum quae sunt. Alij quidem, quemadmodum Pithagorei atque Plato, per se, non sicuti accidens alicui alteri, sed ut substantiam, ipsum esse infinitum. uerum Pithagorei quidem, in sensibilibus. neque.n. abstractum faciunt numerum, esseq; quod extra coelum est infinitum. Plato autem, extra quidem, nullū esse corpus, neque ideas, eo quòd nusquā sunt ipse*

TEX. 23

aut.

TEX. 24

Cap. 4

Infiniti considerationem quoque ad physicum pertinere.

TEX. 25

Veterum de infinito opiniones.

TEX. 26

tamen infinitum, & in sensibilibus, & in illis esse. Et hi quidem, infinitum esse par. hoc enim cõpræhensum & ab impari terminatum, tribuit ijs quæ sunt; infinitatem. signum autem huius, id esse quod contingit in numeris. circumpositis enim gnomonibus circa unum & seorsum, aliquando quidem aliã
TEX. 27. *semper fieri speciem, aliquando autem unam. Plato autem, duo infinita, magnum & paruum. Qui autẽ de natura, omnes semper subijciunt alteram quẽdã naturam dictorum elementorum infinito. ut aquam aut aerem, aut medium horum. Eorum uero qui finita faciunt elementa, nullus infinita facit. Quicunque autem infinita faciunt elementa, quemadmodũ Anaxagoras & Democritus, ille quidem ex ijs quæ sunt similium partium, hic autem ex omniseminario * figurarum tactu continuum infinitum eße dicũt.*
TEX. 28. *Atque ille quidem quamlibet partem, esse similiter miscellam toti. ex eo quia uidet quodlibet ex quolibet fieri. hinc enim dicere uidetur, & simul aliquando omnes res fuisse. ut hæc caro, & hoc os, & sic quodlibet. & omnia itaque, & simul igitur. principium. n. disgregationis, non solum in unoquoq;, sed & omnium est. Cum enim omne quod fit, ex tali fiat corpore, omnium autem sit generatio, uerum non simul, etiã quoddã principium esse oportet generationis. hoc aũt, est unum, quem ille uocat intellectũ. intellectus aũt, à principio quodam operatur cum intellexit. quare, necesse est simul omnia aliquando*
TEX. 29 *fuisse, & cœpisse aliquãdo moueri. Democritus au-*

tem, nullum aliud ex alio fieri, primorum dicit, sed tamen ipsum commune corpus, omnium esse principium, magnitudine secundum partes, figuraq; differens. Quod igitur conueniens sit Physicis hæc speculatio, manifestum est ex his. Rationabiliter autem, & principium, ipsum ponunt omnes. Neque. n. frustra, poßibile ipsum esse, neque aliam ipsi inesse potentiam, nisi ut principiũ. Omnia enim, aut principium sunt, aut ex principio. infiniti autem, non est principium. esset. n. ipsius utique finis. Amplius autem & ingenitum & incorruptibile, principium quoddam cum sit. Quod enim fit, necesse est accipere finem. & finis, omnis est corruptionis. Quare, sicuti dicimus, non huius, principium, sed hoc, aliorũ uidetur esse. & continere omnia, & omnia gubernare, ut affirmant quicunq; non faciunt præter infinitum, alias causas, ut intellectum, aut amicitiam. & hoc, esse diuinum. immortale enim est, perireq; non potest. ut affirmant Anaximander & plurimi Physiologorum. Esse autem aliquid, infinitum, fides ex quinque maxime continget considerantibus. Ex tempore. hoc enim, infinitum. Et ex ea quæ est in magnitudinibus, diuisione. utuntur enim & Mathematici, infinito. Amplius ex eo, quia sic solum non deficit generatio & corruptio, si infinitum sit unde auferatur id quod fit. Amplius ex eo, quia finitum, semper ad aliquid finitur. Quare necesse est nullum esse terminum, si semper terminari sit necesse alterum ad alterum. Maxime autem

TEX. 30. Infinitum, an principium.

TEX. 31

Infinitum, an in ratione rerum.

TEX. 32

& proprijssimum, quod communem facit dubitationem omnibus. ob id enim, quòd illud quod in cogitatione est non deficit, & numerus uidetur infinitus esse, & mathematicæ magnitudines, & quod est extra cœlum. Infinitum autem cum sit quod extra est, & corpus infinitum esse uidetur, & mundi. Cur. n.

al. quid n. * magis, uacui hic quam ibi (quare si uno in loco, & ubique) necesse est esse molem? simul autem si & uacuum est, & locus infinitus, & corpus infinitum necesse est esse. Posse enim, ab ipso esse nihil differt

TEX. 33 in perpetuis. Habet autem dubitationem, ipsa de infinito, consideratio. Etenim non esse potentibus, multa imposibilia accidunt, & esse. Amplius autẽ utro sit modo, utrum ut substantia, an ut accidens per se alicui naturæ, an neutro modo, sed nihilominus

TEX. 34 sit infinitum, aut infinita multitudine? Maxime autem Physici est considerare, si est magnitudo sensibilis infinita. Primũ igitur, determinandũ est,

Quot modis dicitur infinitum. quot modis dicitur infinitũ. Vno igitur modo, quod imposibile est trãsire, ex eo quia nõ est aptũ natura transiri. ut uox inuisibilis. Aliter autem, transitum habẽs; inconsumabilẽ. Aut quod uix. aut quod natura aptum est habere, non tamen habet transitum, aut finem. Amplius, infinitum omne, aut est secundum, appositionem, aut secundum diuisionem, aut utroque modo. Separabile igitur esse à sen-

TEX. 35 Cap. 5 Infinitum actu an sit. sibilibus infinitum, ipsum quid existens infinitum, non est poßibile. Si enim neque magnitudo est, neq; multitudo, sed substantia ipsum est infinitum & nõ

accidens, indiuisibile erit. diuisibile enim, aut magni
tudo erit, aut multitudo. si autem indiuisibile, non
infinitum, nisi sicut uox inuisibilis est. At neque sic
dicunt esse, affirmantes esse infinitum, neque nos
quærimus, sed ut intransibile. Si uero secundum ac- TEX. 36
cidens est infinitum non erit utique elementum eo-
rum quæ sunt, ut infinitum. sicut neque inuisibile, lo
cutionis, quamuis uox sit inuisibilis. Amplius, quo-
modo contingit aliquid esse ipsum infinitum, si non
est & secundum numerum & magnitudinem, quo-
rum est per se paßio quædam, infinitum? adhuc. n.
minus esse necesse est, quam numerum, aut magni-
tudinem. Manifestum autem, & quòd non contingit
esse infinitum, ut actu existens & ut substantiam ac TEX. 37
principium. Erit enim quicquid ipsius accipiatur,
infinitum, si partibile est. Infinito enim esse, & infi-
nitum, idem est. si substantia infinitum sit, & non de
subiecto. Quare, aut indiuisibile est, aut in infinita
diuisibile. multa autem infinita esse idem, impoßibi-
le est. At uero ut aeris, aer pars est, sic et infinitũ,
infiniti, si quidem substantia est & principium. Im-
partibile ergo, & indiuisibile est. At esse tale ne-
quit, quod actu est infinitum. quantum enim quid
esse, necesse est. Secundum ergo accidens, est infini-
tum. Sed si sic, dictum est quòd non contingit ipsum, TEX. 38
principium dicere, sed illud cui accidit, ut aerem
aut par. Quare absurde enuntiant dicentes, sicuti
Pythagorei dicunt. simul enim, substantiam faciũt
infinitum, & partiũtur; Sed fortaßis hæc quidẽ est

TEX. 39 *uniuersalis quæstio magis, si contingit infinitum & in mathematicis esse, & in intelligibilibus; & in ijs quæ nullam habent magnitudinem. Nos autem consideramus, de sensibilibus, ac de ijs quorum faci mus scientiam, utrum in illis est, an non est, corpus infinitum in augmentum.*

Infinitum an in sensibilibus.

TEX. 40. *Logice igitur speculantibus, ex huiusmodi uidebitur utique non esse; Si.n. est corporis ratio, planicie terminatum; non utique erit corpus ullum, aut intelligibile, aut sensibile, infinitum.*

Quod numerus non sit infinitus actu.

TEX. 41 *At uero, neque numerus sic, ut separatus & infinitus, numerabile enim est, numerus, aut habens numerum si ergo numerabile potest numerari, & pertransire utiq; poßibile erit, infinitum*

TEX. 42 *Physice autem magis speculantibus ex hisce, manifestũ erit. neque enim compositum potest esse, neque simplex. Compositum igitur non erit infinitum, corpus si finita multitudine elementa sint. necesse est.n. plura esse & æquari semper contraria, & non esse unum eorum infinitum. etsi enim quomodocunq; superatur quæ in uno corpore est potentia, ab altero (ut si ignis finitus sit, aer autem infinitus: sit autem æqualis ignis, ad aerem æqualẽ, potentia quantumlibet multiplicatus, solum autem numerum aliquem habens) tamen manifestum est, quòd infinitum excedet & corrumpet finitum.*

TEX. 43 *Vnumquodq; autem infinitum esse, est impoßibile. Corpus enim est, quod omniquaq; dimensionem habet. infinitum autem, quod infinite extensum est.*

TEX. 44 *Quare infinitum corpus, undequaq; extensum erit in infinitum. At uero,*

neque unum ac simplex esse contingit infinitũ corpus, neque sicut dicunt quidam, id quod præter elementa est, ex quo hæc generant, neque simpliciter. Sunt enim quidam qui hoc faciunt infinitum, sed non aerem, aut aquam, ne cætera corrumpantur ab infinito. Habent enim ad seinuicem, contrarietatem ut aer quidem frigidus est, aqua uero humida, ignis autem calidus. quorum si unum esset infinitum, corrupta iam fuissent alia. Nunc aũt dicunt aliud esse id ex quo hæc sunt. Impoßibile autem est esse tale, non quia infinitum (de hoc.n.cõe aliquid dicendum est, de omni similiter & aere, & aqua, & quolibet) sed quia non est tale sensibile corpus, præter uocata elementa. omne namque, ex quo est, etiam resolui tur in hoc. quare esset utique hic, præter aerem, & ignem, & terram, & aquam, aliud quippiam. uidetur autem, nullum. Neque igitur ignis, neque aliud elementorum quicquã, infinitũ quid esse potest. Omnino.n.& præter id quod infinitũ sit aliquid ipsorũ impoßibile est ipsum uniuersum, & si finitũ sit, aut esse aut fieri unũ quid ipsorũ, sicuti Heraclitus dicit omnia fieri aliquãdo ignẽ. Eadem aũt est ratio, et in ipso uno, quod faciũt præter elemẽta, Physici. Omnia nãq; mutantur ex contrario, in contrarium ut ex calido, in frigidum. oportet aũt de omni et ex hisce cõsiderare. si potest, aut nõ potest, esse corpus infinitũ sensibile. Quod aũt omnino impoßibile sit esse corpus infinitũ sensibile, ex hisce manifestũ est. aptũ est.n. natura omne sensibile, alicubi esse. atque

Nota cõtra ponentem corporeitatis formam coæternã in prima materia.

TEX. 45

Omne resoluitur in id ex quo est.

TEX. 46

TEX. 47

TEX. 48

locus est aliquis, uniuscuiusq; & idem est, partis, et totius. ut totius terræ, & unius glebæ, & ignis, atque scintillæ. Quare si sit eiusdem speciei, aut immobile erit, aut semper mouebitur. Atqui, impoßibile est. Cur enim, magis deorsum quàm sursum, aut quouis? dico autem, ut si gleba sit, quonam hæc mouebitur, aut ubi manebit? locus enim infinitus, erit congenei sibi corporis. Vtrum igitur occupabit totum

a.l. totius. ** locum? & quomodo? Quæ igitur, & ubi quies & motus ipsius? an ubique manebit? non ergo mo-*

TEX. 49. *uebitur. an ubique mouebitur? non ergo stabit. Si uero dißimile sit ipsum totum, dissimilia & loca erunt. & primum quidem, non unum corpus uniuersi est, nisi tangendo. Deinde, aut finita hæc erunt, aut infinita specie. Atque finita quidem, nõ esse possunt. Erunt enim alia quidem finita, alia uero non, si totum infinitum est, ut ignis, aut aqua. Corruptio autem, tale contrarijs esset, sicut dictum est prius. Et propter hoc nullius eorum qui de natura differunt, unum & infinitum ignem fecit aut terram, sed aut aquam, aut aerem, aut eorum medium. quoniam locus utriusq;, manifestus erat, determinatusq;. Hæc autem, utroque participant, eo qui sursum, & qui deorsum. Si autem infinita & simplicia sunt, & loca infinita, & infinita elementa erunt. si uero hoc impoßibile, & loca finita sunt, & totum finitum esse, necesse est. impoßibile enim est, non æquari locum, & corpus. neque enim locus omnis maior est, quàm quantum contingit*

*corpus simul esse.simul autem neque infinitum erit corpus,neque corpus maius; quàm locus.aut enim uacuum erit aliquid, aut corpus quod nunquam aptum natura est esse·Anaxagoras autem,inconuenienter dicit de infiniti mansione; firmare enim ipsum seipsum,dicit infinitum,hoc autem,quia in seipso est(aliud enim nihil,continet) tanquam ubi utique aliquid sit,ibi aptum natura sit esse.hoc autem non uerum.erit enim utique quicquam alicubi ui, & nõ ubi aptũ natura est esse.Si igitur quàm maxime nõ mouetur totũ(quod.n.in seipso firmatur et in seipso est,immobile esse necesse est)cur tamẽ nõ aptũ natura sit moueri,dicendũ erat·nõ n.satis est, sic dicentem euadere.erit enim utique & quodlibet aliud,non motum.sed aptum natura esse,nihil prohibet. quoniam & terra non fertur,neque si infinita esset,coercita tamen à medio .sed non quia * non est aliud quo feratur , manebit in medio , sed quia non est apta natura sic.sed tamen licebit utiq; dicere,quòd firmat seipsam . Si igitur neque in terræ hæc causa est,existente infinita,sed quia grauitatẽ habet(graue autem manet in medio,terra autem in medio est) * similiter & infinitum manet utique in seipso,propter aliam quãdam causam.Et non quia infinitũ est et firmat ipsum seipsum.Simul aũt manifestum est,quòd & quamlibet oportebit partem manere.ut enim infinitum in seipso manet se firmans, sic & quæcunque accipiatur pars, in seipsa manebit.Totius enim & partis,eiusdem sunt speciei lo*

TEX. 50

TEX. 51

a.l.sed quia

a.l.nõ habet (terra autem in medio est.)

TEX.52

ca.ut totius terræ & glebæ, deorsum, & totius ignis & scintillæ, sursum. Quare si infiniti locus in seipso est, & partis idem erit. manebit igitur in seipsa.
TEX. 53 Omnino autem manifestum est, quòd impossibile est, simul infinitum dicere corpus, & locum quẽdam corporibus esse, si omne corpus sensibile aut grauitatem habet aut leuitatem, & si graue quidẽ est, ad medium habet lationem natura, si uero leue, sursum. necesse est enim & infinitum corpus. Impossibile autem est, aut totum utrumlibet, aut dimidiatum, utrumque pati. quomodo enim diuides, aut quomodo infiniti erit, hoc quidem sursum, illud uero deorsum, aut ultimum, aut medium? al. et mediũ
TEX. 54 Loci species & differentia. * Amplius, omne corpus sensibile in loco est, loci uero species & differentiæ sunt, sursum & deorsum, ante & retro, dextrum & sinistrum. Atque hæc non solum ad nos, & positione, sed & in ipso toto determinata sunt. Impossibile autem est, in infinito hæc esse.
TEX. 55 Simpliciter autem si impossibile est locum esse infinitũ, in loco autem est omne corpus, impossibile est infinitum esse corpus aliquod. At uero quod alicubi est, in loco est, & quod in loco, alicubi. Si igitur neque quantum, possibile est ipsum infinitum esse (quantũ enim aliquod erit, ut bicubitum aut tricubitum. hæc enim significat, ipsum quantum) sic & in loco, quod alicubi. hoc autem est aut sursum, aut deorsum, aut in alia aliqua distantia earum quæ sex sunt. horum autem unumquodque, terminus aliquis est.
CAP. 6. TEX. 56 De infinito potentia. Quod igitur actu non sit corpus infinitum, manifestum est ex his

*ex his. Quod uero si non sit infinitum simpliciter, multa impossibilia accidunt manifestum est. Temporis enim, erit quoddam principium atque finis. Et magnitudines, non erunt diuisibiles in magnitudines Et numerus, non erit infinitus. Cum autem determinatis sic neutra ex parte uideatur fieri posse, arbitrario iudice est opus. Atque manifestum est, quòd quodammodo quidem est, quodammodo uero non est. dicitur autem, ipsum esse, aliud quidem potentia, aliud uero actu. Et infinitum, est quidem appositione, est etiam & ablatione. magnitudo autem, quòd secundum actum quidem non sit infinita, dictum est. diuisione autem, est, non enim difficile est, tollere indiuiduas lineas. Relinquitur igitur, potentia esse ipsum infinitum. Non oportet autem quod potentia est, accipere quemadmodum si potest hoc, statua esse, quod & erit hoc, statua, sic & infinitum aliquod, quod erit actu. Sed quoniam multipliciter dicitur, esse; quemadmodum dies est & certamen, ex eo quia semper aliud & aliud fit, sic & infinitum. Etenim in hoc, est & potentia, & actu esse. Olympia enim sunt, ex eo quia potest certamen fieri, & ex eo quia fit. Aliter autem, & in tempore manifestum est ipsum infinitum, & in hominibus *, & in diuisione magnitudinum. Omnino enim sic est infinitum, ut semper aliud atque aliud accipiatur, &*

Tex. lvij.

a.l. & in numeris.

Tex.lviij. *acceptum quidem, semper finitum sit. Sed semper alterum atque alterum. Amplius ipsum esse, multipliciter dicitur.* * *Quare infinitum, non oportet accipere sicuti hoc aliquid, ut hominem aut domum, sed ut dies dicitur & certamen, quibus esse, non ut substantia quædam factum est, sed in generatione semper aut corruptione finitum, sed semper alterum atque alterum. At in magnitudinibus quidem, permanente accepto, hoc accidit, in hominibus autem, & tempore, corruptis, sic ut non deficiant.* Tex. lix. *Quod autem est secundũ appositionẽ, idẽ quodammodo est, & quod est secundum diuisionem. Nam in eo quod finitum est, secundum appositionem fit e diuerso. quatenus enim diuisum uidetur in infinitum; eatenus appositum, uidebitur ad determinatum. In magnitudine enim finita, si accipiens quis determinatam assumat eadem ratione, non eandem aliquam totius magnitudinem ratione* * *accipiens, non pertransibit finitum. sin uerò sic augeat rationem, ut semper aliquam eandem accipiat magnitudinem pertransibit. propterea quòd omne finitum, absumitur quouis finito. Aliter igitur, non est, sed sic, est infinitum, potentia enim, & in diuisione. Et actu etiam est, sicuti diem esse dicimus, & certamen. Et potentia sic est, ut materia, & non per se, sicut finitum.* Tex. lx. *Et secundum appositionem igitur sic infinitum potentia est, quod*

a.l. non habet (Amplius ipsum esse multipliciter dicitur)

a.l. non habet (rõne)

idem dicimus quodammodo esse, cum eo quod est secundum diuisionem. Semper enim aliquid ipsius extra est accipere, non tamen excedit omnem determinatam magnitudinem. ut in diuisione, excedit omnem determinatam, et erit minor. Vt autem omnem excedat secundum appositionem neque potentia possibile est esse, siquidem non sit secundum accidens actu infinitum: ut dicunt qui de natura differunt, id corpus quod extra mundum est, cuius substantia, aer est, aut aliud quid tale, infinitum. Sed si non possibile est esse infinitum actu corpus sensibile sic, manifestum est, quòd nec potentia utique erit secundum appositionem, nisi (ut dictum est) contrario diuisioni modo. Quoniam & Plato ob hoc duo infinita fecit, quòd & in auctione uidetur excedere, atque in infinitum abire etiam in diuisione. Cum tamen fecerit duo, non utitur. neque enim in numeris, secundum diuisionem, infinitum existit (unitas enim, minimum est) neque in auctione. usque enim ad denarium, facit numerum. Accidit autem, contra esse infinitum, quàm ut dicunt. Non enim cuius est nihil extra, sed cuius semper aliquid extra est, hoc infinitum est. Signum autem est. nam anulos infinitos dicunt, non habētes palam, quoniam semper aliquid extra est accipere, secundum similitudinem quidem quandam dicentes, non tamen proprie. oportet enim, & hoc esse, & nūquam idem accipi. in circulo autem,

Vide digressionē Auer. sup isto tex.

Tex. lxi.

Plato facit numerum usq; ad decem.

Tex. lxii.

Infinitū nō recte à ueteribus definitum.

Cap. vi.

non fit sic sed semper quod est consequenter, solum alterum. Infinitum igitur id est, cuius secundum quantitatem accipientibus, semper aliquid accipere extra est. Cuius autem nihil est extra, id est perfectum & totum. sic enim diffinimus totum, cuius nihil abest. ut hominem totum, aut arculam. ut autem diffinimus singulare, sic & quod proprie est, ut totum, cuius nihil est extra. cuius autem absentia est extra, non omne est, quicquid abest. Totum autem & perfectum, aut idem penitus, aut proxima natura sunt. Perfectum autem nihil, non habens finem. finis autem, terminus est. Quapropter melius, existimandum est Parmenidem, Melisso dixisse. Hic enim, infinitum, totum dicit. Ille autem, totum terminatum esse, ex aequo à medio distans. non enim ut linum lino, est continuare uniuerso ac toti infinitum.

Tex. lxiii.

Infinitum quid.

Totũ quid.

Tex. lxiiij.

Vide p hoc primo cœli. tex. iij. & tex. xij.

Tex. lxv.

Quoniam hinc quidem hanc de infinito dignitatem accipiunt, omnia, scilicet, continere, & totum ipsum in seipso habere. propterea quòd habet quandam similitudinem cum toto. Est enim infinitum, perfectionis magnitudinis materia, & potentia totum, actu uero non. Diuisibile autem est, & ad diuisionem, & ad oppositam appositionem. Totum autem & finitum, non secundum se, sed secundum aliud, & non continet sed continetur quatenus infinitum est. Quocirca & ignotum est, quatenus est infinitum. spe-

Infinitum secundum quòd infinitum ignotum est.

Tex. lxvj.

ciem enim, non habet materia. Quare manifestum est, quòd magis in partis ratione infinitum sit, quàm in totius. Pars enim, materia totius est. sicut æs, æneæ statuæ. Quoniam si contI net in sensibilibus, & in intelligibilibus ipsum magnum & paruum, oportebat continere intelligibilia. Inconueniens autem & impossibile est, ignotum & indeterminatum continere & determinare. Secundum rationem autem accidit, ut & quod est secundum appositionem, non esse uideatur infinitum sic, ut omnem excedat magnitudinem. In diuisione autem, esse. Continetur enim, sicut materia, intus & infinitum, continet autem, species. Rationabiliter autem & hoc, in numero quidem esse uersus minimum, terminum, uersus autem plura, semper omnem excedere multitudinem. In magnitudinibus uero, econtrario. uersus enim minus, omnem excedere magnitudinem, sed uersus maius, non esse magnitudinem infinitam. Causa enim est, quoniam unum, est indiuisibile, quodcunque unum sit. ut homo, unus homo, & non multi. Numerus autem est, una, plura, & quanta quædam. Quare, necesse est stare ad indiuisibile. duo namque, & tria denominatiua sunt nomina. similiter autem, & aliorum numerorum unusquisque. Versus autem plus, semper est intelligere, infinitæ enim sunt, bipartitiones magnitudinis. Quare, potentia

Tex. lxvij.

Tex. lxviij.

quidem est, actu autem non est, sed semper excedit acceptum, omnem determinatam multitudinem. At non separabilis est, numerus hic bipartitionis. neque manet infinitas, sed fit, sicut & tempus, & numerus temporis. In magnitudinibus autem, contrarium est. etenim diuiditur in infinita, continuum. Versus autem maius, non est infinitum. quantum enim contingit potentia esse, & actu contingit tantum esse. Quare, cũ infinita nulla sit magnitudo sensibilis, non contingit excessũ esse omnis determinatæ magnitudinis. eẽt enim aliquid, cœlo maius. Infinitum autem nõ est idem in motu, & magnitudine, & tempore, tanquã et una quædã natura. sed posterius, dicitur secundũ prius, ut motus quidem, quia prius est magnitudo in qua mouetur, aut alteratur, aut augmentatur, tempus autem propter motum. Nunc igitur utimur his, posterius autem tentabimus dicere & quid est unumquodque, & propter quid omnis magnitudo sit in magnitudines diuisibilis.

Tex.lxix.

Vide digressionẽ Auer. sup isto tex.

Tex.lxx.

Ex isto tex. elicitur analogum non significare naturã unã

Non remouet autem ratio Mathematicos à contemplatione, auferens sic esse infinitum ut actu sit uersus augmentum, intransibile, neque enim nunc indigent infinito, neque utuntur, sed solum esse, quantamcunque uelint, finitam. Maximæ autem magnitudini secundum eandem est secari rationem, quantamcunque magnitudinem alteram. Quare ad demonstrandum qui-

Tex.lxxi. Solutiones rõnũ posita rũ à ueteribus de infinito. Cap. vij.

dem, illo modo nihil differet. esse autem, in existentibus erit magnitudinibus. Quoniam autem causæ diuisæ sunt quadrifariam, manifestum est, quòd ut materia in infinitum causa est, & quòd esse quidem ipsius, priuatio est. per se autem subiectum, continuum ipsum & sensibile est. Videntur autem & omnes alii tanquam materia, utentes infinito. Quocirca & inconueniens est, continens facere ipsum, & non contentum. Reliquum est autem aggredi, secundum quas rationes infinitum esse uidetur, non solum potentia, sed ut determinatum. Alia enim ipsorum, non necessaria sunt; alia autem, habent alias quasdam ueras obiectiones. Neque enim, ut generatio non deficiat, necessarium est actu infinitum esse corpus sensibile. contingit enim, alterius corruptionem generationem alterius esse, cum omne finitum sit. Amplius, tangere & finitum esse, alterum est. illud enim, ad aliquid est, & alicuius) tangit enim omne, aliquid) & finitorum alicui accidit. Finitum autem, non ad aliquid est. Neque tangere, cuiusuis quoduis est. Intellectione autem, credere inconueniens est. non enim in re, superabundantia & defectus est, sed in intellectione. Vnumquemque enim nostrum intelliget utique aliquis multo maiorem seipso, augmentans in infinitum, sed non propter id, extra urbem quispiam est, extraue tantillam ma

Tex. lxxij.

Tex. lxxiij.

Tex. lxxiiij. Vide documentum Auer.

Tex. lxxv.

gnitudinem quam habemus, quoniam intelligit aliquis, sed quoniam est. hoc autem accidit. Tempus autem & motus infinita sunt, & intellectio, non permanente accepto. Magnitudo autem, neque diuisione, neque intelligibili augmentatione est infinita. Sed de infinito quidem quomodo est, & quomodo non est, & quid est: dictum est.

TERTII LIBRI

FINIS.

IN PHYSICAE ACROASEOS LIBRVM QVARTVM.

Raphaelis Volaterrani Argumentum.



IBRO quarto; Quum corpus in loco sit, & secundum locum moueatur, iure loci rationes ut corporis appendices enarrantur; sicuti etiam motus, et tempus. In quaestione primum, an sit. Igitur locum negantes, hoc modo probant; Si omne ens in loco, locus autẽ ens, erit locus in loco; & hoc in infinitum & rursus; si est, erunt & notae, & lineae, & superficiei loca propria; quod minime contingit. Praeterea ex corporum augmento aut diminutione erit, erit item loco augeri & dimi nui Quod autem sit, manifestum ex mutatione, quum aqua e uase exeunte aer ingreditur, & contra. Ex quo patet, quòd locus est aliquid, praeter inhaerentia & commutata. Superiores rationes per loci definitionem, mox facile confutabuntur. Quum unum e quatuor locum esse oporteat, aut materiam, aut formam, aut interuallum in medio terminorum, aut terminos ipsos; quod nullum duorum priorum sit, demonstrat, quoniam illa in unum coeant, locus autem & locatum minime. Sed neque tertium, quum uacuum non admittat natura. Restat ut terminus sit, & superficies immobilis, complectentis locatum. Igitur aer extremus, complectẽs nostri corporis superficiem, erit locus noster; & curua caeli superficies, locus est aetheris. contactus autem aetheris ad hypercauma, locus est elementorum sublimium; & deinceps. Ex quo patet, quòd non sit necesse duo simul esse corpora in eodem loco, neq; locum propterea augeri; quum superficies corpus non sit, ac propterea locus incorporeus, aptus tamen recipere dimensiones & spacia, secundum locati magnitudinem. Ex quo nihil maius aut minus

est, quam corpus locatum; hoc tamen si contiguum fuerit, & non continuum. nam continuum ens in loco dici poterit, sed pars in toto; nec in illo moueri, sed cum illo. Confutat deinde Platonem, *qui cum materiam posuerit communem omnibus locum, ideas & numeros in loco minime posuit.* Esse praeterea *aliud in alio, octo modis declarat. sicut sunt, pars in toto, totum in parte, species in genere, genus in specie. & haec quatuor secundum totum & partes, reliqua secundum causas; ut forma in materia, res in agente, & motus in motore, res in suo optimo & fine; postremo magis omnibus proprium, res sicut in uase, & sicut in loco suo.* Rursus *locus multifariam dicitur, mutabilis, immutabilis, communis, proprius, naturalis, ex accidente.* Vas *igitur locus dicetur, ait, (metaphoritos) id est translatitius & mutabilis, sicuti immutabilis uas appellatur (ametaphoriton,) id est minime translatitium, quod uere locus est, exemplo nauis; quae quamuis in fluminis parte tanquam in uase sit; non in eo dicitur esse loco, sed in flumine toto, & hic proprie dicetur locus.* Naturalis *autem locus species hebet duas, sursum ac deorsum.* Leuia *nanque sicut ignis & aer, sursum tendunt, grauia uero ad medium, ut terra & aqua, quae sibi inuicem locata sunt ex ordine sphaerarum.* Ex *his aliquae partes actu sunt in loco, ut extrema superficies locati, aliquae potestate; ut sunt caeterae partes sic inuicem tangentes;* Veluti *aeris & aquae. quae quamuis fluant exagitatae & commotae, eundem tamen in uniuersum cum toto retinent locum.* At *locus ex accidente is fuerit, qui introductitius est singulis partibus, siue illae moueantur, siue quiescant; quam* Graeci *(eftaxian) uocant; id est rectum ordinem dispositionum partium locatarum.* Postremo *dicit, caelum non esse in loco, cum extra caelum nihil sit; tamen motus insunt partibus. altera enim pars alteri succedit in loco secundum accidens, ac altera ab altera continetur; ut aqua ab aere, aer ab igne, ignis ab aethere, aether ab ultima sphaera.* Vltimae *uero sphaerae cum nec locum concedat, neque neget, dicatq; aptam locum recipere, cum sit mobilis quoddam quiescens, quod tamen non sit corpus, neque proprie locus, nisi ex accidente sit mobilis; occasionem posteris dedit, multa super*

his uana ac inter se pugnantia commentandi, tum situ quidē superuacua; ut aliqui dixerint, centrum tanquam rem stabilem eius esse locum, nonnulli ultimam cœli superficiem, ac alij aliam. Post hæc de uacuo. Physica etiam consideratio, si est, an non, & quid est, & quomodo. Quidam locum sine corpore uacuum ponunt. Testantur enim nisi uacuum sit, neq; motus secundum locum esse posse, neque augmentum, neque diminutionem. Vbi enim uidebitur aliquid moueri, existente pleno uniuerso? Quod enim auctum fuerit in pleno, quo abibit? Et rursus, si totum aliquid per corruptionem remisit, necesse ut maius ad minus redeat, uacuumq; propterea appareat. Vas item cinere plenum, uacuum monstrare uidetur, cum tantundem nihilominus aquæ capiat. Pythagorei quoque idem diuersis innixi rationibus sentiunt, nisi enim (aiunt) unū à duobus, & deinceps uacuo distingueretur, certe unum & duo simul essent. Hæc itaque atque his similia solent adducere. Quæ quidem hoc modo confutantur; Vacuum non esse causam motus. nam huiusce modi per uacuum motus, aut secundum, aut præter naturam erit; sed non secundum naturam erit, quum omnis uiolentus motus sit posterior motu secundum naturam. Sed quo nam pacto fuerit motus per uacuum secundum naturam, cum uacuum nihil sit? In non ente nulla differentia aut supra aut subtus locorum, ad quæ uidemus naturaliter corpora simpliciora per se tendere. Et si ignis est delatus, ubi firmabitur, cum supra non sit? ubi etiam terra descendet, aut subsistet, cū subtus aut medium cesset? Est quoque illa ratio non parua, quòd per uacuum sine tempore corpora mouerentur; motus autem sine tempore non est. Assumptum monstratur. Corporum citius aliud alio fertur, secundum eius & leuitatem, & etiam tenuitatem loci, per quem transiturum est, citius enim penetrat aquam quàm terram, & aqua citius aerem, donec per uacuum nullum sit tempus. Contendunt etiam per rarum & densum quidem idem monstrare; quos item Aristoteles confutat, probans quod materia sit una calidi & frigidi, & omnium cōtrariorum. Est & corporis tam magni quam parui eadem materia, eademq; uis, cum ex potestate sit energia, ut cum sit aer,

& contra. Igitur cum densum & rarum sit idem & una materia, non propter uacuum fuerit, sed ob corporum generationem ac transmutationem, ubi & resolutione & agglutinatione opus est. Sed & cum alia sint quae uacui rationem confutent, tum experientia sensusq;. Vasa enim ore angusto statim ac facile fonti inuersa implerentur aqua, nullo per uacuum corpore impediente; quod secus contingere uidemus, aere intus resistente, nec eijci ex oribus aqua obturatis ualente. Simile & in clepsydra, quam ponit Aristoteles, conspicitur; quae ore obstructo aquam minime fundit, similiter & utres aere pleni, pondera sustinentes. Tum à sensibus clarissimum. quomodo enim uisu longe ac usque in coelum penetrare possemus aerem, per totum non existente continuo, ac uacuationibus intercipiētibus sensum? Reliquum, quid sit, an usquam sit, uidere. Locum physici sine corpore uacuum appellant, si locus uacare corpore potest. Quidam uero solo nomine, uacuumq; & (anypthcton,) id est in subsistens, uocant, nonnulli autem extra curuam coeli superficiem. hoc est extra mundum, uacuumq; & infinitum demonstrant, hoc argumento. Omne circumdatum ab altero quodam corpore circundatur, sicuti in singularibus corporibus demonstratur; extra mundum uero corpus non est, igitur incorporeum est quod mundum circundat. Si enim corpus, & hoc ab alio quodam circundaretur, sed corpus infinitum non est. qua propter necessario incorporeum erit, quod postremo comprehendit, atque ambit uniuersum, sicuti omnium ultimum erit & infinitum. Itaque supremam corporeorum entium periochen, incorporeumq; infinitum & uacuum nominant, ut nihil reliqui corporum in ipso retinentem. Tempus. Cum sint mensurae quatuor, numerus, magnitudo, locus, tempus, numerus discretionem metitur, magnitudo spacium, locus omnimodam positionem, tempus generationis fluxum & extensionem, est enim motus & omniū entium mensura. Quod quidam non admittentes, huiuscemodi rationibus contendunt. Aliquid enim illius factum est, & iam non est, aliquid uero futurum, & nondum est. Compositum enim ex non entibus quomodo fuerit? Praesens autem &

nunc,non pars temporis,sed partem metitur. Quod facile redarguitur,quum multa ex entibus non entia sint, & ex non entibus entia,non autem corrumpuntur,sicuti etiam sensuum (antilipsis) dicimus,& existentes absque eo quod fiant,& itẽ non existentes absque eo quod corrumpantur. Sic & partes temporis minime corruptioni subijciuntur, præteritum & futurum. Est & medium quoddam,quod nunc appellatur, alterius quidem finis,alterius initium; quod quãquam primo & per se nulla quidem pars temporis est,haud aliter quam nota in lineis & unitas in numeris,hæc in discretis,illa in continuis nihil augent,tamen præsens etiam tempus secundum latam potestatem denotat. Verbi gratia.domus tota locus generatim uocatur omnium quæ sunt in domo,sed ea ratione,qua terminum ac superficiem circundantis continenter retinet in se,ipsa proprie locus dicetur. Sic quoque nunc,secundum præsens tempus appellatum est temporis pars, inter præteritum & futurum. Ea uero ratione qua nunc proprie et per se dicitur,indiuisibile sibi continenter coniunctum habet. Quare sub eodem uocabulo nunc,& pars temporis,& non pars temporis accipitur. Cognitis his,restat quid sit tempus definire. Est enim numerus motus secundum locum per se,& aliorum per accidens. Dicitur nanque numerus numerans, & numerus numeratus. Primus dupliciter dicitur,unitates uidelicet ipsæ. Et alius quo numerato alia numeramus;ut per lineas numeratas alia numeramus & per tempus numeratum numeramus, & motũ. Numeri autem numeratus seu numerabilis,sunt ipsæ res numeratæ. Et hic rursus dupliciter; aut secundum quantum, ut duos aut tres motus dicimus;aut secundum ordinem, ut primũ motum & secundum. Igitur tempus non est numerus numerans primo & per se,qui ad discretam pertinet quantitatem, non ad continuam,sed est numerus numeratus, quem unitates numerant,uidelicet duorum,trium,quatuor dierum tempus. Est etiam numerus numerans secundo modo dictus; quoniam per tempus huiuscemodi numeratum numeramus & motus,uidelicet duorum,trium dierum iter seu motus. In primo nanque tantum temporis partium existentia est,in secun-

do temporis est motus partium existentia, deinde relatio prioris partis ad posteriorem. Nam tempus est mensura motus, secundum prius & posterius. In omni enim mutatione prius & posterius est, quæ sunt partes temporis; ergo omnis mutatio in tempore fit, itaque motum tempus metitur, & tempus motus. Tempus est mensura motus, qui maxime omnium est notissimus ac normalis, præsertim cyclicus; deinde per eum reliqui motus generationis & corruptionis; & aliorum. Corruptionis nanque per se tempus causa est, generationis ex accidente, ut puta sol, causa est generationis, qui tempore agitur. Præterea tempus non dicitur neque uelox, neque tardum, sed magnum & paruum, breue & longum. nam uelocitas in breuitate fit temporis, & tarditas in longitudine. Cæterum æqualium numerabilium idem est numerus. Decem enim ouium & decem canum idem numerus, sed non est idem decem: diuersæ enim oues à canibus: Argumento est æquilaterus & scalenus, cum non sit idem triangulus, tamen est eadem figura. Numero igitur numeranti conuenit, ut sit idem respectu diuersorum, sed numero numerato conuenit, secundum prius & posterius inter se differre. non solum enim numeramus motum per tempus, sed tempus etiam per motum. Quod sane probatur primo per simile, quoniam numerum per numerabilia, & numerabilia per numerum; ut per numerum cognoscimus multitudinem equorum, rursus per unum equum sæpe iteratum cognoscimus numerum equorum. Eodem ferme modo quando nobis nota est certa quantitas temporum, motus uero ignotus, tunc motum per tempus metimur. Præterea sicut se habet motus ad magnitudinem, ita se habet tempus ad motum. Sed nos metimur magnitudinem per motum; & contra. Sic enim dicimus, uiam esse magnam, si multi fuerint motus; & rursus motum esse multum, si uia fuerit magna. Post hæc disserit, quòd non solum motus mensura est temporis, sed etiam quietis ex accidente. non enim qua quies, hoc est absentia motus, sed quia qua quodammodo motus dici possit. Duplex est.n. motus, alter est quieti oppositus, alter est fluxus simpliciter & extensio, quæ est quietis comprehensiua. Itaque metitur tempus

rem motam & quiescentem secundum existendi extensionem. Postremo cum mensuræ largo uocabulo res metiantur, æternitatem theologi sine tempore ponunt, qua solus fruitur Deus, æuo autē angeli, qui quanquàm sine fine sint, principio non carent. Reliqua mortalia tempus metitur. Partes autem temporis, nunc, tunc, iam, modo, olim, repente. Post hæc quoniam motus est in tempore, & ideo numeratur à tempore, dupliciter dicit aliquid esse in tempore, uno modo quod simul est cum tempore, sic quod ipsum est quando tempus est; alio modo sicuti pars temporis aut passio, ut etiam arithmeticæ unitas par impar. Deinde dicit duo requiri, ut aliquid sit in tempore. Primo quòd contineatur sub tempore, ut sicut illud est in loco quod continetur sub loco. ex quo infert, quòd esse in tpē non est esse quādo tēpus est, nec esse in loco quādo locus est, quia sic oēs res essent in quolibet, et sic cœlū esset in milio; nā quādo miliū est, cœlū ēt est. Sed oportet quæ in tempore, patiantur aliquid sub tempore. Probat ex eo, quod consueuimus dicere, quod tempus tale faciat omnia, & quod omnia senescunt sub tempore. Facit insuper quàtuor catholica. primùm, non entia & impossibilia se aliter habere; ut diametrū quadrati esse lateri symmetrum, non sunt in tempore. probat quoniam sub tempore nil cadit, nisi quæ mouentur & quiescunt. Deinde omnia generabilia & corruptibilia, & omnia quæ aliquando sunt, & aliquando non sunt, in tempore sunt. Probat, quoniam tempus esse eorum excellit, eorumq; item essentiam metitur. Tertiū, illa quæ non sunt, aliquando tamen fuerunt, ut Homerus; & illa quæ non sunt, & aliquando erunt, metimur tempore. Quartum, illa quæ nec fuerunt, nec sunt, nec erunt, & illa quorum opposita semper erunt, ut asymmetrum diametrum. in tempore non sunt. illa uero quorum opposita non semper sunt, esse & non esse, generari & corrumpi possunt. Et sic ea metimur tempore.

ARISTOTELIS STAGIRITAE DE PHYSICO AVDITV LIBER QVARtus, ex Græco recognitus.

SVMMA. QVARTI LIBRI Physic. secundum Auer.

A textu primo usque ad.50. loquitur de loco.
A textu 50 usque ad 87. disputat de uacuo.
A tex. 87 usque in finem, differit de tempore.

Cap. primo. Tex. pri.

Loci considerationē ad physicū pertinere.



IMILITER Autem necesse est naturalem, & de loco, ut & de infinito, cognoscere si est, an non, & quomodo est, & quid est. Etenim quæ sunt, omnes existimant alicubi esse. quod uero non est, nusquam esse. Vbi enim est hircoceruus, aut sphinx? Atque motuum, communis maxime, maximeq; proprius, secundum locum est, quem uocamus lationem. Habet autem multas dubitationes, quidnam locus. non enim idem uidetur speculantibus, ex omnibus quæ insunt. Amplius autem, neque habemus quicquam ab alijs, aut ante dubitatum, aut prius traditum de ipso.

Tex. ii.

ipſo. Quod igitur locus ſit, uidetur manifeſtum eſſe, ex translatione. ubi nãque nunc eſt aqua, hinc egreſſa tanquam ex uaſe, iterum aer ineſt. Aliquando autem, eundem locum hunc aliud aliquod corporum obtinet. hoc autem, ab ijs quæ inſunt & tráſferuntur omnibus, alterum eſſe uidetur. in quo enim aer nunc eſt; aqua in hoc prius erat. Quare manifeſtum eſt, quòd locus & regio, aliquid erat diuerſum ab utriſque, ad quam, & ex qua transferebantur. Amplius autem lationes phyſicorum corporũ & ſimplicium, ut ignis, & terræ, & talium, non ſolum oſtendunt quòd eſt aliquid locus, ſed quòd & habet quandam potentiam. fertur enim unũquodq; in ſuum locum, non prohibitũ, hoc quidem ſurſum, illud uero deorſum. Hæc autem ſunt loci partes, et ſpecies, ſurſum & deorſum, & reliquæ diſtantiarũ ſex. Sunt autem talia non ſolum ad nos, dextrum et ſiniſtrum, atque ſurſum & deorſum. nobis enim, nõ ſemper idem, ſed ſecundum poſitionem ut conuertimur fiunt. idcirco, idem crebro, dextrum & ſiniſtrũ eſt, & ſurſum & deorſum, & ante & retro. In natura autem, determinatum eſt ſeorſum unumquodq;. non enim quodcunq; contingit, ſurſum eſt, ſed quo fertur ignis, & leue. ſimiliter uero & deorſum, non quodcunq; contingit, ſed quo habẽtia grauitatem, & terrea, tanquam non poſitione differentia ſolũ, ſed & potentia. Oſtendunt autem, et mathematica. cum enim non ſint in loco, tamen ſecundum poſitionem ad nos, habent dextra & ſiniſtra (adeo ut ſolũ

TEX. 3.

Idẽ. 3. phyſic. tex. 54. & 2. cæli. tex. 9.

TEX. 5.

intelligatur ipsorum positio,)non habentia natura
TEX. 6. horum unumquodq;. Amplius, uacuum affirmantes
Vacuum. esse, locum esse dicunt. Vacuum enim, locus erit
utique priuatus corpore. Quod igitur aliquid sit locus præter corpora, & omne corpus sensibile in loco, per hæc aliquis existimabit. Videbitur autem utique & Hesiodus recte dicere, faciens primum, chaos. dicit igitur. Omnes quidem primum, chaos factum est, sed postea terra lata. quasi oporteret primum, fuisse receptaculum ijs quæ sunt. propterea quòd putabat quemadmodum multi, esse omnia alicubi, atq; in loco. Si autē tale est, mirabilis quæ-
TEX. 7. dam erit loci potentia, & prior omnibus. Sine quo nanque nullum aliorum est, illud autem sine alijs; necesse est primū esse. non enim perit locus, ijs quæ
TEX. 8. in eo sunt, corruptis. At uero dubitationem habet si est, quid est. utrū moles aliqua corporis, aut quædam altera natura? quærendum enim est genus ip-
Loci dimensiones tres. sius, primū. Distantias igitur habet tres, longitudinē, & latitudinē, atque profunditatē. quibus determinatur corpus omne. Impoßibile aūt est, corpus, locum esse. in eodem. n. essent utique, duo corpora.
TEX. 9. Amplius, si est corporis locus ac receptaculū, manifestum est quòd & superficiei, et reliquorū terminorū. eadē. n. conueniet ratio. Vbi nāque erant prius, aquæ plana, erunt rursum quæ sunt aeris. At uero, differentiam nullam habemus puncti, & loci pūcti. Quare, si neque ab hoc est locus diuersus, neque ab aliorum ullo. neque est quicquam, præter unū-

quodque horum, locus. Quid .n. tandem, & nos ponemus esse locum? neque .n. elementum, neque ex elementis, aut corporeis, aut incorporeis, esse potest, talem habens naturam. magnitudinem .n. habet, corpus autem nullum. Sunt autem sensibilium corporum elementa, corpora. ex intelligibilibus autem elementis; nulla fit magnitudo. Amplius autem, & cuiusnam ponet aliquis ijs quæ sunt, causam esse locum? Nulla enim quatuor causarum, ipsi inest. Neque enim est, ut materia eorum quæ sunt. nam nihil ex ipso constitutum est. Neque ut species & ratio rerum, neque ut finis, neq; mouet ea quæ sunt. Amplius autem & ipse. si quid est eorum quæ sunt, alicubi erit. Zenonis enim dubitatio, quandam rationē quærit. Si .n. omne quod est, in loco est, manifestū est quòd & loci, locus erit. atque hoc, in infinitum procedet. Amplius, si ut omne corpus est in loco, sic & omni in loco corpus est, quomodo ergo dicemus de ijs quæ augmentantur? Necesse .n. est ex his augmentari locum simul cum ipsis, si neque minor, neque maior cuiusque locus est. Propter hæc ergo nō solū quid est, sed etiā si est, dubitare necesse est. TEX. 10 TEX. 11 TEX. 12 Zeno. TEX. 13

Quoniā autem aliud quidem secundū se, aliud uero secundum aliud dicitur, & locus alius quidem est cōis in quo omnia corpora sunt, alius uero proprius in quo primo (dico autem, ut tu nunc in cœlo es, quia in aere, hic autē in cœlo & in aere, quia est in terra. similiter aūt & in hac, quia in hoc loco, qui nihil plus quàm te cōtinet) si igitur locus est, quod TEX. 14. CAP. 2. Nec speciē esse locū nec materiam.

primum continet unũquodq; corpus, terminus utique erit. Quare uidebitur species ac forma cuiusq;
TEX. 15 locus esse, quo terminatur magnitudo & materia magnitudinis. hæc enim est, uniuscuiusq; terminus. Sic ergo consider ãtibus, locus, uniuscuiusq; species est. quatenus autem uidetur locus esse distãtia, magnitudinis materia. hæc nanque diuersa est à magnitudine. hæc autem, est id quod cõtinetur sub specie ac definitur, ut sub plano ac termino. est autem tale materia, & indefinitum. cum enim remoueatur terminus, & paßiones à sphæra, relinquitur nihil, præter materiam. Quamobrem & Plato, materiã & receptaculum, idem esse ait in Timæo. Susceptiuum enim & receptaculum unum & idem. Alio uero modo & ibi dicens susceptiuũ, & in ijs quæ uocãtur non scripta dogmata, locũ tamẽ & receptaculũ,
TEX. 16. idem esse declarauit. Dicunt enim omnes, aliquid esse locum, quid autem est, hic solus aggressus est dicere. Merito autem ex his, considerantibus, uidebitur utique esse difficile cognoscere quid est locus, siquidem horum utrumuis est, siue materia, siue species. Hæc enim & altißimam habent speculationẽ, & seorsum à seinuicem non facile est ipsa cognoscere *. At uero, quòd impossibile sit utrumuis horũ esse locum, non est difficile uidere, species enim atque materia, non separatur à re. locum autem, cõtingit. In quo nanque aer erat, in hoc rursus aqua (ut dicimus) fit, uicisſim translatis & aere & aqua, & alijs corporibus similiter. Quare neque

a.l. determinare.
TEX. 17

*pars, neque habitus, sed separabilis locus est ab unoquoq; etenim uidetur, tale quid esse locus, quale uas. est enim uas, locus transferri ualens. uas autem, nihil est ipsius rei. Quatenus igitur separabilis est à re, eatenus species non est. Quatenus uero continet, eatenus diuersus est à materia. Videtur autem semper, id quod alicubi est, & ipsum esse aliquid, & aliud aliquid extra ipsum. Platoni tamē dicendum erat, si liceat digredientes dicere, quare nō sunt in loco, & species & numeri siquidem id quod particeps est, locus sit, siue magnum atque paruum sit id quod particeps est, siue materia, quemadmodum in Timæo scripsit. Amplius, quomodo ferretur in suum locum, si locus esset materia, aut species? impossibile enim est; cuius neque est motus, neq; sursum aut deorsum, locum esse. Quare, quærendus in huiuscemodi * est locus. Si uero in ipso locus est (oportet enim, siquidem aut forma, aut materia est) erit locus, in loco. transmutatur enim simul cū re, & mouetur & species & indefinitum, non semper in eodem, sed ubi utique est & ipsa res. Quare loci erit locus. Amplius, quando ex aere aqua facta est, perijt locus. non.n. in eodem loco est, quod factum est corpus. Quæ igitur corruptio? Ex quibus igitur necessarium est esse aliquid locū, & rursus ex quibus dubitabit utique aliquis, de substātia ipsius, dictum est. Post hæc autem accipiendum est, quot modis aliud in alio est. Vno igitur modo, ut digitus in manu, & omnino pars in toto. Alio*

TEX. 18

TEX. 19

à, l. in his.

TEX. 20

Vide digressionē Auer. sup isto tex.

TEX. 21

TEX. 22

Esse quippiā in alio, quot modis dicatur.

CAP. 3.

uero, ut totum in partibus. non. n. est præter partes, totum. Alio autem modo, ut homo in animali, & omnino ut species in genere. Alio autem, ut genus in specie, & omnino pars speciei in speciei ratione. Amplius ut sanitas in calidis & frigidis, & omnino species in materia. Amplius, ut in rege Græcorum res, & omnino in primo mouente. Amplius, ut in ipso bono, & omnino in ipso fine. hoc autem est, id cuius causa. Omnium autem maxime proprium est, quod ut in uase, & omnino quod in loco. Dubitabit autem aliquis, utrum quippiam in seipso contingat esse an nihil, sed omnia aut nusquã aut in alio? Dupliciter autẽ hoc est, aut secundum se, aut secundum alterum. cum. n. sint partes totius & id in quo, & id in quod in hoc, dicetur totum in seipso. dicitur enim, et secundum partes. ut albus, quia superficies alba sit. & sciens, quia ratiocinatiuum. Amphora igitur non erit in seipsa, neque uinum, uini uero amphora erit. Quod nãque inest & id in quo est, utraque eiusdem partes sunt. Sic igitur contingit, quippiam in seipso esse. Primo autem non contingit, ut album in corpore. superficies. n. in corpore, sciẽtia autem, in anima. secundũ hæc aũt, quæ partes sunt, ut in homine, appellationes existunt. Amphora aũt & uinum, cum seorsum quidem sunt, partes nõ sunt sed cum simul. Quapropter, cum sint partes, erit ipsum in seipso. ut album, in homine, quoniam in corpore. & in hoc. quoniam in superficie. in hac autẽ, non amplius secundum aliud est. Et diuersa quidem

TEX. 23

TEX. 24

An quippiã et in seipso.

TEX. 25

ſpecie hæc ſunt, & aliam naturam habet utrunque & potentiam, & ſuperficies & album. Neque igitur inductiue conſiderantibus, aliquid in ſeipſo uidemus ſecundum aliquem determinatorum, & ratione manifeſtum quòd impoßibile eſt. Oportebit enim ambo, utrumq; eſſe (ut amphoram, & uas, & uinum eſſe atque uinum, uinum & amphoram) ſiquidem contingit quippiam in ſeipſo eſſe. Quare ſi quā maxime in ſeſe ſint, amphora quidem accipiet uinum, non quatenus ipſa uinum eſt, ſed quatenus illa. uinum autem inerit in amphora, non quatenus amphora ipſum eſt, ſed quatenus illa amphora eſt. Secundum igitur ipſum eſſe, quòd alterum ſit, manifeſtum eſt. Alia nāque ratio eſt, eius in quo, & illius quod in hoc eſt. At uero, neque ſecundum accidens contingit. Simul. n. duo corpora, in eodem inerunt. nam & ipſa amphora in ſeipſa erit, ſi id cuius natura ſuſceptiua eſt, contingat in ſeipſo eſſe. & inſuper illud cuius eſt ſuſceptiuum, ut ſi uini, uinum. Quod igitur impoßibile ſit in ſeipſo aliquid eſſe primo, manifeſtum eſt. Quod autem Zeno dubitabat, quòd ſi locus eſt aliquid, in aliquo erit, ſoluere non eſt difficile. Nihil enim prohibet, in alio quidem eſſe primum locum, non tamen in illo ut in loco, ſed ut ſanitas quidem in calidis ſicut habitus, calor autem in corpore ut paßio. Quare, non neceſſe eſt in infinitum abire. Illud autem manifeſtum, quòd cum uas nihil ſit eius quod in ipſo eſt (aliud enim eſt, primo, & quod ineſt & id in quo ineſt) non erit utique

TEX. 26 · TEX. 27 · TEX. 28 · Zeno. · TEX. 29

aut materia, aut species, locus. sed aliud. Illius. n. *aliquid hæc sunt, quod inest, & materia & forma.* Hæc igitur sint dubitata. Quid autem, tandem sit locus, hic utique fiet manifestum. Accipiamus autē de ipso, quæcunque uidentur uere secundum se inesse ipsi. Censemus igitur locum esse primum quidem quod continet illud, cuius locus est, & nihil ipsius rei esse. Amplius, primum locum, neque minorem esse, neque maiorem. Præterea, neque deseri * ab unoquoque, & separabilem esse. Ad hæc autem, omnem locum habere sursum & deorsum, & ferri natura, & manere in proprijs locis, unumquodq; corporum. Hoc autē facere, aut sursum, aut deorsum. Suppositis autem his, reliqua speculari decet. oportet autem tentare, considerationem sic facere, ut ipsum quid est reddatur, ut & quæ dubitantur, soluātur, & quæ uidentur inesse loco, insint. & amplius, ipsa difficultatis, & earum quæ circa ipsum dubitationum, causa, erit manifesta. sic enim pulcherrime demonstrabitur, unumquodq;. Primum igitur considerasse oportet, quod nō quæreretur utique locus, si non motus aliquis secundum locum esset. propter hoc enim & cœlum maxime in loco putamus esse, quia semper est in motu. Huius autem, aliud quidē est loci mutatio, aliud uero augmentum & decrementum. Etenim in augmento & decremento, trāsmutantur, & quod prius erat hic, iterum translatum est in maius aut minus. Est autem quod mouetur, aliud quidem per se actu, aliud uero per acci-

TEX. 30

TEX. 31

CAP. 4

De motu locali, et quid locus.

à. l. præterea deseri.

TEX. 32

Vide cōtra dictionem Zimarræ.

dens. Eius autem quod secundum accidens, aliud quidem potest moueri per se, ut partes corporis, et in nauigio clauus; alia uero non possunt, sed semper secundum accidens, ut albedo & scientia. hæc enim sic transmutantur secundum locum, quia id in quo sunt, transmutatur. Quoniam autem dicimus esse in cœlo ut in loco, quia in aere, hic autem in cœlo est, & in aere autem, non toto, sed propter ultimum ipsius & continens, in aere esse dicimus. si.n. totus aer sit locus, non æqualis erit uniuscuiusq; locus, & unumquodq;. uidetur autem æqualis esse. talis autem est, primus in quo est. Cum igitur non diuisum est quod continet sed continuum, non ut in loco dicitur esse in illo, sed ut pars in toto. cum uero diuisum est, & tangens, in primo quodam est, ultimo continentis, quod neque pars est eius quod in ipso est, neque maius spacio, sed æquale. in eodẽ enim sunt, ultima se tangentium. Et cum continuum sit, non in illo mouetur, sed cum illo. diuisum autem, in illo. Et siue moueatur continens, siue non, nihil minus. Amplius autem cum non diuisum est, ut pars in toto dicitur, ut in oculo acies, & in corpore manus. Cum autem diuisum est, ut in cado aqua, aut in fictili uinum. manus enim, cum corpore mouetur, aqua autem, in cado. Iam igitur manifestum ex his quid est locus, Quatuor.n. fere sunt, quorum necesse est locum, unum aliquid esse. aut enim forma est, aut materia, aut spacium aliquod mediũ extremorum, aut extrema, si non est ullum spacium præter

TEX.33

TEX.34

TEX.35
locus quid.

inexistentis corporis magnitudinem. Horum autē, quòd tria nō poßint esse; manifestum est. Sed propterea quòd continet, uidetur forma esse. in eodem enim sunt, extrema continentis & cōtenti. Sunt igitur utraq; termini, sed non eiusdem. sed species quidem, rei, locus autem, continentis corporis. Ex eo

TEX. 36. autem quòd mutatur sæpe, manente continente, cōtentum & diuisum, ut ex uase aqua, ipsum medium, esse aliquod uidetur spacium, tanquam aliquid existens præter ipsum corpus translatum. Hoc autem non est, sed quoduis incidit corpus eorū quæ trāsferuntur, ac tangere apta natura sunt. Si aūt esset

TEX. 37. aliquod spacium aptum natura, ac manens in eodē loco, infinita utique essent loca. Translato .n. aere & aqua, idem facient partes omnes in toto, quod nunc tota aqua in uase simul autem, & locus erit mutatus. Quare erit loci & alius locus, & multa loca simul erunt. non est autem, alius locus partis in quo mouetur, cum totum uas trāsfertur, sed idē. In quo enim sunt, uicissim trāsferūtur aer, & aqua, aut partes aquæ, sed non in quo sunt loco, qui pars

Vide expositionē Auerrois sup isto textu.

TEX. 38. est eius loci, qui est locus totius cœli. Et materia etiā uidebitur utique esse locus, si in quiescente aliquis consideraret, & non separato, sed continuo. Vt enim, si alteratur est quippiam quod nunc quidem album est olim autem nigrum, & nunc quidē durū olim aūt molle (quapropter dicimus esse aliquid materiā) sic et locus per talem quandā esse uidetur imaginationē: Verum illud quidem, quoniam quod

erat aer, hoc nunc aqua est. locus uero, quoniã ubi nunc erat aer, hic nunc est aqua. Sed materia quidem, sicut dictum est in prioribus, neque separabilis à re, neque continens est. locus autem, ambo. Si TEX. 39
igitur nihil horũ trium locus est, neq; species, neq; materia, neque spacium semper aliquid existens alterum præter spacium rei translatæ, necesse est locum esse reliquum ex quatuor, continentis scilicet terminum corporis. Dico autem cõtentum corpus, quod mobile est secundum lationem. Videtur autẽ TEX. 40
aliquid magnum esse, & difficile captu, locus, tum quoniam esse materia uideatur atque forma, tum quoniam in ipso continente quiescẽte fit translatio eius quod fertur. Posse enim uidetur esse spacium medium, aliud quippiam à motis magnitudinibus. Confert autẽ aliquid, & aer apparens incorporeus esse. Vidẽtur. n. non solum termini ipsius uasis, esse locus, sed & quod intermedium est ut uacuum. Vt autem uas, locus est qui transferri potest, sic locus, TEX. 41
uas immobile. Quapropter cũ in eo quod mouetur quippiam moueatur, muteturq́; id quod intus est, ut in flumine nauis, ut uase magis quam loco, utitur continente. Vult autem, immobilis esse, locus. Quocirca totus magis fluuius, locus est, quia immobilis totus est. Quare cõtinẽs terminus immobilis, TEX. 42
primus, locus est. Atque propter hoc, medium cœli, & ultimũ ad nos circularis lationis, uidetur esse, hoc quidẽ sursum, illud uero deorsum, maxime omnibus proprie. quoniam illud quidẽ semper manet,

circuli aũt ultimũ, similiter se habens manet. Quare, cum leue quidem sit, quod sursum fertur natura, graue uero, quod deorsum, qui uersus medium continet terminus, deorsum est, & ipsum medium. qui uero uersus ultimum, sursum, & ipsum ultimum. et propter hoc, uidetur planum quoddam esse & uelu

TEX.43 Vniuersum quatenus in loco. Vide digressionẽ Auer. super isto tex.

ti uas, locus, & continens. Amplius, simul cum ipsa re quodammodo etiam locus existit. simul enim cũ finito, fines sunt. Cui igitur corpori est aliquod corpus extra, continens ipsum, hoc in loco est. cui uero non, minime. Quo circa etiã si aqua fuerit huiusmodi, partes quidem mouebuntur ipsius. continentur enim à seinuicem. Totum autem, est quidem ut mouebitur. est uero ut non. ut enim totum, simul locum non mutat. circulariter autem, mouebitur (partiũ enim, hic locus est) & sursum quidem & deorsum, non. Circulariter autem nonnulla, alia uero sursum & deorsum, quæcunque habent densitatem & raritatem.

TEX.44

Vt autem dictum est, alia quidem sunt in loco secundum potentiam, alia uero secundum actũ. Quapropter cum continuum quidẽ sit id quod est similium partium, secundum potentiam in loco partes sunt. cum uero separata quidem sunt, tangunt autem se, ut aceruus, secundum actum.

TEX.45 Vide digressionẽ Auer. contra Auicen.

Atque alia quidem, per se, ut omne corpus, aut secundum lationem, aut secundum augmentum mobile, per se alicubi existit. Cœlum autem sicut dictum est, non est alicubi totum, neque ullo in loco est, si quidem nullum corpus ipsum continet. in quo autem mouetur, hoc

etiam locus est partibus altera enim partium, alteri adhærens est. Alia uero, secundum accidens, ut anima, & cœlum. partes enim, in loco quodammodo omnes sunt. in circulum enim continet alia aliã. Idcirco mouetur quidẽ circulariter solũ, quod sursum est. Totũ aũt, nõ alicubi est, quod·n. alicubi est, et ipsum aliquid est, et adhuc aliud aliquid esse oportet præter hoc in quo sit, quod continet. Præter autem uniuersum ac totum, nihil extra est. Et propter hoc, omnia in cœlo sunt. Cœlum enim, ipsum totum fortásse est. Est autem locus, non cœlum, sed cœli quiddam, ultimus scilicet & tangens mobile corpus, terminus quiescens· & ob hoc, terra quidẽ, in aqua est. hæc uero, in aere. hic autem, in æthere; & æther, in cœlo. cœlum autẽ, non amplius in alio est. Manifestum autem ex his, quòd & dubitationes omnes soluentur, si hoc modo dicatur locus. Neque enim simul augmentari necesse est locum, neq; puncti esse locum. neque duo corpora, in eodem loco· neque spacium aliquod, esse corporeum. corpus enim est, medium loci quoduis, sed non spacium corporis. Et est locus alicubi, non autem ut in loco, sed ut terminus in terminato. non enim omne quod est, in loco est, sed mobile corpus. Et fertur igitur ad suum ipsius locum, unumquodq; rationabiliter. Quod enim consequenter est, & tangit non ui, congeneum est. Atque simul adnata, impaßibilia sunt. quæ uero se tangunt, paßiua & actiua sunt adinuicem. Et manet igitur natura totum in proprio lo-

TEX. 46.

TEX. 47.

Idem infra tex. 53. & 55.

TEX. 48

primum continet unũquodq; corpus, terminus uti que erit. Quare uidebitur species ac forma cuiusq;
TEX. 15 locus esse, quo terminatur magnitudo & materia magnitudinis. hæc enim est, uniuscuiusq; terminus. Sic ergo consideratibus, locus, uniuscuiusq; species est. quatenus autem uidetur locus esse distãtia, magnitudinis materia. hæc nanque diuersa est à magnitudine. hæc autem, est id quod cõtinetur sub specie ac definitur, ut sub plano ac termino. est autem tale materia, & indefinitum. cum enim remoueatur terminus, & paßiones à sphæra, relinquitur nihil, præter materiam. Quamobrem & Plato, materiã & receptaculum, idem esse ait in Timæo. Susceptiuum enim & receptaculum unum & idem. Alio uero modo & ibi dicens susceptiuũ, & in ijs quæ uocãtur non scripta dogmata, locũ tamẽ & receptaculũ
TEX. 16. idem esse declarauit. Dicunt enim omnes, aliquid esse locum, quid autem est, hic solus aggressus est dicere. Merito autem ex his, considerantibus, uidebitur utique esse difficile cognoscere quid est locus, siquidem horum utrumuis est, siue materia, siue species. Hæc enim & altißimam habent speculationẽ, & seorsum à seinuicem non facile est ipsa cognoscere *. At uero, quòd imposſibile sit utrumuis horũ
a.l. determinare.
esse locum, non est difficile uidere, species enim at
TEX. 17 que materia, non separatur à re. locum autem, cõtingit. In quo nanque aer erat, in hoc rursus aqua (ut dicimus) fit, uicisſim translatis & aere & aqua, & alijs corporibus similiter. Quare neque

*pars, neque habitus, sed separabilis locus est ab unoquoq; etenim uidetur, tale quid esse locus, quale uas. est enim uas, locus transferri ualens. uas autem, nihil est ipsius rei. Quatenus igitur separabilis est à re, eatenus species non est. Quatenus uero continet, eatenus diuersus est à materia. Videtur autem semper, id quod alicubi est, & ipsum esse aliquid, & aliud aliquid extra ipsum. Platoni tamē dicendum erat, si liceat digredientes dicere, quare nō sunt in loco, & species & numeri siquidem id quod particeps est, locus sit, siue magnum atque paruum sit id quod particeps est, siue materia, quemadmodum in Timæo scripsit. Amplius, quomodo ferretur in suum locum, si locus esset materia, aut species? impossibile enim est; cuius neque est motus, neq; sursum aut deorsum, locum esse. Quare, quærendus in huiuscemodi * est locus. Si uero in ipso locus est (oportet enim, siquidem aut forma, aut materia est) erit locus, in loco. transmutatur enim simul cū re, & mouetur & species & indefinitum, non semper in eodem, sed ubi utique est & ipsa res. Quare loci erit locus. Amplius, quando ex aere aqua facta est, perijt locus. non.n. in eodem loco est, quod factum est corpus. Quæ igitur corruptio? Ex quibus igitur necessarium est esse aliquid locū, & rursus ex quibus dubitabit utique aliquis, de substātia ipsius, dictum est.* TEX.18 TEX.19 *à, l. in his.* TEX.20 *Vide digressionē Auer. sup isto tex.* TEX.21 TEX.22

Esse quippiā in alio, quot modis dicatur. CAP.3.

Post hæc autem accipiendum est, quot modis aliud in alio est. Vno igitur modo, ut digitus in manu, & omnino pars in toto. Alio

uero,ut totum in partibus.non.n. est præter partes,totum.Alio autem modo,ut homo in animali,&

TEX. 23 omnino ut species in genere. Alio autem, ut genus in specie,& omnino pars speciei in speciei ratione. Amplius ut sanitas in calidis & frigidis,& omnino species in materia. Amplius,ut in rege Græcorum res,& omnino in primo mouente.Amplius,ut in ipso bono,& omnino in ipso fine.hoc autem est,id cuius causa.

TEX. 24 Omnium autem maxime proprium est, quod ut in uase,& omnino quod in loco. Dubitabit autem aliquis,utrum quippiam in seipso contingat esse an nihil,sed omnia aut nusquã aut in alio?

An quippiã et in seipso.

Dupliciter autẽ hoc est,aut secundum se,aut secundum alterum.cum.n.sint partes totius & id in quo, & id in quod in hoc,dicetur totum in seipso.dicitur enim,et secundum partes.ut albus,quia superficies alba sit.& sciens,quia ratiocinatiuum. Amphora igitur non erit in seipsa,neque uinum,uini uero am

TEX. 25 phora erit.Quod nãque inest & id in quo est,utraque eiusdem partes sunt.Sic igitur contingit,quippiam in seipso esse. Primo autem non contingit, ut album in corpore.superficies.n. in corpore,sciẽtia autem,in anima.secundũ hæc aũt,quæ partes sunt, ut in homine,appellationes existunt. Amphora aũt & uinum,cum seorsum quidem sunt,partes nõ sunt sed cum simul.Quapropter,cum sint partes,erit ipsum in seipso ut album,in homine,quoniam in corpore & in hoc.quoniam in superficie. in hac autẽ, non amplius secundum aliud est.Et diuersa quidem

specie hæc sunt, & aliam naturam habet utrunque & potentiam, & superficies & album. Neque igitur *inductiue considerantibus, aliquid in seipso uidemus secundum aliquem determinatorum, & ratione manifestum quòd impossibile est.* Oportebit *enim ambo, utrumq; esse (ut amphoram, & uas, & uinum esse atque uinum, uinum & amphoram) siquidem contingit quippiam in seipso esse. Quare si quã maxime in sese sint, amphora quidem accipiet uinum, non quatenus ipsa uinum est, sed quatenus illa. uinum autem inerit in amphora, non quatenus amphora ipsum est, sed quatenus illa amphora est. Secundum igitur ipsum esse, quòd alterum sit, manifestum est.* Alia nãque *ratio est, eius in quo, & illius quod in hoc est.* At *uero, neque secundum accidens contingit.* Simul. *n. duo corpora, in eodem inerunt. nam & ipsa amphora in seipsa erit, si id cuius natura susceptiua est, contingat in seipso esse & insuper illud cuius est susceptiuum, ut si uini, uinum.* Quod *igitur impossibile sit in seipso aliquid esse primo, manifestum est.* Quod *autem* Zeno *dubitabat, quòd si locus est aliquid, in aliquo erit, soluere non est difficile.* Nihil *enim prohibet, in alio quidem esse primum locum, non tamen in illo ut in loco, sed ut sanitas quidem in calidis sicut habitus, calor autem in corpore ut passio.* Quare, *non necesse est in infinitum abire.* Illud *autem manifestum, quòd cum uas nihil sit eius quod in ipso est (aliud enim est, primo, & quod inest & id in quo inest) non erit utique*

TEX. 26

TEX. 27

TEX. 28

Zeno.

TEX. 29

aut materia, aut species, locus. sed aliud. Illius. n. aliquid hæc sunt, quod inest, & materia & forma. Hæc igitur sint dubitata. Quid autem, tandem sit

TEX. 30

TEX. 31 *locus, hic utique fiet manifestum. Accipiamus autẽ*

CAP. 4 *de ipso, quæcunque uidentur uere secundum se inesse ipsi. Censemus igitur locum esse primum quidem quod continet illud, cuius locus est, & nihil ipsius rei esse. Amplius, primum locum, neque minorem esse, neque maiorem. Præterea, neque deseri * ab unoquoque, & separabilem esse. Ad hæc autem, omnem locum habere sursum & deorsum, & ferri natura, & manere in proprijs locis, unumquodq; corporum. Hoc autẽ facere, aut sursum, aut deorsum. Suppositis autem his, reliqua speculari decet. oportet autem tentare, considerationem sic facere, ut ipsum quid est reddatur, ut & quæ dubitantur, soluantur, & quæ uidentur inesse loco, insint. & amplius, ipsa difficultatis, & earum quæ circa ipsum dubitationum, causa, erit manifesta. sic enim pulcherrime*

De motu locali, et quid locus.

à. l. præterea deseri.

TEX. 32 *demonstrabitur, unumquodq;. Primum igitur considerasse oportet, quod nõ quæreretur utique locus, si non motus aliquis secundum locum esset. propter hoc enim & cœlum maxime in loco putamus esse, quia semper est in motu. Huius autem, aliud quidẽ est loci mutatio, aliud uero augmentum & decrementum. Etenim in augmento & decremento, trãsmutantur, & quod prius erat hic, iterum translatum est in maius aut minus. Est autem quod mouetur, aliud quidem per se actu, aliud uero per acci-*

Vide cõtra dictionem Zimarræ.

dens. Eius autem quod ſecundum accidens, aliud quidem poteſt moueri per ſe, ut partes corporis, et in nauigio clauus; alia uero non poſſunt, ſed ſem per ſecundum accidens, ut albedo & ſcientia. hæc enim ſic tranſmutantur ſecundum locum, quia id in quo ſunt, tranſmutatur. Quoniam autem dicimus TEX.33. *eſſe in cœlo ut in loco, quia in aere, hic autem in cœ lo eſt, & in aere autem, non toto, ſed propter ultimum ipſius & continens, in aere eſſe dicimus. ſi.n. totus aer ſit locus, non æqualis erit uniuſcuiuſq; lo cus, & unumquodq;. uidetur autem æqualis eſſe. ta lis autem eſt, primus in quo eſt. Cum igitur non di-* TEX.34 *uiſum eſt quod continet ſed continuum, non ut in lo co dicitur eſſe in illo, ſed ut pars in toto. cum uero diuiſum eſt, & tangens, in primo quodam eſt, ultimo continentis, quod neque pars eſt eius quod in ip ſo eſt, neque maius ſpacio, ſed æquale. in eodē enim ſunt, ultima ſe tangentium. Et cum continuum ſit, non in illo mouetur, ſed cum illo. diuiſum autem, in illo. Et ſiue moueatur continens, ſiue non, nihil minus. Amplius autem cum non diuiſum eſt, ut pars in toto dicitur, ut in oculo acies, & in corpore ma nus. Cum autem diuiſum eſt, ut in cado aqua, aut in fictili uinum. manus enim, cum corpore mouetur, aqua autem, in cado. Iam igitur manifeſtum ex his* TEX.35 *quid eſt locus, Quatuor. n. fere ſunt, quorum neceſ-* locus quid. *ſe eſt locum, unum aliquid eſſe. aut enim forma eſt, aut materia, aut ſpacium aliquod mediū extremorum, aut extrema, ſi non eſt ullum ſpacium præter*

inexistentis corporis magnitudinem. Horum autē, *quòd tria nō poßint esse; manifestum est.* Sed propterea *quòd continet, uidetur forma esse. in eodem enim sunt, extrema continentis & cōtenti.* Sunt igitur *utraq; termini, sed non eiusdem. sed species quidem, rei, locus autem, continentis corporis.* Ex eo

TEX. 36. *autem quòd mutatur sæpe, manente continente, cōtentum & diuisum, ut ex uase aqua, ipsum medium, esse aliquod uidetur spacium, tanquam aliquid existens præter ipsum corpus translatum.* Hoc autem *non est, sed quoduis incidit corpus eorū quæ trāsferuntur, ac tangere apta natura sunt.*

TEX. 37. Si aūt esset *aliquod spacium aptum natura, ac manens in eodē loco, infinita utique essent loca.* Translato. n. aere *& aqua, idem facient partes omnes in toto, quod nunc tota aqua in uase simul autem, & locus erit mutatus.* Quare *erit loci & alius locus, & multa loca simul erunt. non est autem, alius locus partis in quo mouetur, cum totum uas trāsfertur, sed idē.* In *quo enim sunt, uicisſim trāsferūtur aer, & aqua, aut partes aquæ, sed non in quo sunt loco, qui pars*

Vide expositionē Auerrois sup isto textu.

TEX. 38. *est eius loci, qui est locus totius cœli.* Et materia *etiā uidebitur utique esse locus, si in quiescente aliquis consideraret, & non separato, sed continuo.* Vt *enim, si alteratur est quippiam quod nunc quidem album est olim autem nigrum, & nunc quidē durū olim aūt molle (quapropter dicimus esse aliquid materiā) sic et locus per talem quandā esse uidetur imaginationē:* Verum *illud quidem, quoniam quod*

erat aer, hoc nunc aqua eſt. locus uero, quoniã ubi nunc erat aer, hic nunc eſt aqua. Sed materia quidem, ſicut dictum eſt in prioribus, neque ſeparabilis à re, neque continens eſt. locus autem, ambo. Si TEX. 39 *igitur nihil horũ trium locus eſt, neq; ſpecies, neq; materia, neque ſpacium ſemper aliquid exiſtens alterum præter ſpacium rei translatæ, neceſſe eſt locum eſſe reliquum ex quatuor, continentis ſcilicet terminum corporis. Dico autem cõtentum corpus, quod mobile eſt ſecundum lationem. Videtur autẽ* TEX. 40 *aliquid magnum eſſe, & difficile captu, locus, tum quoniam eſſe materia uideatur atque forma, tum quoniam in ipſo continente quieſcẽte fit translatio eius quod fertur. Poſſe enim uidetur eſſe ſpacium medium, aliud quippiam à motis magnitudinibus. Confert autẽ aliquid, & aer apparens incorporeus eſſe. Vidẽtur .n. non ſolum termini ipſius uaſis, eſſe locus, ſed & quod intermedium eſt ut uacuum. Vt autem uas, locus eſt qui transferri poteſt, ſic locus,* TEX. 41 *uas immobile. Quapropter cũ in eo quod mouetur quippiam moueatur, muteturq; id quod intus eſt, ut in flumine nauis, ut uaſe magis quam loco, utitur continente. Vult autem, immobilis eſſe, locus. Quocirca totus magis fluuius, locus eſt, quia immobilis totus eſt. Quare cõtinẽs terminus immobilis, primus, locus eſt. Atque propter hoc, medium cœli,* TEX. 42 *& ultimũ ad nos circularis lationis, uidetur eſſe, hoc quidẽ ſurſum, illud uero deorſum, maxime omnibus proprie. quoniam illud quidẽ ſemper manet,*

circuli aũt ultimũ, similiter se habens manet. Quare, cum leue quidem sit, quod sursum fertur natura, graue uero, quod deorsum, qui uersus medium continet terminus, deorsum est, & ipsum medium. qui uero uersus ultimum, sursum, & ipsum ultimum. et propter hoc, uidetur planum quoddam esse & uelu

TEX. 43 ti uas, locus, & continens. Amplius, simul cum ipsa

Vniuersum quatenus in loco.

re quodammodo etiam locus existit. simul enim cũ finito, fines sunt. Cui igitur corpori est aliquod cor

Vide digressionẽ Auer. super isto tex.

pus extra, continens ipsum, hoc in loco est. cui uero non, minime. Quo circa etiã si aqua fuerit huiusmodi, partes quidem mouebuntur ipsius. continentur enim à seinuicem. Totum autem, est quidem ut mouebitur. est uero ut non. ut enim totum, simul locum non mutat. circulariter autem, mouebitur (partiũ enim, hic locus est) & sursum quidem & deorsum, non. Circulariter autem nonnulla, alia uero sursum & deorsum, quæcunque habent densitatem & raritatem. Vt autem dictum est, alia quidem sunt in lo-

TEX. 44 co secundum potentiam, alia uero secundum actũ. Quapropter cum continuum quidẽ sit id quod est similium partium, secundum potentiam in loco partes sunt. cum uero separata quidem sunt, tangunt

TEX. 45 autem se, ut aceruus, secundum actum. Atque alia quidem, per se. ut omne corpus, aut secundum latio

Vide digressionẽ Auer. contra Auicen.

nem, aut secundum augmentum mobile, per se alicubi existit. Cœlum autem sicut dictum est non est alicubi totum, neque ullo in loco est, si quidem nullum corpus ipsum continet. in quo autem mouetur, hoc

etiam locus est partibus altera enim partium, alteri adhærens est. Alia uero, secundum accidens, ut anima, & cœlum. partes enim, in loco quodammodo omnes sunt. in circulum enim continet alia aliã. Idcirco mouetur quidẽ circulariter solũ, quod sursum est. Totũ aũt, nõ alicubi est, quod .n. alicubi est. et ipsum aliquid est, et adhuc aliud aliquid esse oportet præter hoc in quo sit, quod continet. Præter autem uniuersum ac totum, nihil extra est. Et propter hoc, omnia in cœlo sunt. Cœlum enim, ipsum totum fortasse est. Est autem locus, non cœlum, sed cœli quiddam, ultimus scilicet & tangens mobile corpus, terminus quiescens. & ob hoc, terra quidẽ, in aqua est. hæc uero, in aere. hic autem, in æthere; & æther, in cœlo. cœlum autẽ, non amplius in alio est. TEX. 46.

Manifestum autem ex his, quòd & dubitationes omnes soluentur, si hoc modo dicatur locus. Neque enim simul augmentari necesse est locum, neq; puncti esse locum. neque duo corpora, in eodem loco. neque spacium aliquod, esse corporeum. corpus enim est, medium loci quoduis, sed non spacium corporis. Et est locus alicubi, non autem ut in loco, sed ut terminus in terminato. non enim omne quod est, in loco est, sed mobile corpus. TEX. 47. Idem infra tex. 53. & 55.

Et fertur igitur ad suum ipsius locum, unumquodq; rationabiliter. Quod enim consequenter est, & tangit non ui, congeneum est. Atque simul adnata, impaßibilia sunt. quæ uero se tangunt, paßiua & actiua sunt adinuicem. Et manet igitur natura totum in proprio lo- TEX. 48

co,unumquodq; non irrationabiliter. Etenim pars hæc in toto loco,ut diuisibilis pars ad totum est.ut cum aquæ moueat aliquis partem,aut aeris. Sic au
TEX 49 tem & aer,se habet ad aquam.nam ut materia, illud autem,species.aqua quidem materia aeris est, aer uero ueluti actus quidam illius. Nam aqua potentia aer est.aer autem,potentia aqua,alio modo. Determinandum autē est de his,posterius. sed propter temporis oportunitatem, necesse fuit dixisse. immanifeste autem nunc dictum, tunc erit manifestius. Si igitur idem est materia & actus(est enim aqua,ambo,sed hoc quidē potētia,illud uero actu) se habebit utique ut pars quodammodo ad totum: Quapropter & his tactus est. Copulatio autem,cū ambo actu unum facta fuerunt. Et de loco quidem
TEX.50. CAP. 6. Priscorum de uacuo sententia. & quòd est,& quid est,dictū est. Eodem aūt modo existimandum est,esse Physici,cōsiderare & de uacuo si est aut nō,& quomodo est,aut quid est, sicut & de loco,nāque similem habet & incredulitatē & fidem,per ea quæ putantur.ut locum enim quendā, & uas,ipsum uacuum ponunt esse dicentes. uidetur autem,plenum quidem esse,cum habet illam molem cuius susceptiuum est.cum uero priuatum est, uacuum,tanquam idem quidem sit, uacuum & plenū
TEX. 51 & locus. esse autem ipsis,non idem est. Incipere aūt oportet considerationem,capientes & ea quæ dicunt affirmantes esse,et rursus quæ dicunt nō affirmantes esse,et tertio communes opiniones de ipsis. Alij igitur monstrare tentantes quod non est, non

quod homines uolunt dicere uacuum, hoc redarguunt, sed peccantes dicunt, ut Anaxagoras, & qui hoc modo redarguũt. demõstrãt enim quòd aliquid est aer, stricte ligantes utres, demõstrãtesq; quòd fortis est aer; accipientes in clepsydris. Alij autem homines uolunt uacuum esse spacium, in quo nullũ est corpus sensibile. Existimantes autẽ omne quod est; corpus esse, dicunt in quo omnino nihil est, illud esse uacuum. Quapropter plenum aere, uacuum esse. Non igitur hoc oportet demonstrare, quòd est aliquid aer, sed quòd non est spacium aliud à corporibus aut separabile, aut actu existens; quod diuidit omne corpus, ut sit non continuum, quemadmodum dicũt Democritus & Leucippus & alij multi Physiologorum, aut etiam si quid est extra uniuersum corpus existens continuum. Hi igitur non secundũ portas ad problema occurrunt, sed affirmantes esse, magis. dicunt autem unum quidem, quòd motus secundum locum non utique erit. hic autem, est latio & augmentatio non enim uidebitur utiq; motus esse, si non sit uacuum. plenum enim non posse suscipere. si uero suscipiat, sintq; duo in eodem, continget utique et quotlibet simul esse corpora. differentiam enim propter quam non utique erit quod dictum est, non est dicere. Si autem cõtingat hoc, et minimũ suscipiet maximum. multa námque parua, ipsum magnum est. Quare si multa æqualia contingit in eodem esse, & multa inæqualia. Melissus igitur etiam ostẽdit, quòd uniuersum immobile sit,

TEX. 52.

TEX. 53

Consimile infra tex. 76.

TEX. 5[illegible]

ex his. si enim mouebitur, necesse est (inquit) esse uacuum. Vacuum autem, non est eorum quæ sunt. Vno igitur modo demonstrant quòd aliquid est uacuum, alio uero quia uidentur aliqua cogi ac constringi. ut & uinum dicunt cum utribus, recipere dolia, tanquam in ea quæ insunt uacua, subeunte quod densatur corpore. Amplius autem & augmentatio uidetur fieri omnibus per uacuum. alimentū enim, corpus eße. duo autem corpora, impoßibile simul eße. Testimonium autem & illud de cinere faciunt, qui tantum aquæ * recipit, quantum uas, uacuum. Esse autem affirmauerunt & Pythagorei, uacuum, ipsumq; cœlum ex infinito spiritu ueluti respirans ingredi. & hoc esse uacuum, quod disterminat naturas. tanquam uacuum separatio quædam sit eorum quæ sunt consequenter, & disterminatio, & hoc, esse primum in numeris. uacuum enim disterminare naturam ipsorum. Ex quibus igitur alij quidem dicunt eße, alij uero non dicunt, tot fere ac talia sunt. Vt autem sciamus utro se modo habeat, oportet accipere, quid ipsum nomen significat. Videtur igitur uacuum, locus esse, in quo nihil est. huius autem causa est, quia quod est, corpus esse putant. omne autem corpus, in loco esse. uacuum autem, in quo loco nullum est corpus. Quare sicubi non est corpus, ibi uacuum eße. * Corpus autem rursus omne putant esse tangibile. huiusmodi autem est, quodcūque habet grauitatem aut leuitatem. Accidit ergo ex syllogismo, hoc esse uacuum, in quo non est graue quicquam

TEX. 55

TEX. 56

Vide expositionē Auerrois sup isto textu.

TEX. 56

a, l. qui æquale aquā

TEX. 57

Vacuū non rectè à veteribus definitum, quorū etiam rōnes soluuntur.

CAP. 7.

a, l. ibi nihil esse.

ue quicquàm aut leue · hæc igitur, ſicut diximus etiam prius, ex ſyllogiſmo accidunt. Inconueniens autem eſt, ſi punctum uacuum ſit. oportet enim locum eſſe, in quo corporis ſit ſpacium tangibilis. At igitur uidetur dici uacuum, uno quidem modo non plenum ſenſibili corpore ſecundum tactum. ſenſibile autem eſt ſecundum tactum, quod grauitatem habet uel leuitatem. Quocirca dubitauerit aliquis, quidnam dicent, ſi habeat ſpacium, colorem aut ſonum, utrum uacuum an non? An manifeſtum eſt ſi corpus quidem ſuſcipiat tangibile, uacuum eſſe, ſi uero non, minime? Alio autem modo in quo non eſt hoc aliquid, neque ſubſtantia aliqua corporea. Idcirco quidam dicunt, uacuum eſſe corporum materiam. qui quidem & locum, hoc idem dicentes non recte. Materia enim, ſeparabilis non eſt à corporibus · * Vacuum autem, quærunt ut ſeparabile. Quoniam autem & de loco determinatum eſt, et uacuū, locum neceſſe eſt eße ſi ſit, priuatum corpore, locus aūt & q̄uo eſt, et q̄uo non eſt, dictum eſt, manifeſtum eſt, igitur, quòd ſic quidem uacuū non eſt aut ſeparatum aut inſeparabile · uacuum enim non corpus, ſed corporis ſpacium eſſe uult · Quapropter et uacuum, uidetur aliquid eſſe quia & locus, & per eadem. Venit enim motus qui ſecundum locum eſt, & ijs qui locum dicunt eße aliquid præter incidentia corpora, & ijs qui uacuum. cauſam autem motus, putant eſſe uacuum ſit ut in quo mouētur. hoc autem tale erit, qualem locum dicunt quidam eſſe.

TEX. 58

TEX. 59

a, l. a rebus.

TEX. 60

TEX. 61.

Nulla autē necessitas est, si motus est, esse uacuum.

TEX. 62 Omnino igitur omnis motionis, nequaquam, quocirca, & Melissum latuit. alterari namq; potest, plenum. Sed neque, secundum locum motum. simul.n. cedere sibi inuicem contingit, nullo existente spacio separato præter corpora mota. atque hoc manifestum est, & in continuorum reuolutionibus, ut

TEX. 63 & in ijs quæ sunt humidorum. Contingit autem & densari non in uacuum, sed propterea quòd ea quæ insunt elabuntur. ut aqua collisa, aerem qui inest. Et augmentari, non solum ingrediente aliquo, sed & alteratione, ut si ex aqua fiat aer. Omnino autē de augmentatione ratio, & de aqua in cinerem infusa, ipsa seipsam impedit. aut enim non augetur quodlibet, aut non corpore, aut contingit duo corpora in eodem esse. Dubitationem igitur communem uolunt soluere, sed non uacuum demonstrant quòd est, aut totum corpus uacuum esse necessariū

TEX. 64 est, si penitus augetur, et augetur per uacuum. Eadem autem ratio, & in cinere est. Quod igitur ea

CAP. 8. ex quibus demonstrant uacuum esse, soluere facile sit, manifestum est. Quod autem non est uacuum sic separatum, ut quidam dicunt, dicamus rursum. Si enim est uniuscuiusque simplicium corporum latio aliqua natura, ut ignis quidem sursum, terræ autem deorsum & ad medium, manifestum est quòd uacuum non erit causa lationis Cuius igitur cau-

TEX. 65 sa erit, uacuum? uidetur enim, esse causa motus secundum locum. huius autem, non est. Amplius si est

Vacuū priuatū quoddā non esse tempore. Vide documentum Auer.

aliquid, ut locus priuatus corpore, cum est uacuū, quo mouebitur impositum in ipso corpus? non enim in omnem partem. Eadem autem ratio, & ad eos qui locū esse quid separatū putāt, in quē id fertur quod fertur* Quomodo nāq; feretur impositū, aut manebit? Et de ipso sursum & deorsum & de uacuo conueniet eadem ratio merito. uacuum enim, locum faciunt, qui esse dicunt. Et quonam modo inerit, aut in loco, aut in uacuo? non enim contingit, cum totum positum fuerit, ut in separato loco ac permanente, corpus aliquod. pars enim nisi seorsum ponatur, non erit in loco, sed in toto. Amplius si neque locus est, neque uacuum erit. Accidit autem dicentibus uacuum esse ut necessarium si erit motus; contrarium magis, si quis consideret, non posse moueri quicquàm si sit uacuum. ut enim qui propter simile dicunt terram quiescere, sic & in uacuo necesse quiescere. non enim est, quo magis aut minus mouebitur. quatenus enim uacuum est, non habet differentiam. Primum igitur, quoniam omnis motus, aut uiolentia, aut secundum naturam fit. necesse autem est si quidem sit uiolentus, esse & eum qui secundum naturam est. uiolentus enim, præter naturam est. qui uero præter naturam est, posterior est eo qui est secundum naturam. Quare si non est secundum naturam unicuiq; naturalium corporum motus, neque aliorum erit motuum ullus. At uero natura quidem quomodo erit, cum nulla sit differentia secundum uacuum & infinitum? Quatenus enim

a.l. non habet (quod fertur.

TEX. 66.

TEX. 67.

nens. magis autem, id quod non facile diuiditur. tale autem est, quod crassius est. Id autem in quo est A, mouebitur per B, eo in quo C, tempore, per ipsum autem D, cum sit subtilius, eo in quo E. si æqualis est longitudo ipsius B, cum ipso D, secūdum analogiam impedientis corporis. Sit enim B, quidem aqua, D, uero aer. quanto ergo subtilior est aer, aqua, & minus corporeus, tanto citius A, per D, mouebitur quàm per B. Habeat ergo eandē rōnem secundū quā distat aer ab aqua, uelocitas ad uelocitatem. Quare si in duplo subtilius est in duplo tempore lineam quæ est ipsum B, transibit quàm quæ est ipsum D, & erit tempus in quo est C, duplum eius in quo est E. Atque semper quanto fuerit minus corporeum minusq; impeditiuum, ac melius diuisibile id per quod fertur, citius mouebitur. Vacuū autem nullam habet rationem qua exceditur à corpore, sicut neque ipsum nihil, ad numerum. Si enim quatuor excedunt tria uno, pluribus autem duo, & adhuc unum pluribus quàm duo, ipsum sane nihil, non amplius habent rationem qua excedant. necesse enim est diuidi id quod excedit, & in excessum, & in id quod exceditur. quare erunt ipsa quatuor, & id quo excedunt, & nihil. Quapropter neque linea pūctum excedit, nisi componatur ex punctis. Similiter autem & uacuum, ad plenum, nullam possibile est habere rationem. quare, neque motum. Sed si per subtilissimum in tanto tempore tanto motu fertur per uacuum, omnem exuperat rationem. Sit TEX. 72

enim F, uacuum æquale autem magnitudine ipsis B, & D. Ipsum ergo A si transibit & mouebitur quidem in quodam tempore eo scilicet in quo est G, in minori autem quàm in quo est E, & hanc habebit rationẽ uacuũ ad plenũ. sed in tanto tẽpore quantũ est, in quo est, in quo est G, ipsius D, A, trãsibit lineã K. transibit aũt, si ẽt sit quippiam subtilitate differens ab aere, id in quo est F, secũdum hanc proportionem quam habet tempus in quo est E, ad tempus in quo est G. Si enim sit tanto subtilius corpus in quo est F, ipso D, quanto exuperat E, ipsum G, econuerso transibit uelocitate in tanto quantum G, ipsum F, ipsum in quo est A, si feratur. si ergo nullum sit corpus, in ipso E, adhuc uelocius sed erat in ipso G. Quare, in æquali tempore transibit & quod plenum est & uacuum. sed impossibile est. Manifestum est igitur quòd si erit aliquod tempus in quo per uacuum, quoduis feretur, accidet hoc impossibile. in æquali enim accipietur, aliquid & quod plenum est transire & uacuum. erit enim aliquod analogum corpus alterum ad alterum, ut tempus ad tempus. Vt autem in summa dicam, manifesta est, eius quod euenit causa; quia motus quidem omnis ad motum, est proportio (in tempore enim est) temporis autem omnis est ad tempus, finitis utrisque. uacui autem ad plenum, non est. Quatenus igitur differunt ea per quæ feruntur, hæc contingunt. secundum autem eorum quæ feruntur excessum, hæc. Videmus enim ea quæ maius momentum hebẽt aut

Vide dubiũ Auer. super isto tex.

TEX. 73.

TEX. 74.

*grauitatis aut leuitatis, si quo ad alia similiter se habeant figuris, citius ferri per æquale spacium, & secundum rationem quam habent magnitudines adinuicem. Quare & per uacuum. Sed impoßibile est. Propter quam enim causam, ferentur uelocius? in plenis enim, ex necessitate. uelocius enim diuidit fortitudine, maius. Aut enim figura diuidit, aut momento quod habet, id quod fertur, aut proiectũ est. Aeque uelocia ergo, omnia erunt. sed impoßibile est. Quod igitur si uacuum est, accidit contrarium illius propter quod probant, dicentes esse uacuum, ex dictis manifestum est. Hi igitur putant uacuum esse, si erit secundum locum motus, separatum secũdum se. Hoc autem idem est, ac si dicamus locum esse quid separatum. Hoc autem quòd impoßibile sit, dictum est prius. At uero per se considerantibus, uidebitur utique dictum uacuum, per quàm uere uacuum. Vt enim in aqua si ponat aliquis cubũ, cedet tanta aqua quantus est cubus, sic & in aere, sed sensu immanifestum est. Atque semper itaque in omni corpore habenti translationem, in quo * est aptum natura transferri, necesse est, nisi condensetur, cedere aut deorsum semper si deorsum latio est ut terræ, aut sursum si ignis, aut ad utraque ut aer, siue quodcunque aliud sit impositum. In uacuo autẽ, hoc quidem impoßibile est. non enim, corpus est. Per uacui autem æquale spacium transiuisse uidebitur, quod quidem erat & prius in uacuo, tanquã si neque aqua cederet ligneo cubo, neque aer, sed*

TEX. 75

CAP. 9
Vacuũ neq; separatum spaciũ, neq; corporibus immersum.
TEX. 76.

* a.l. in quod

omnia transirent per ipsum. At uero & cubus tantam habet magnitudinem, quantum occupat uacuũ. quæ etsi calida est aut frigida, aut grauis aut leuis, nihilominus ratione, altera ab omnibus paßionibus est, etiam si separabilis non sit ab illis. dico autem, lignei cubi molem. quare & si separetur ab omnibus alijs, & neque leuis, neque grauis sit, occupabit æquale spacium, & in eadem erit & loci & uacui parte æquali sibi. quid ergo differet corpus cubi, ab æquali uacuo, & loco? & si duo talia, propter quid et non quotlibet in eodem erunt? Vnũ

TEX. 77 igitur hoc, inconueniens & impoßibile est. Amplius autem manifestum est. quòd hoc, cubus habebit etiam cum transfertur, quod & alia corpora omnia habent. quare si à loco nihil differat, quid oportet facere locum corporibus præter uniuscuiusque molem, si impaßibilis moles est. nihil enim confert, si alterum circa ipsum æquale spacium huiusmodi

TEX. 78. Aliqui codices Graeci non habent istum tex. sit. (* Amplius oportet manifestum esse quale uacuum sit in his quæ mouentur. Nunc autem nusquã infra mundum. aer enim aliquid est. non uidetur autem neque aqua, si essent pisces ferrei. tactu enim fit iudicium eius quod tangitur *). Quod igitur non sit separatum uacuum, ex his manifestum est.

TEX. 79. Xuthi de uacuo sententia. Sunt autem quidam, qui per rarum & densum putant manifestum esse quòd est uacuum. Si enim non est rarum & densum, neque coire & densari poßibile est. si uero hoc non sit, aut omnino motus non erit, aut totum fluctuabit, ut dixit Xuthus, aut in

æquale semper mutari aerem, & aquam oportebit, dico autem, ut si ex aquæ cyatho factus est aer, simul ex æquali aere, tantam aquam fieri, aut uacuũ esse ex necessitate. coartari enim ac dilatari, non aliter contingit. Si igitur rarum dicunt multa uacua separata habens, manifestum est, quòd si neque uacuum esse potest separabile, sicut neque locus habẽs spacium suijpsius, neque rarum sic. Si uero non separabile, sed tamen inesse quid uacuum, minus quidem impossibile est. Accidit autem, primum quidem, non omnis motus causam esse uacuum, sed eius qui sursum est. rarum enim, leue. quapropter ignẽ, rarum esse dicunt. Deinde causam motus non sic esse uacuum, ut in quo sed ut utres ex eo quia feruntur sursum, ferunt quod ipsis continuum est, sic uacuum sursum fert. Atqui qualiter possibile est, esse lationem uacui, aut locum uacui? uacui enim est uacuum, ad quod fertur. Amplius autem, quomodo in graui assignabunt, ferri deorsum? Et manifestum est quòd si quanto rarius & magis uacuum fuerit, sursum feretur, si omnino sit uacuum, uelocissime utique feretur. Fortasse autem & hoc impossibile est moueri. ratio autem eadem, quoniam ut & in uacuo immobilia sunt omnia, sic & uacuum quòd est immobile. incomparabiles enim sunt uelocitates. Quoniam autem uacuum quidem non dicimus esse, alia uero dubitata sunt uere, aut motus non erit, si non erit densitas & raritas, aut fluctuabit cœlum, aut semper æqualis aqua ex aere erit, et

TEX. 80.
TEX. 81.
TEX. 82.
TEX. 83.

aer ex aqua manifestum.n. est, quòd plus aeris, ex aqua fit. Necesse est igitur, si non est cõstrictio, aut expulsum attiguum ut ultimum fluctuet facere, aut alicubi alibi æquale mutari ex aere in aquam, ut tota moles totius æqualis sit, aut nihil moueri. semper enim re transmutata hoc accidet, nisi circulariter

TEX. 84 *moueatur. Nos autem semper fit in circulum, loci mutatio, sed & in rectum. hi igitur, propter hæc uacuum aliquid esse dicerent. Nos autem dicimus ex suppositis, quòd est materia una contrariorum, calidi & frigidi, & aliarum physicarum contrarietatum; & ex eo quod potentia est, id quod est actu, fit. & non separabilis quidem est materia, ipso autem esse diuersa est. & una est numero si forte fuerit, coloris, & caliditatis, & frigiditatis. est autem & corporis materia, & magni & parui, eadem. manifestum autem est. cum enim ex aqua factus est aer, eadem materia non insuper accipiens aliquid aliud facta est, sed quod erat potentia actu facta est. Atque rursus aqua ex aere, similiter. Aliquando quidem in magnitudinem, ex paruitate, aliquando uero in paruitatem, ex magnitudine. similiter igitur si & aer multus existens, in minori fiat mole, & ex minori maior, potentia existens fit materia utraque. Vt enim ex frigido fit calidum, & ex calido frigidum eadem, quia erat potentia, sic & ex calido, magis calidum nullo facto in materia calido, quod non erat calidum quando minus erat calidum. Sicut neque maioris circuli circunferentia*

Contrariorum vna est materia.

& curuitas, si fiat minoris circuli, eadē cum sit, aut alia, in nullo facta est curuitas, quod erat non curuum sed rectum. non enim ex eo quia intermittitur, ipsum minus aut magis est. neque est accipere flammę magnitudinem aliquam, in qua & albedo & caliditas non insit. Sic igitur & prior calor posteriori, quare & magnitudo & paruitas sensibilis molis, non insuper accipiente aliquid materia, extēditur, sed quia potentia est materia utriusque. Quare est idem densum & rarum, et una materia ipsorum est. Est autem ipsum quidem densum, graue, rarum autem, leue. (* Amplius sicut circuli circulatio conducta in minus non accepit aliud concauum, sed quod erat cōductum est: sic & ignis quodcunque aliquis accipiat omne calidum est, sic et omne congregatione & distinctione eiusdem materiei *). duo enim, sunt in utroque, & denso & raro. graue enim & durum, densa uidentur esse. & contraria, leue inquam & molle, rara. Dissonant autem graue & durum, in plumbo & ferro. Ex dictis igitur manifestum est, quòd neque disgregatum est uacuum, neque simpliciter, neque in raro, neque potētia, nisi quis uelit omnino uocare uacuum, causam lationis. sic autem ipsius grauis ac leuis materia quatenus huiusmodi, erit uacuum. Densum enim et rarum, secundum hanc contrarietatem, lationis factiua sunt. secundum autem ipsum durum & molle, passionis, & impassibilitatis, & non lationis sed alterationis magis. Et de uacuo quidem, quomodo

TEX. 85 *In aliquibus codicibus Gręcis iste tex. non inuenitur, quem & Bizantius credit esse superfluum*

TEX. 86.

TEX. 87. est,& quomodo non est, determinatum sit hoc mo-
CAP. 10. do. Consequens autem est ad ea quæ dicta sunt,
Veterũ opiniones de tẽpore an sit. aggredi de tempore. primum autem bene se habet,
dubitasse de ipso,& per exteras rationes, utrum sit
TEX. 88 eorum quæ sunt an eorũ quæ non sunt, deinde quæ
sit natura ipsius. Quod igitur omnino non sit, aut
uix & obscure, ex hisce aliquis suspicabitur. Aliud
TEX. 89. enim ipsius factum est,& non est, aliud uero futu-
rum est,& nondum est. Ex his autem, & infinitum
& quod semper accipitur, tempus, componitur.
Quod autem ex ijs quæ non sunt componitur, fieri
non posse uidetur ut possideat aliquando substan-
tiam. Ad hæc autem, omnis rei partibilis si quidem
sit necesse est quando est, aut quasdam aut omnes
Alexander legit istum passum (mẽsuratur en pars) sed melius est, vt taceat sicut iacet, vt d. Simplicius. partes esse. temporis autem, aliæ fuerunt, aliæ ue-
ro futuræ sunt. nulla autem est, cum sit diuisibile. ip
sum autem nunc, non est pars nã et mensurat pars.
* & componi oportet totũ ex partibus. tempus
autem, non uidetur componi ex ipsis nunc. Amplius
autem & ipsum nũc, quod uidetur distinguere præ
teritum & futurum, utrum unum & idem semper
TEX. 90 permaneat, an aliud sit & aliud, non facile est uide
re. Si enim semper alterum & alterum est, nulla au
tem est earum quæ sunt in tẽpore alia & alia pars
simul quæ non continet, alia uero contineatur ut
minus tempus sub maiore, ipsum autem nunc quod
non est, prius autem fuit, necesse corruptum esse ali
quando,& ipsa nunc simul quidẽ inter se non erunt
corruptum autem esse, necesse est semper prius. in

ſeipſo igitur corruptum eſſe, impoßibile eſt, ex eo quia tunc eſt. In alio autem nunc, corrumpi ipſum prius nunc, non contingit. Sit enim impoßibile cõtigua eſſe adinuicem ipſa nunc, ut punctum cum puncto. Si igitur in eo quod eſt conſequenter, non corruptum eſt, ſed in alio, in medijs nunc quæ ſunt infinita, ſimul erit. hoc autem, impoßibile eſt. At uero neque ſemper idem permanere, poßibile eſt. nullius enim diuiſibilis finiti, unus terminus eſt. neque enim ſi ad unum fit continuum, neque ſi ad plura ipſum autem nunc, terminus eſt, & tempus eſt accipere finitum. Amplius ſi ſimul eſſe ſecundum tempus, & neque prius neque poſterius, in eodem eſſe et ipſo hoc nunc ſit, & ſi qua prius aut poſterius in ipſo nunc ſunt, ſimul erunt quæ ante decies millenos facta fuerunt annos, cum ijs quæ fiunt hodie, & neque prius neque poſterius ullum aliud alio. De ijs igitur quæ inſunt ipſi, tot ſint dubitata. TEX. 91. TEX. 92

Quid autem eſt tempus, & quæ ipſius natura, ſimiliter & ex traditis immanifeſtum eſt, & ex ijs quæ fuimus percurrentes prius. Nam quidam, uniuerſi eſſe motum dicunt. Alij, ſphæram ipſam. Atqui circulationis etiam pars, tempus quoddam eſt. circulatio uero, non. pars enim circulationis eſt, quod acceptum eſt, ſed non circulatio. Amplius autem ſi plures eſſent cœli, ſimiliter eſſe & tempus, cuiuslibet ipſorum motus. Quare multa tempora, ſimul. Vniuerſi autem ſphæra, uiſa eſt quidem, dicentibus eſſe tempus. quia & in tempore omnia ſunt, & in ipſa uni- TEX. 93 Tẽpus quid. Vide digreſſionẽ Auerrois ſup iſto textu. TEX. 94

TEX. 95 Idem primo topicorum. uersi sphæra. Est autem stultius quod dictum est; quàm ut de eo impoßibilia consideremus. Postquã autẽ uidetur maxime motus esse ac mutatio quædam, tempus; hoc considerandum erit. Vniuscuiusque igitur mutatio, & motus, in ipso quod transmutatur est solum, aut ubi fuerit ipsum quod mouetur & transmutatur. tempus autem similiter & ubique & apud omnia est. Amplius autem, mutatio quidem omnis, uelocior aut tardior est, tempus autem non est. tardum enim & uelox, tempore diffiniuntur.

Velox Tardum

Velox enim est, quod in pauco, multum mouetur. Tardum autem, quod in multo, parum. Tempus autem non definitur tempore, neque quo quantũ quid est, neque quo quale.

TEX. 97. Quod igitur non est motus, manifestum est. Nihil autem referat nobis dicere in præsentia, motum aut mutationem.

CAP. 2. De motus et temporis cognatione.

At uero, neque sine mutatione. cum enim ipsi nihil mutamur secundum intelligentiam, aut latet nos mutari, non uidetur nobis fuisse tempus. sicuti neque ijs qui in Sardo fabulose dicuntur dormire apud Heroas, cũ fuerint experrecti. Copulant enim primum nunc posteriori nunc, & faciunt unum, remouentes propter insensibilitatem, medium. Vt igitur, si non esset alterum nunc sed unũ, & idem, non esset tempus, sic & quando latet alterum esse, non uidetur quod medium est, esse tempus. Si igitur ut non putemus esse tempus, tunc accidit nobis, cum non diffinimus ullam mutationem, sed in uno & indiuisibili uidetur anima manere, cum autem sense-

rimus ac diffiniuerimus, tunc dicimus factum fuisse tempus. Manifestum est quòd non est sine motu ac mutatione, tempus. Quod igitur neque motus, neque sine motu tempus est, manifestum est. Accipiendum est autem, quoniam quærimus quid est tempus, hinc incipientibus, quidnam ipsius motus sit. simul enim motum sentimus, & tempus. Etenim si sint tenebræ, et nihil per corpus patiamur, motus aũt quidã in anima insit, confestim simul uidetur quoddam factũ fuisse & tẽpus. At uero & cũ tẽpus uidetur fuisse aliquod, simul & motus quidam fuisse uidetur. Quare aut motus, aut motus aliquid, est tempus. Cum igitur non sit motus, necesse est motus aliquid esse, ipsum. Quoniam autem quod mouetur, mouetur ex quodam in quoddam, & omnis magnitudo continua est, sequitur magnitudinem motus. Quia enim magnitudo continua est, & motus est continuus. Quia uero motus, & tempus. quantus enim motus est, tantum & tempus semper uidetur fuisse. Prius autem & posterius, in loco primum sunt. hic quidem, positione. Quoniam autem in magnitudine est prius & posterius; neceße est & in motu esse prius & posterius proportionaliter ijs quæ sunt ibi. At uero & in tempore est prius & posterius, propterea quòd alterum sequitur semper alterum ipsorum. Est autem prius & posterius ipsorum, in motu. Id quidem quod est, motus est, esse tamen ipsi, alterum est, & non est motus At uero & tempus quidem cognoscimus, cum diffiniue-

TEX.98

Vide digresſionẽ Auer. ſuper iſto tex.

TEX.99

Vide cõtra dictionem Zimarræ.

TEX.100

rimus motum, prius ac posterius diffinientes. atq; tunc dicimus fuisse tempus, quando prioris & posterioris in motu, sensum ceperimus. Determinamus autem aliud & aliud existimando ipsa, & medium quippiam inter ipsa alterum. cum enim extrema altera a medio intellexerimus, duoq; dixerit anima, ipsa nunc, hoc quidem prius, illud uero posterius; tūc & hoc dicimus esse tēpus. Quod .n. determinatur ab ipsis nunc, tēpus esse uidetur, & supponatur *. Quando igitur tanquam unum, ipsum nūc sentimus, & non, aut ut prius & posterius in motu aut ut idem quidem, non autem prioris & posterioris cuiusdam, non uidetur tempus factum fuisse ullum, quoniam neque motus. Cum autem prius et posterius est, tunc dicimus tempus. Hoc enim est tempus, numerus motus secundum prius & posterius. Non ergo motus, tempus est, sed quatenus numerum habet motus. Signum autem est. plus enim & minus discernimus numero; motum autem plurē & minorem, tempore. Numerus itaque quidam, tēpus est. Quoniam autem numerus est duplex (etenim quod numeratur ac numerabile, numerum dicimus, & quo numeramus) tempus autē est quod numeratur, & non quo numeramus *, est autem alterum quo numeramus, & quod numeratur. Et ut motus semper alius est & alius, sic & tempus. Tempus autem simul omne, idem est. nam ipsum nunc, idem est, secundum id quod est. esse autem ipsi, alterum est. Ipsum autem nunc, tempus metitur, quatenus

Margin notes: Quia infra magis patebit. — TEX. 101 — TEX. 102 — Vide digressioné Auer. super isto textu. — a, l. non habet.) & nō quo numeramus.) — TEX. 103 — TEX. 104.

nus prius est atq; posterius. Ipsum autem nunc, est quidem ut idem, est uero ut non idem. Quatenus enim in alio & alio est, diuersum est. hoc autem, est ipsi nunc. quatenus uero est id quod est, ipsum nunc, idem est sequitur enim (ut dictum est) magnitudinem, motus. hunc autem, tempus, ut diximus. & similiter igitur punctum, id quòd fertur, quo motum cognoscimus, & prius in ipso & posterius. hoc autem secundum id quidem quod est, idem est. punctum enim, aut lapis, aut aliquid eiusmodi, est. ratione autem, aliud est. sicut Sophistæ accipiunt esse diuersum; Coriscum in Lycio esse, & Coriscum in foro. & hoc igitur, ex eo quia alibi & alibi est, diuersum est. ipsum aũt nũc, sequitur id quod fertur, ut tẽpus, motũ. eo.n. quod fertur, cognoscimus prius & posterius in motu. Quatenus aũt numerabile est prius et posterius, ipsũ nũc est. Quare et in his. id quidẽ quòd est nũc, est idẽ. prius n. aut posterius est, quòd in motu est. ipsũ aũt esse, alterũ. Quatenus.n. numerabile est prius & posterius, ipsum nunc est. & notum maxime, hoc est. etenim motus est, per id quòd mouetur, & latio per id quod fertur. Hoc aliquid.n. est id quod fertur, motus aũt, nõ. Est igitur ut idẽ ipsũ nũc dictũ sẽper; est aũt, ut nõ idẽ. etenim similiter, et quod fertur. Manifestũ est autẽ, quod etsi tẽpus nõ sit, ipsum nũc nõ erit, & si ipsum nũc nõ sit, tempus nõ erit. Vt.n simul sunt, id quod fertur, & latio; sic & numerus eius quod fertur, & lationis. Tẽpus enim*

Vide cõtra dictionem Zimar.

a.l. non habet (similiter.

TEX. 105

Vide cõtra dictionem Zimar.

est lationis numerus. ipsum autem nūc, est ut quod fertur, ut unitas, numeri. & continuum tempus est ipso nunc; & diuiditur secundum ipsum nunc. sequitur autem hoc, lationem, & id quod fertur. Etenim *motus & latio una est, ipso quod fertur, quia unum; & non secundum id quod est (etenim deficeret) sed ratione.* Et *disterminat priorem & posteriorem motum, hoc.* Sequitur *autem & hoc quodammodo, punctum. etenim punctum, & continuat quodammodo longitudinē, & disterminat. est enim huius quidem, principium, illius uero, finis.* Sed *cum sic quidem accipiat aliquis, tanquam duobus utens uno; necesse est stare, si erit principium & finis, idem punctus. ipsum autem nunc, ex eo quia mouetur id quod fertur, semper alterum est. Quare tempus numerus est, non ut ipsius puncti, quia & principiū & finis est; sed ut ultima ipsius lineæ magis, & non ut partes, & propter id quod dictum est. medio. n. puncto, tāquàm duobus utetur. Quare, ut quiescat, accidet.* Et *insuper manifestum est quòd neque pars est ipsum nunc temporis *, neque diuisio, motus; sicut neque puncta ipsius, lineæ. lineæ enim duæ, partes unius sunt. Quatenus igitur terminus est ipsum nunc, non est tempus sed accidit. Quatenus uero numerat, numerus. termini enim illius solum sunt, cuius sunt termini.* Numerus *autem horum equorum, denarius scilicet, & alibi est. Quod igitur tempus numerus motus est secundum prius & posterius, & continuum (nam continui est) manifestum est.*

TEX. 105

Tēpus quare numerus

TEX. 107

Litera Alexā. et Aspasii habet q᷈d tempus non est pars motus.

TEX. 108

Minimus autem numerus, quidam simpliciter quidem est, ut dualitas. quidam autem numerus, est quidem ut est, est autem ut non est. Vt lineæ minimus numerus, multitudine quidẽ, est duæ, aut una. magnitudine autem, non est minimus. semper enim diuiditur, omnis linea. Quare similiter & tempus. minimum enim secundum numerum, est unum, aut duo. secundum autem magnitudinem, non est. Manifestum autem est, & propter quid uelox quidem & tardum non dicitur, multum autem & paucum, & longum & breue. Quatenus enim continuum est, longum & breue dicitur. Quatenus autem numerus, multum & paucum. uelox autem et tardum, non est. non enim numerus quo numeramus, uelox & tardus ullus. Et idem etiam ubique simul est. Prius autem & posterius, non idem. quia & mutatio præsens quidem una est. facta uero & futura, altera. Tempus autem, numerus est, non quo numeramus, sed qui numeratur. Hoc autem accidit secũdum prius & posterius, semper alterum. ipsa enim nunc, altera sunt. Est autem numerus, unus quidem & idem, centum equorum & centum hominum. quorum autem numerus est, altera sunt, equi scilicet ab hominibus. Amplius autem ut contingit motum esse eundem & unum iterum & iterum; sic & tempus contingit, ut annum, aut uer, aut autumnum. Non solum autem motum tempore metimur, sed & motu tempus; propterea quòd à se inuicem definiũtur. tempus enim, definit motum, cum

CAP. 12 Temporis quatenus minimum.

Vide cõtra dictionem Zimarræ.

TEX. 109

Vide dubiũ 2. uer. super isto tex.

TEX. 100

TEX. 111

TEX. 112 Vide contradictio. Zimarræ

sit numerus ipsius motus autē, tempus. Et dicimus multum aut paucum tempus, motu metientes; sicuti numerabili numerū. ut equo uno, equorum numerū. numero.n. æquorū multitudinem cognoscimus. Rursus aūt uno equo, ipsum equorum numerum. similiter aūt, et in tēpore, & motu. tēpore

TEX. 113 enim: motum; motu aūt, tēpus mēsuramus. Et hoc, rationabiliter accidit. Sequitur enim magnitudinem, motus: motū autē, tēpus. ex eo quia quanta et continua et discreta sunt*. propterea enim quod magnitudo est huiusmodi, motus hæc patitur. propter autē motum, tempus. Atq; mensuramus & magnitudinem, motu, & motum, magnitudine. multam enim dicimus esse uiam, si ambulatio multa est. & hanc, multam, si uia multa sit. et tempus, si motus:

a.l. diuisibilia sunt.

Vide documētum Auer.

TEX. 114 & motum, si tempus. Quoniam autem tempus est mensura motus ipsiusq; moueri, metitur autem hoc, motum determinando quendam motum qui mensurabit totum, sicut & longitudinem cubitus determinando aliquam magnitudinem quæ remetietur totam, & est motum in tempore eße mensurari tempore & ipsum & eße ipsius, simul enim motū & esse motus mēsurat, & hoc est

Vide cōtra dictionem Zimar.

TEX. 115 ipsum in tempore esse mensurari ipsius esse. Manifestum est autē, quod & alijs hoc est ipsum in tēpore esse, mensurari ipsorū esse à tēpore. In tēpore.n. esse duorū est alterum. unū quidem, esse tūc, quando tempus est, alterum autē, ut quædā dicimus, quod in numero sunt. hoc aūt significat, aut ut par-

Vide cōtra dictionem Zimar.

tem numeri & paßionem, & omnino quod numeri aliquid est, aut quod est ipsius numerus. Quoniam aũt numerus tẽpus est, ipsum quidem nunc, & prius, & quæcunque sunt huiusmodi, sic in tempore sunt, ut in numero unitas, & impar et par. hæc. n. numeri aliquid: illa uerò, temporis aliquid sunt. Res autẽ, ut in numero, ita in tempore sunt. si autẽ hoc est, continentur à numero, sicut & ea quæ sunt in loco à loco. Manifestum autẽ est & quod est nõ in tẽpore esse quãdo tempus est, sicut neque in motu esse, neque in loco, quando motus & locus est. TEX. 116 *Si enim erit id quod est in aliquo sic, omnes res in quolibet erunt, & cœlum in milio quando enim milium est, et cœlum est. sed hoc quidem accidit. illud autem necesse est cõsequi, & id quod est in tempore, esse quoddã tẽpus quãdo & illud est. & id quod est in motu, esse tunc motum. Quoniã autẽ est ut in numero, esse in tempore, accipietur aliquod maius tempus omni eo quod est in tempore.* TEX. 117 *Quapropter necesse est omnia ea quæ in tempore sunt, contineri a tempore, sicut & alia, quecũquæ in aliquo sunt. ut ea quæ in loco sunt, à loco. Et pati itaque aliquid à tẽpore, sicut et dicere cõsueuimus, quod tabefacit tempus, & senescunt omnia tempore, & obliuiscuntur propter tempus, sed non didicit, nec nouum factum est, nec pulchrum. corruptionis. n. causa per se magis est, tempus. numerus. n. ipsius motus est motus autẽ, expellit id quod inest Quare manifestum est, quod ea quæ semper sunt quate-*

Tẽpus corruptionis causa. Vide cõtra dictionẽ Zimar.

nus semper sunt, non sunt in tempore: non enim cõtinentur à tempore, neque mensuratur esse ipsorum à tempore. Signum autem huius est, quòd neque patiuntur quicquam à tempore, tanquam non
TEX. 118 *existentia in tempore. Quoniam autem tempus, mensura motus est, erit & quietis mensura secundum accidens. omnis enim quies, in tempore est. nõ enim ut quod est in motu, necesse est moueri, sic & quod in tempore. non enim tempus, motus est, sed numerus motus. in numero autem motus, potest esse & quiescens. non enim omne immobile, quiescit. sed priuatum motu, aptum autem natura moue*
3. physico. *ri, sicut dictum est in prioribus. Esse autem in nu-*
tex. 16 *mero, est esse quendam numerũ rei, & mensurari esse ipsius, numero in quo est. Quare si est in tẽpore à tẽpore. Mẽsurabit aũt tẽpus id quod mouetur, & quod quiescit, quatenus hoc quidem mouetur, illud uero quiescit. motum enim ipsorum mensura-*
TEX. 119 *bit, & quietem quanta quædam sit. Quare, quod mouetur, non simpliciter erit mensurabile à tempore, quatenus quantum quoddam, sed quatenus motus ipsius quantus est. Quare quæcunque neque mouentur neque quiescunt, non sunt in tempore. Esse enim in tempore, est mensurari tempore. Tem*
TEX. 120. *pus autem, motus & quietis mensura est. Manifestum igitur est, quòd neq; omne quod non est, erit in tempore, ut quæcunque non possunt aliter esse. ut diametrum, esse lateri commensurabilem. omnino enim si mensura quidem est motus, tempus per*

se, aliorum autem secundum accidens, manifestum est quòd quorum esse mensurat, his omnibus erit esse in quiete aut motu. Quæcunque igitur corruptibilia & generabilia sunt, & omnino quæ aliquando quidem sunt, aliquando uero non, necesse est in tempore esse. est enim tempus quoddam maius, quod excedet esse ipsorum, & id quod mensurat substantiam. Eorum autem quæ non sunt, quæcunque quidem continet tempus. alia quidem erãt, ut Homerus aliquando erat. alia uero erunt, ut futurorum aliquid. quæ, ad utrauis continet. & si ad ambo, utraque & erant, & erunt. Quæ autem haudquaquam continet, neque erant, neque sunt, neq; erunt. Sunt autem huiusmodi eorum quæ non sunt: quorum opposita sunt semper. ut incommensurabilem esse diametrum, semper est. & non erit hoc, in tempore. neque ergo, commensurabilem esse. Quapropter semper non est, quoniam contrarium est ei quod semper est. Quorum autem contrarium nõ semper est, hæc possunt & esse & non esse, & est generatio & corruptio ipsorum. *Ipsum autem nunc, est continuatio temporis, sicut dictum est. Cõtinuat enim tempus præteritum, & futurum, & omnino terminus temporis est. est enim, huius quidem principium, illius autem, finis. sed hoc, non ut in pũcto manente manifestum est. diuidit autem, potentia * & quatenus quidem huiusmodi, semper alterum est ipsum nunc. quatenus autem copulat, semper idem est, ut in mathematicis lineis. non enim*

CAP. 13. TEX. 121

Corruptionis potius quàm generationis causa per se tẽpus.

a l. et potentia.

idem semper, unumque punctum est, intellectu. diuidētium enim, aliud est. Quatenus autem est una, idē penitus est. Sic & ipsum nunc aliud quidem, tēporis diuisio secundum potentiam est. aliud autē, terminus utrorumq;, & unio. est autem idem, & secūdum idē: diuisio & unio. esse autē, nō est idem.

TEX. 122 Ipsorū igitur nūc. hoc quidē sic dicitur, aliud autē, cū tēpus quod est huius, prope sit. ut ueniet nunc, quia odie ueniet. uenit nunc, quia odie uenit. Quæ

TEX. 123 uero in Ilio gesta sunt, fuerunt non nūc. neque diluuium: fuit nunc. & tamē continuū tēpus est ad ipsa, sed quia nō prope. Ipsum aūt olim, tempus est determinatum ad prius et poster us nunc. ut olim capta est Troia, et olim erit diluuium. oportet. n. terminari ad ipsum nūc. erit ergo quantū aliquod ab hoc, tempus, ad illud. et erat ad præteritum.

Si uerò nullum tempus est quod non sit olim, omne

TEX. 124 erit tempus finitum. Deficiet ne igitur an non, si quidem semper est motus? aliud igitur, aut idem sæpe est. manifestum est, quod ut motus; sic et tempus est. si enim unus et idem sit aliquando, erit tempus unum et idem, sin uero non, non erit. Quoniā

TEX. 125 autem ipsum nunc, finis et principium temporis est, sed non eiusdem, sed præteriti quidem finis, principium autē futuri, ut habebit circulus in eodem quodammodo curuum et concauum, sic et tempus semper in principio erit et fine. et ob hoc, uidetur semper alterum. non enim eiusdem principium et finis, ipsum nunc. simul enim, et secundum idem,

oppoſita eſſent. & nõ deficiet itaq; tempus·ſemper enim in principio eſt. Ipſum autẽ iam, propinquũ preſenti nunc atomo: pars eſt futuri tẽporis. quã do ambulabis? iam. quia prope eſt tempus, in quo futurum eſt. & præteriti tẽporis, id quod nõ procul eſt ab ipſo nunc. quando ambulabis? iam ambu laui. Ilion autem iam captum eſt, non dicimus, quia procul ualde eſt ab ipſo nunc. Ipſum autem nuper, propinquum præſenti nunc, & pars præteriti eſt· quando uenisti? nuper, ſi ſit tempus propinquum præſenti nunc. Quondam autem, quod procul eſt. Repente autẽ, quod in inſenſibili tempore, propter paruitatem remotum eſt. Mutatio autem omnis, natura remotiua eſt. in tempore autem, omnia fiũt & corrumpuntur. Quapropter & alij quidem, ſapiẽtiſsimum dicebant. Pythagoreus autem Paro indoctiſsimum, quia obliuiſcuntur & in hoc, dicens rectius. Manifeſtum itaq; eſt, quod corruptionis magis erit per ſe cauſa quàm generationis, ſicut dictum eſt & prius·remotiuum enim, mutatio per ſe eſt Generationis aũt et ipſius eſſe ſecũdũ ac cidẽs. Signũ aũt ſufficiẽs eſt, quia fit quidẽ nihil, niſi moueatur quodãmodo ipsũ et agat. Corrũpitur aũt, etiã cum nihil mouetur et hãc, dicere maxime cõſueuimus à tẽpore corruptionẽ. At uero neq; hãc, tẽpus facit, ſed accidit in tẽpore fieri et hanc mutationẽ. Quod igitur tẽpus eſt, & quid eſt, & quot modis dicimus ipſum nũc, et quid ipſum olim, & nuper, et iam, et quõdam & repente, dictum eſt.

TEX. 126.

TEX. 127 Vide cõtra dictionem Zimar.

CAP. 14. His autem nobis sic determinatis; manifestum est
TEX. 129 quòd omnem mutationem, & omne quod mouetur,
De mutatione ac motu in tempore. necesse est moueri in tempore. uelocius enim et tar
dius, secundum omnem est mutationem. in omnibus
Vide dubiũ Auer. super isto tex. enim sic uidetur. Dico autem uelocius moueri,
quod prius dum transmutatur ad subiectum secun-
dum idem spacium & regularem motum mouetur.
ut in latione si utraque secundum circunferentiam
mouentur, aut utraque secundum rectam. similiter
autem est, et in alijs. At uero prius; in tempore est.
prius enim & posterius dicimus, secundum eã quæ
ad ipsum nunc est distantiam. ipsum autem nunc,
terminus præteriti & futuri est. Quare, quoniam
ipsa nunc in tempore sunt, & prius & posterius in
tempore erunt. in quo enim est ipsum nunc; & ip-
sius nunc distantia, econtrario autem dicitur prius
& secundum præteritum tempus, & futurum, in
præterito enim prius dicimus, quod longius est ab
ipso nunc. posterius autem, quod proprius est. In fu
turo autem prius quidem, quod propinquius est.
posterius autem, quod longius est. Quare, quoniã
prius in tempore est, omnem autem motum sequi-
tur ipsum prius; manifestum est, quòd omnis muta-
TEX. 130 tio & omnis motus, in tempore est. Dignum autem
consideratione est, & quomodo tandem se habet tẽ-
pus ad animam. & propter quid, in omnibus uide-
tur esse tempus, & in terra, & in mari, & in cœlo.
An quia, ipsius motus passio quædam est, uel habi-
tus, cum numerus quidem tempus sit, hæc autem,

*mobilia omnia? in loco enim, omnia sunt. tempus autem & motus *, simul sunt, & secundum potentiã, & secundum actum. Vtrum autem cum non sit anima, erit tempus, an non, dubitauerit aliquis. Cũ enim impossibile sit numeraturum esse, impossibile est numerabile aliquod esse. Quare est manifestum quòd neque numerus est. numerus enim est, aut numeratum, aut ipsum numerabile. Si autem nihil aliud aptum natura est quàm anima numerare, & animæ intellectus, impoßibile est tẽpus esse, cum non sit anima. nisi hoc, quod aliquando existẽs tempus est, ut si contingit motum esse, sine anima prius autem & posterius, in motu est, tempus autẽ, hæc sunt, quatenus numerabilia sunt. Dubitauerit autem aliquis & qualis motus, numerus tempus sit, an qualiscunque. Etenim generatur in tempore, & corrumpitur, & augmentatur, & alteratur in tempore, & fertur. Quatenus igitur motus est, eatenus est uniuscuiusque motus, numerus. Quapropter ipsius motus simpliciter est numerus continui, sed non cuiusdam, sed est nunc motum esse & aliud, quorum utriusque motus erit numerus. Alterum igitur tempus erit, & simul duo æqualia tempora erunt, an non? omne nanque tempus, unũ similiter & simul est. specie autem, & quæ non simul. si enim sint hi canes, illi uero equi, utrique autem septem; idem numerus est. sic & motuum simul terminatorum, idem tempus est. sed hic quidẽ, uelox fortasßis, alius uero, non. & hic quidem, la-*

a.l. locus autem et motus vt d. Alexan.

TEX. 131. *Vide contra dictio. Zimar.*

An tempus sine anima

TEX. 132 *Vide contra dictionem Zimar.*

tio est, alius autem alteratio.tempus tamen idem est, si quidem & numerus æqualis sit & alterationis & lationis, & simul sint. Atque propter hoc, motus quidem alteri & seorsum sunt·tempus autem, ubique est idem. quia & numerus unus et idem

TEX.133. *ubiq; est, qui est æqualium & simul. Quoniam autē est latio, & huius circularis, numeratur autē unumquodq; uno quodam congeneo, unitates unitate equi uero equo, sic & tempus tempore quo*

Supra tex. 12. *dam finito (mensuratur autem, sicut diximus, & tēpus motu, & motus tempore. hoc autem est, quia à determinato motu tempore, mensuratur & ipsius motus quantitas et temporis) si igitur primum mēsura omnium congeneorum est, circulatio regularis, mensura maxime erit. quia numerus huius, notißimus est. Neque igitur alteratio neque aug-*

Vide cōtra dictio. Zimar. *mētatio, neq; generatio, regulares sunt. latio autē, est. Quapropter et uidetur tempus esse sphæræ motus, quia hoc mensurantur alij motus, et tempus hoc motu. Propter hoc autem, et quod consuetum est dici, accidit. dicunt .n. circulum esse, humanas res, et aliorum motum habentium naturalem, et generationem; et corruptionē. hoc autem est, quia hæc omnia tempore dijudicantur, et accipiunt finem et principium, ac si secundum quandam circu*

reditionem *lationem * sit. etenim tempus ipsum, esse uidetur circulus quidam·hoc autem rursus uidetur, quia huiusmodi lationis mensura est, et mensuratur ipsū ab huiusmodi. Quare dicere rerū eas quæ fiūt,*

esse circulum, est dicere temporis esse quendā circulum. hoc autem est, quia mensuratur circulatione. Præter .n. mensurā nihil aliud uidetur esse mēsuratum, quàm multæ mensuræ, totum. Dicitur autem recte, et quod numerus quidem est idem ouium TEX. 134
et canum, si æqualis uterq; sit. denarius autem, non idem, neq; decem eadem. sicut neq; trianguli ijdem, æquilaterus inquam et scalenus. et tamen figura eadē est, quia ambo trianguli sunt. idem .n. dicitur, cuius nō differt differentia, sed non cuius differt. ut triangulus, trianguli, differentia differt (diuersi enim, trianguli sunt) figuræ autem, non, sed in una et eadem diuisione. figura enim, talis quidem circulus est, talis uero, triangulus. Huius autem talis quidem est æquilaterus, talis uero scalenus. figura igitur eadem et hæc. triangulus enim est. triangulus autem, non idem est. Et numerus igitur idem. non enim differt numeri differentia; numerus horum. denarius autem, non idem est. in quibus enim dicitur, differunt. hæc enim, canes, alia uero, equi sunt. Et de tempore quidem et ipso et de ijs quæ circa ipsum considerationi sunt propria, dictum est.

QVARTI LIBRI FINIS.

IN PHICICAE ACROASEOS LIBRUM QUINTUM.

Raphaelis Volaterrani Argumentum.



IBRO Quinto de diuisione motus in species suas, deq; vnitate et contrarietate motuum & quietum. Primo quæ mouentur, aut ex accidente sunt, vt cum dicimus musicum ambulare, aut secundum partem, vt curari dicitur totumcorpus, cum thorax curatur. Id uero quod sic mutatur, dicitur simpliciter mutari. In mouente item medicus primum per se curat, manus autem percutit. Quæ tanquam indeterminata dimittenda. nam quæ per se mouentur, per medium fiunt contrariorum, ut vox media & grauis ad vltimam, acuta ad extremam, & fuscum album ad nigrum, & nigrum ad album. Item motiua non esse neque in specie, idest qualitate, neque in loco subiectiue, neque in ijs quæ mouentur. nam quæ mouentur, immobilia sunt: ut scientia, calor. alioquin erit in motu mutatio. Quapropter aliquis dubitet, an proprietates motus sint. nam albedo non est motus, sed albatio. Motus enim in ligno. nõ in specie: magis enim dicetur motus à termino ad quod, quam à quo. Nam corruptionem dicimus, quod mutatur ex esse ad non esse: & item generationem, quod mutatur de non esse ad esse. Præterea in omni motu quinque concurrere oportet, mouens, motum, tempus in quo mouetur, & termini à quo, & ad quem. Deinde sex mutationis species narrat: de subiecto in subiectum, quæ dicitur alteratio: de non subiecto in subiectum, quæ est generatio: de subiecto in non subiectum, quæ est corruptio. Ex nõ subiecto autem in non subiectũ non dicitur, nisi ex accidente: ut ex non nigro, non album. Ex his dicit generationẽ non uere motum esse, quia (cum ex non esse fiat) quod non est,

moueri non potest. De non ente quoque ait multifariam dici, videlicet secundũ corruptionem, & diuisionem, & illud quod vocatur falsum: aliud non ens, quæ potestas est: aliud secundũ accidens, vt homini non esse album, quæ non entia simpliciter non moueri dicuntur. Sed neque corruptio est motus, quia motui opponitur motus, aut quies: sed corruptioni opponitur generatio, quæ neutrum est. Solum alterationem denique motum ponit. Post hac sub tribus generibus motum subijcit. Sub quanto augmentum & diminutionem, sub quali alterationem: in vbi, secundum locum mutationem, qui proprior omnibus. Sub substantia vero non est, nisi per accidens, quod nullum entium substantiæ sit aduersum. Non etiam sub relatione, neque sub actione & passione, quod non sit motus motus, neque generationis generatio, neque mutationis mutatio. Nam motus non est de numero subiectorum, neque terminus alterius motus, quod septem rationibus probat, vti apparet. Dicit etiam, quod motus secundum magis & minus, qui fit in alteratione, est nihilominus ex contrario in contrarium secundum quid, vt ex magis albo minus album. Simpliciter autem mutatur ex albo in nigrum. Præterea immobile tripliciter fieri. vno modo, quod nullatenus aptum est moueri, vt sonus: idest vox inuisibilis. deinde, quod difficile aut mouetur, aut saltem difficile incipiat moueri. tertio, quod aptum est moueri, facileq; mouetur; & hoc immobile dicitur quiescere. Quies enim motui est contraria. Deinceps de vnitate motus & oppositione. narratq; in primis super hoc septem proprietates, easq; diffinit: videlicet, Simul, separatim, tangere, medium, consequenter, habitum, continuum. Simul enim dicuntur, quæ sunt in uno loco & immediato; separatim vero, quæ in alio: Tangentia, quorum vltima sunt simul: Medium est, in quod aptũ est peruenire id quod cõtinuo mouetur secundum naturam prius, quam in vltimum terminum motus, in quem mutatur. Hinc addit, quod vt minimum ad medium tria requiruntur: duo extrema, & ipsum medium. Consequenter sunt, quæ se habent secũdum ordinem: & quod inter illa medium, eiusdem generis: vt linea lineæ consequenter est, vnitas vnitati, & domus domui. nihil tamen prohibet, inter ea quæ sunt consequenter aliud esse medium.

dummodo illud nō sit eiusdem generis. Deinde subit, quod prius non se habet consequenter ad posterius. Non enim vnum est consequenter duobus, neque linea prima consequenter secundæ. sed hæc sunt consequenter illis. Habita dicuntur, quæ consequenter sunt ac se tangunt. Continua dicuntur, quorum vltima sunt vnum. Aitq; triplex esse continuum, quædam per colligantiam, alia per contactum, alia per insectionem. Comparat demum adinuicem nonnullas earum proprietatum, videlicet, consequenter, habitum, & continuum. Primaq; est, consequenter se habere: secunda, habitum esse: tertia, continuum. Postea catholicum infert, quod notæ in continuo non se habēt eo modo, sicuti vnitates in numero. Primum, quod secundum notas fit contactus; secundum ver● vnitates non fit contactus. Deinde quia inter duas notas necessario mediat linea, sed inter vnitates non necessario mediat numerus. nullum enim medium dualitatis & vnitatis. Post hæc de triplici motus mutatione tractat, monstratq; multifariam dici motum vnum: specie, genere, numero. Motus item vnus numero tripliciter: vnitas illius quod mouetur, vnitas termini ad quem fit motus, & vnitas temporis requiritur. Ad motum uero unum, genere, vel specie, non vnitatem temporis, aut mobilis, sed ad motum vnū numero: oportet terminū esse vnū, & nō deficientem, id est non interruptum, & mobile etiam debet esse vnum, non secundum accidens, sicuti Socrates, & album. Nec etiam sat est, quod terminus sit unum commune; quia tunc contingeret duos homines sanari simul, secundum eandem sanitatem, quod fieri non posset. Ad vnitatem igitur motus requiritur vnitas temporis, & mobilis & termini. Non erit idem numero sanitas Socratis, qua sanus est mane & vesperi; dato quod interrupta sit per morbum. Præterea motus (ritos,) id est, nomalis, hoc est vniformis, magis vnus quàm non nomalis: quod uideatur variare secundum magis & minus. Verbi gratia si aliquo modo obliqui sint motus, nec in vbi, nec quando terminantur: non ergo fuerit unus qua uarius, qua uero numerus unus. Deinde motus contrarietates ostendit, quæ est quædam diuersa species, ut in 10. Meta. scribitur. Contrarij enim sunt motus, inter se simpliciter. Quieti autem, ex oppositione. Præterea quies quieti, & mutati

mutatio mutationi: sed magis motus motui contrarius. Fit autem dupliciter: secundum naturam, cum sursum & deorsum est, aut termini à quo ad quem: deinde præter naturam, cum, videlicet ignis fertur deorsum & terra sursum. Eadem ratio & in quietibus. Quies sursum, et quies deorsum: in his etiam quæ præter naturam sic quiescunt. Et mutatio de sano in ægrotum, & de ægroto in sanum, erit aliquo modo contraria.

ARISTOTELIS STAGIRITAE DE PHYSICO AVDITV LIBER QVINTVS, *ex Græco recognitus.*

SVMMA QVINTI LIBRI PHISI. SECVNDVM AVERROEM.

A textu primo usq; ad. 21. loquitur de partibus subiectiuis motus.

A textu. 21. usq; ad. 46. docet quomodo motus sit unus specie, uel genere, aut numero.

A tex. 46. usq; in finē pandit quo nā pacto motus ad motū opponatur, & motus ad quietem.



CAP. I. TEX. I. *De trāsmutationum diuersitate.*

RANSMVTATVR *autem quod trāsmutatur omne, hoc quidem secundum accidens, ut cum dicimus musicum ambulare, quoniā cui accidit musicum esse, hoc ambulat. hoc autem ex eo quia huius aliquid mutatur, simpliciter dicitur mutari, ut quæcunq; di-*

cuntur secundum partes. sanatur enim corpus, quia oculus, aut thorax. hæc autem, pars sunt totius corporis. Est autem aliquid quod neq; secundum accidens mouetur, neq; ex eo quia aliqua partium ipsius, sed ex eo quia ipsum mouetur primũ, & hoc est secundum seipsum mobile. Secundum alium autem motum, alterum est, ut alterabile, & al-

a.l. aut terationis sanabile & * calefactibile, alterum. Est

TEX. 2. autẽ & in mouente, similiter. aliud enim secundum accidens mouet, aliud uero secundum partem, ex eo quia partium huius aliqua. aliud uero, per seipsum primum ut medicus quidem sanat, manus ue-

TEX. 3. rò percutit. Quoniam autem est quidem aliquid mouẽs primum est autem aliquid quod mouetur, ad hæc in quo tempus, & præter hæc ex quo, & in quod (omnis enim motus, ex quodã, & in quidam. alterum enim est quod primum mouetur, & in quod mouetur, & ex quo. ut lignum, & calidum, & frigidum. horum autem, aliud quidem quod, aliud uero in quod, aliud autem ex quo) manifestum est igitur quòd motus in ligno est, non in specie. ne-

TEX. 4. que enim mouet, nẽq; mouetur species, aut locus, aut ipsum tantum. Sed est mouens, & quod mo-

Vide causam. 2. de anima, tex. 49. uetur, atq; in quod mouetur. Magis autem ab eo in quod quàm ex quo mouetur, denominatur mutatio. Quapropter & corruptio, in id quod nõ est, mutatio est quãuis et ex eo quod est mutetur, quod corrũpitur Et generatio in id quod est. quãuis ex

TEX. 5 eo qđ nõ est. Quid igitur motus sit, dictũ est prius.

Species aũt,et paßiones,& locus,ad quæ mouẽtur. ea quæ mouẽtur,immobilia sunt,ut sciẽtia et calor. Attamen dubitabit aliquis,si paßiones motus sũt.albedo aũt,paßio est. erit.n. ad motũ,mutatio. sed fortaßis nõ est albedo,motus,sed dealbatio. Est aũt & in illis & quod est secũdũ accidẽs, & quod est secũdũ partẽ,atq; secũdũ aliud,& quod primo est,et nõ secũdũ aliud.ut quod fit albũ,in id quod intelligitur,mutatur secũdũ accidẽs.colori.n.accidit,intelligi.in colorẽ aũt,quia albũ,pars est coloris.et in Europã,quia pars Europæ,Athenæ sũt. In albũ aũt colorẽ,p se.Quomodo igitur pse mouetur,et quõ secũdũ accidens,et quõ secũdũ aliud aliquid,et quõ idẽ primũ et in mouẽte est,et ĩeo quod mouetur:manifestũ est,et quod motus nõ est in specie, sed in eo quod mouetur et mobili.secũdũ actũ. TEX.6

Quæ igitur secũdũ accidẽs est,mutatio,dimitatur. est.n.et in omnibus,et sẽper,et omniũ. Quæ uero nõ secũdũ accidẽs,nõ est in omnibus, sed in cõtrarijs,et medijs,et in contradictione. Huius autẽ fides,ex inductione est. Ex medio autẽ, mutatur ut contrario.utitur enim ipso ut contrario,ad utrunque. Est enim quodammodo medium ipsum,extrema.Quapropter et hoc ad illa,et illa ad hoc,quodã modo dicũtur cõtraria.ut media, grauis ad ultimã,et acuta ad primã. Atq; fuscũ,albũ ad nigrum, et nigrũ ad album. Quoniã autẽ omnis transmutatio est ex quodam in quiddam(manifestat autem et nomen. post aliud enim aliquid,et aliud quidem TEX.7.

prius significat, aliud autem posterius) mutabitur quod mutatur, quadrifariam. Aut enim ex subiecto in subiectum, aut ex non subiecto in non subiectum, aut ex non subiecto in subiectum, aut ex subiecto in non subiectum. Dico autem subiectum, quod affirmatione monstratur. Quare necesse est ex ijs quæ dicta sunt, tres esse mutationes, eam quæ est ex subiecto in subiectum, & eam quæ ex subiecto in non subiectum, & eam quæ ex non subiecto in subiectum. quæ enim est ex non subiecto in non subiectum, non est mutatio, propterea quod nō est secundum oppositionem. neq; enim contraria, neq; contradictio est. Quæ igitur ex non subiecto est in subiectum mutatio secundum contradictionem: generatio est. alia quidem simpliciter, simplex: alia uero quædam, cuiusdam, ut ea quæ ex non albo in album, generatio huius est. Ea uero quæ ex eo quod non est simpliciter in substantiā; generatio simpliciter est, secundum quam simpliciter fieri, & non aliquid fieri dicimus. Quæ uero ex subiecto in non subiectum, corruptio est, simpliciter quidem, quæ ex substantia ad ipsum non esse est. quædam autem, ea quæ est in oppositam negationem, sicut dictum est et in generatione.

Vide cōtra dictionem Zimar.

TEX. 8.

Si igitur id quod non est dicitur multipliciter, & neq; id quod est secundum compositionem aut diuisionē contingit moueri, neq; quod est secundum potentiam, quod ei quod est simpliciter secūdum actum, oppositum est (quod enim est non album, aut non

bonum, fieri potest ut moueatur secūdum accidēs: fuerit n. homo, non album. quod autem simpliciter non hoc est, nullo modo impoßibile. i est, quod non est moueri) si aūt hoc, et generationē, motū esse impoßibile erit. Generatur. n, quod nō est. nā etsi quā maxime secūd accidēs generatur. attamē est uerū dicere, quòd est id quod non est, de eo quod generatur simpliciter. similiter aūt, & quiescere. Hæc igitur oīa accidūt difficilia, moueri ad id quod nō est. et si omne quod mouetur ī loco est, quod aūt nō est, nō est in loco (esset. n. alicubi) neq; ergo corruptio, motus est. cōtrarium. n. motui, motus est, aut quies. corruptio autem, generationi contrariū est. Quoniam autem omnis motus mutatio quædam est, mutationes autem tres quæ dictæ sunt, harum autem eæ quæ sunt secundum generationē & corruptionem non sunt motus, hæ autem sunt quæ secundum contradictionem fiunt: necesse est eam quæ ex subiecto est in subiectum mutationem, motum esse solum. Subiecta autem, aut contraria sunt, aut media. etenim priuatio, ponatur contrarium & monstrātur affirmatione, nudū, & albū & nigrū. Si igitur prædicamenta diuisa sunt substantia, & qualitate, & ubi, & quando, & aliquid, & quantitate, & ipso agere, & pati, necesse est tres esse motus, eum qui quantitatis, & eum qui qualitatis, & eum qui secundum locum est. Secundū substantiam autem non est motus, propterea quòd nullum est entium substantiæ contrarium. Neque ei quod ad

TEX. 9.

Vide digresionē Auer. super isto tex.

TEX. 10
CAP. 2.
Secundum quæ prædicamenta fiat vel non fiat motus.

aliquid. Contingit enim, altero mutationē patiēte, uere dici alterum nihil mutationis subire. quare, secundum accidens motus horum est. Neq; etiam agentis & patientis, neq; omnis mouentis & eius qui mouetur. quia non est ipsius motus, motus, nec generationis generatio, neq; omnino mutatio mutationis. Primum enim dupliciter contingit, motus esse motum, aut ut subiecti, ut homo mouetur, quia ex albo in nigrū mutatur. An ne sic & ipse motus, aut calefit, aut frigefit, aut locum mutat, aut augetur, aut diminuitur? hoc autem impoßibile est. Nō enim subiectorum aliquid, est mutatio. Aut ex eo, quia aliquod aliud subiectum, ex mutatione mutatur in alteram speciem. ut homo, ex ægritudine in sanitatem. Sed neq; hoc, poßibile est, nisi secundum accidens. hic enim motus, ex alia specie in aliā mutatio est. et generatio etiā atq; corruptio, similiter. uerum hæ quidem in opposita sic, motus autem nō similiter. Simul igitur mutatur ex sanitate in ægritudinem & ex hac ipsa mutatione, in aliam. Manifestum autem quòd cum æger fuerit, mutatus erit in quamlibet. contingit enim, quiescere. Et amplius, nòn ad quamuis semper. & illa, ex quodam in quoddam alterum erit. Quare & opposita erit sanatio, sed ex eo quia accidit. ut si ex recordatione in obliuionem mutaretur, quoniam cui inest, illud mutatur, aliquando quidem in scientiam, aliquando uero in sanitatem. Amplius autem in infinitum fiet abitio, si erit mutationis mutatio, & generationis generatio. Necesse igitur est esse primam, si ul

Vide digressionē Auer. super isto tex.

TEX. 11

Motus duplex.

TEX. 12.

TEX. 13.

tima erit.ut si simplex generatio fiebat aliquando, et quod fit fiebat. Quare nōdū erat quod fit simpliciter, sed aliquid quod fit et quod fit iā, et rursum fiebat hoc aliquādo· quare nō iā erat tūc, id quod fit. Quoniā aūt infinitorū nō est quicquā primū, nō erit primū, quare, neq; cōtiguum neq; fieri igitur, neq; moueri poßibile est, neq; mutari quicquā.* Am- *plius, eiusdem est, motus cōtrarius & insuper quies, & generatio & corruptio. Quare id quod fit, cū fit id quod fit, tūc corrūpitur. neq;.n. quod mox fit, neq; posterius· esse.n. oportet, quod corrūpitur.* Amplius, *oportet materiam subesse, & ei quod fit, & ei quod mutatur. quæ igitur erit? ut alterabile aut corpus, aut anima est, sic id quod fit, motus aut generatio.* Et *rursus, aliquid ī quod mouētur. oportet.n. quòd aliquid sit, huius ex hoc in hoc motus. et nō motus aut generatio, Simul aūt, et quo erit? nō.n. erit disciplinatio, disciplinatiōis gñatio. Quare neq; generatiōis, generatio, neq; quæd ā, cuiusdā.* Amplius *si tres species motus sunt, harū aliquā necesse est eße subiectā naturā, et ea in quæ mouētur ut necesse est, loci mutationē alterari aut ferri.* Om*nino aūt quoniā mouetur omne quod mouetur, tripliciter, aut quia secūdū accidēs, aut quia pars aliqua, aut quia per se; secundū accidēs solū cōtinget mutari mutationē, ut si is qui sanatur, curat, aut discat.* Eā *aūt quæ secūdū accidēs, dimisimus olim.*

Quoniam autem neq; substātiæ, neq; ipsius ad aliquid, nequæ ipsius facere & pati, relinquitur

al. non habet (et quod fit.)

TEX. 14.

TEX. 15.

Vide documētum Auer.

TEX. 16

TEX. 17.

Mutationis *species.*

TEX. 18

ſecundum qualitatem, & quantitatem, & ubi, motum eſſe ſolum. in unoquoq; enim horum, eſt contrarietas. Motus igitur ſecundum qualitatem, alteratio ſit. hoc enim inditium, eſt commune nomen. Dico autem qualitatem, non quæ in ſubſtantia, (et enim differentia, qualitas eſt) ſed quæ paßiua eſt, ſecundum quam dicitur pati, aut impaßibile eſſe. Qui uero ſecundum quantitatem eſt. ſecundum cõmune quidem innominatus eſt. ſecundum autem utrunq;, augmentatio & diminutio. Is quidẽ qui eſt in perfectam magnitudinem, augmentatio: qui uero ex hac, diminutio. Qui autem ſecundum locum, & ſecundum proprium, & ſecundum commune innominatus eſt: uocatur autem latio, nomine communi: quamuis dicãtur ferri hæc ſola proprie, cum non in ſeipſis ſit mutantibus locum, ſtare, & quæcunq; ipſa nõ ſeipſa mouent ſecundum locum.

TEX. 19. Quæ autem eſt in eadem ſpecie, mutatio in magis & minus, alteratio eſt. Quæ enim ex contrario eſt in contrarium, motus eſt, aut ſimpliciter, aut aliquo modo. in minus enim cum ierit, in contrarium dicetur mutari. in magis autem, ut ex contrario in ſeipſum. differt enim nihil. ſecundum quid mutari, aut ſimpliciter. uerum, aliquo modo oportebit cõtraria eſſe. Magis autem & minus eſt, ex eo quia

TEX. 20. plus aut minus contrarij ineſt, & non. Quod igitur hi tres ſoli motus ſint, ex his manifeſtum eſt.

Vide dubitationẽ Auer. ſup iſto tex.

Immobile autem eſt, & quod omnino non poteſt moueri, ſicut ſonus eſt inuiſibilis. Et quod in multo

tempore uix mouetur, aut quod tarde incipit, quod dicitur ægre mobile. Et quod aptum natura est, poteftq; moueri, non mouetur autem tunc cum aptum natura est, & ubi, & quomodo. quod quidẽ immobiliũ solũ, quiescere uoco. contraria enim, quies motui est. Quare priuatio erit, susceptiui. TEX. 21. *Quid igitur est motus, & quid quies, & quot mutationes, & quales motus, manifestum est ex dictis.* CAP. 3

Deinceps habere se, communius esse quàm se tangere.

Post hæc autem dicamus, quid est simul, & separatim, & quid est tangere, & quid est inter, & quid cõsequenter, & quid contiguum, & quid continuum, & quibus unumquodq; horum inesse aptũ natura sit. Simul igitur dicuntur hæc esse secundum locum, quæcunq; in uno loco sunt primo. Separatim autem, quæcunq; sunt in altero. Tangere autem, quorũ extrema sunt simul. Inter uero, in quod prius aptum natura est peruenire id quod mutatur, quàm in quod ultimum mutatur, secundum naturam continue mutationem patiens. In paucißimis autem est inter, tribus. ultimum enim est mutationis, contrarium. Continue autem mouetur, quod nihil, aut paucißimum intermittit rei, non temporis. nihil enim prohibet intermisisse, & statim etiam post primam sonuisse ultimam, sed rei in qua mouetur. hoc autem, & in ijs quæ sunt secundum locum, & in alijs mutationibus manifestum est. Contrarium autem secundum locum, est quod secundum rectam distat plurimum. minima enim, finita est. mensura autem finitum est.

TEX. 22. *Quid simul esse.*

TEX. 23. *Quid continue.*

TEX. 24.

TEX. 25 Consequenter autem, est inter quod post principium solum existens aut positione, aut natura, aut alio aliquo sic determinatum; nihil est eorum quæ sunt in eodem genere, & id ad quod consequẽter est. dico autem, ut ad lineam lineá uel lineæ aut ad unitatem unitas uel unitates, aut ad domum domus. Aliud autem nihil prohibet esse inter. Consequenter enim, ad aliquid est consequenter, & posterius aliquid est. non enim unum consequenter est ad duo, neq; noua luna ad secundam consequenter est, sed hæc ad illa. Contiguum autem est, quod cum consequenter est, tangit. Quoniam autem omnis mutatio in oppositis est, opposita autem sunt, & contraria, et quæ secundum cõtradictionẽ sunt, contradictionis autem nihil est medium; manifestum est quòd in contrarijs erit id quod est inter. Continuum autem est quidem, quod continuum quiddam est. dico autem esse continuum, cum idem fiat & unus, utriusq; terminus quibus tãgunt, et ut significat nomen, contineantur hoc autem esse non potest, si duo sint ultima. Hoc autem determinato, manifestũ est, quòd in ijs est cõtinuũ, ex quibus unũ quid aptum natura est fieri secundum contactum. & ut demum fit continuum, unum, sic & totum, unũ erit ut aut clauo, aut glutine, aut tactu, aut insertu. Manifestum autem est, & quod primũ est id quod consequenter est. quod enim tangit, necesse est consequenter esse. quod autem consequenter est, non omne, tangere. Quapropter & in prio

Quid consequenter.

TEX. 26. Quid continuum.

TEX. 27.

TEX. 28.

ribus ratione, consequenter est, ut in numeris. tactus autem, non est. etsi quidem continuum est, necesse est tangere. Si uero tangit, nondum continuum est. non enim necesse est unum esse ipsorum extrema, si simul sint sed si unum sunt, necesse est simul esse. Quare ultima consitio, secundum generationem est. necesse est enim tangere, si consita erunt exrema. Ea uero quæ tangunt, non omnia consita sunt. In qubus autem non est tactus, manifestum est, quòd neq; est consitio in his. Quare si est punctum & unitas, qualia dicunt separata, non poßibile est unitatem & punctum, esse idem. his enim inest tangere, unitatibus autem, est consequenter. & inter hæc quidem, contingit esse aliquid, omnis enim linea, inter puncta est. inter illas autem, non est necesse. nihil enim, est inter dualitatem & unitatem. Quid igitur est simul, & separatim, & quid tangere, & quid inter, & quid consequenter, & quid contiguum, & quid continuum, & quibus unumquodq; horum inest, dictum est. Vnus autē motus, dicitur multipliciter. unum enim, multipliciter dicimus. Genere igitur unus est, secundum figuras prædicamenti. Latio .n. omni lationi, genere unus est. alteratio aūt a latione diuersus genere est. Specie aūt unus est, cum genere sit unus, et in indiuidua specie, sit ut coloris quidē sunt differentiæ. Igitur alius specie, denigratio & dealbatio. omnis igitur dealbatio, omni dealbationi idem secundum speciem erit. & omnis denigratio, de

TEX. 29

TEX. 30 Vide dubiū Auer.

CAP. 4 TEX. 31. Motū vnū multifariā accipi.

nigrationi. albedini autem, non amplius. Quapropter specie unus est, dealbatio, dealbationi omni. Si autem sunt quædã, quæ & genera simul & species sunt, manifestum est, quòd specie quodammodo unus erit, simpliciter autem unus specie non, ut disciplinatio, si scientia species quidem est existi-
TEX. 32. mationis, genus autem scientiarum. Dubitauit autem aliquis, si unus specie motus sit, cum ex eodẽ, idẽ in idem mutetur. ut unũ punctũ, ex hoc loco, in hunc locum iterum atq; iterum. Si autem hoc est; erit circulatio, rectæ lationi eadem, & uolutio am-
TEX. 33. bulationi. An determinatum est, si id in quo est, alterum est specie, quòd diuersus motus est? circulare autem, a recto alterum specie est. Genere igi-
TEX. 34 tur & specie motus unus, sic est. Simpliciter autẽ unus motus est, qui substãtia unus & numero, est. Quis autem huiusmodi sit, manifestum erit diuidẽtibus, tria enim sunt numero, circa quæ dicimus motum unum, quod, & in quo, & quando. dico autẽ quod; quoniam necesse est esse aliquid quod mouetur. ut hominem, aut aurum & in aliquo hoc moueri, ut in loco, aut in passione & quando, in tem-
TEX. 35. pore enim, omne mouetur. Horum autem, genere quidem aut specie esse unum, est in re in qua mouetur. Contiguum autem, erat in tempore. Simpliciter autem unũ esse in omnibus his est. etenim in quo est, unum oportet esse, & indiuisibile, ut speciem. Et rursus ipsum quando. ut tempus unum, & non intermittere. Et quod mouetur, unum esse non

secundum accidens.ut album nigrescere, & Coriscum ambulare.unum autem est, & Coriscus & album, sed secundum accidens.neq; commune.erit .n. simul duos homines sanari secundum eandem sanationem.ut lipitudinis.sed non unus hic est, sed specie unus est . Socratem autem secundum eandem TEX. 36. *quidem alterationem alterari specie, in alio autem tempore & iterum in alio, si quidem contingit corruptum iterum unum fieri numero, erit & hic motus unus. si uero non, idem quidem erit, unus autem non.* Habet autem *dubitationem huic similem , &* TEX. 37. *utrum una sanitas & omnino habitus & paßiones substantia sint in corporibus? moueri namq; uidentur habentia, & fluere. Si igitur eadem & una sit mane & nunc sanitas, cur non etiam cum intermissam acceperit iterum sanitatem, & hæc & illa una numero erit?* Eadem enim ratio erit.*uerum tantum interest, quòd si duo idem hoc sunt, sicut nume* TEX. 38. *ro unus & habitus esse necesse est.unus enim numero actus, unius numero est . Si uero habitus unus est, fortaßis alicui nõ uidebitur unus et actus eße.cum enim cessauerit ambulans , non amplius est ambulatio.rursus autem ambulante, erit. Si igitur unus & idem est, continget unum & idem & corrumpi & esse sæpe. Hæ igitur dubitationes, extra præsentem sunt considerationem. Quoniam autem continuus omnis motus est , & simpliciter* TEX. 39. *quidem unum & continuum eße necesse est, si omnis quidem diuisibilis est * & si continuus, unus.* *a.l. quidem et diuisibilis est*

non enim fiet omnis, continuus omni, ficut neque aliud ullum cuiuis quoduis, sed quorum unum sunt ultima · ultima autem, aliquorum quidem non sunt, aliquorum autem sunt, sed specie differentia & æquiuoca. quomodo namque tanget, aut unum

TEX.40. fiet, ultimum lineæ & ambulationis? Contigui igitur erunt, & qui neque idem specie, neque idem genere sunt· Postquam enim cucurrit aliquis, statim febricitare potest. et ueluti lampas ex successione, latio est contigua. continua autem, non· ponitur enim continuum. quorum ultima unum sunt. Quare contigui & consequenter sunt, quia tempus con-

a.l. quia tempus unum est. tinuum est *. Cõtinuum autem est, quia motus continui sunt· Hoc autem est, cũ unum ultimum fuerit

TEX.41. amborum. Quapropter necesse est, eundem specie esse, & unius, & in uno tempore, simpliciter continuum motum et unum. Tempore quidem, ut nõ immobilitas intersit. in intermittẽte enim, quiescere necesse est. Multi igitur, & non unus motus est, inter quos quies est. Quare si aliquis motus statu intercipitur, neque unus est, neque continuus· intercipitur autem, si in medio tempus est· Eius uero qui in specie nõ unus est, nõ, etsi non intermittitur tẽpus. tempus· n. unum est specie autem, motus alius est. Motum enim unum, necesse est & specie unum esse. hunc autem simpliciter unum esse, non

TEX.42 est necesse. Quis igitur motus simpliciter unus est. dictum est. Amplius autem dicitur unus et perfectus siue secundum genus, siue secundum speciem

siue secundum substantiam sit, sicut & in alijs perfectum & totum ipsius unius est. est autem quando, etsi imperfectus sit unus dicitur, si solum sit continuus. Amplius autem, aliter præter dictos, dicitur motus unus, regularis. irregularis .n. est quidē ut non uideatur unus, sed magis regularis ut rectus. irregularis.n. diuisibilis est. Videtur autē differre, sicut magis & minus. est autem in omni motu, quod regulariter est, aut non. Etenim alterabitur regulariter, & feretur super regulare, ut circulum, aut rectum. & circa augmentationem similiter & diminutionem. TEX.43.

Irregularitatis autem differentia est, aliquando quidem in quo mouetur. impoßibile est.n. regularē esse motum, nō in regulari magnitudine ut motus fractæ, aut giratiuæ, aut alius magnitudinis, quorum quæuis ad quamuis partem minime accommodatur. aliquando autem, neque in ubi, neque in quando, neque in eo ad quod, sed in ipso modo. uelocitate.n. et tarditate, aliquādo determinatur. cuius.n. eadem est uelocitas, regularis est. cuius autē non, irregularis. Quapropter neque species motus, neque differentiæ sunt, uelocitas & tarditas. quia omnes sequuntur differentes secundum speciem. Quare, neque grauitas, neque leuitas quæ ad idem est. ut terræ, ad seipsam, aut ignis, ad seipsum. TEX. 44.

Vnus igitur irregularis est, qua est continuus. minus autem quod fractæ accidit lationi. Id autē quod est minus, commistio semper contrarij est. TEX.45.

Si autem omnem, unum nõ contingit & regularem esse & non, non erunt, & ipsi qui non secundum speciem contigui sunt, unus & continuus. Quomodo enim erit regularis, motus ex alteratione compositus et latione? oporteret enim accommodari. Amplius autem determinandum est, qualis motus est contrarius motui. & de quiete autem, eodem modo. Diuidendum est autem primo, utrum contrarius motus sit, qui est ex eodẽ, ei qui est in idem. ut qui est ex sanitate. ei qui est in sanitatem. ut & generatio & corruptio uidetur. Aut qui est ex contrarijs. ut qui est ex sanitate, ei qui est ex ægritudine. Aut qui est in contraria. ut qui est in sanitatem, ei qui est in ægritudinem. Aut qui est ex cõtrario, ei qui est ĩ cõtrariũ. ut qui est ex sanitate, ei qui est ĩ ægritudinẽ. Aut qui est ex cõtrario ĩ cõtrariũ, ei qui est ex cõtrario ĩ cõtrariũ. ut qui est ex sanitate ĩ ægritudinẽ, ei qui est ex ægritudine in sanitatẽ. necesse est. n. aut unũ aliquẽ horũ esse modorum, aut plures. nõ n. est, aliter opponere.

CAP. 5. TEX. 46. Motus ex aliquo, an motui in idẽ contrarius.

TEX. 47. Est autem qui ex contrario, ei qui est in contrarium, non contrarius. ut qui est ex sanitate, ei qui est in ægritudinem. idem enim & unus est. esse tamen, non idẽ est ipsis, sicut nõ idem est, ex sanitate mutari, & in ægritudinem.

TEX. 48. Neq; qui est ex contrario, ei qui est ex contrario. simul enim accidit, ex contrario, & in contrarium aut in medium. uerum de hoc quidem posterius dicemus. Sed magis, in contrarium mutari, uidebitur causa esse

contrarietatis,

contrarietatis, quam ex contrario hic enim, de mutatio a contrarietate, ille uero, acceptio. Atq; dicitur unusquisq; eo in quod mutatur magis, quam eo ex quo. Vt sanatio, qui in sanitatem: ægrotatio autem, qui in ægritudinem. Relinquitur igitur, qui est in cõtraria, et qui ad cõtraria ex cõtrarijs. forsitan igitur accidit, eos qui in contraria, & ex contrarijs esse sed ipsum esse, forte non idem. dico autem qui est in sanitatẽ, ei qui est ex ægritudine, & qui ex sanitate, ei qui est in ægritudinem.

Denominatio fit à termino ad quẽ, non a termino a quo.

Quoniam autem differt mutatio, a motu (quæ enim est ex quodã subiecto in quoddã subiectum mutatio, est motus) qui est ex contrario in contrarium ei qui ex contrario est in contrarium, motus contrarius est ut qui ex sanitate, in ægritudinem, ei qui est ex ægritudine in sanitatem. TEX. 49

Manifestum est autem, & ex inductione, qualia uidentur contraria esse. ægrotare enim ipsi sanari, & discere, ipsi decipi non per seipsum in contraria enim ut enim scientiam sic & deceptionem est et per seipsum consequi et per aliud. Et ea quæ sursum latio, ei quæ est deorsum. contraria enim hæc sunt, in longitudine Et quæ ad dextra, ei quæ est ad sinistra. contraria enim hæc sunt in latitudine. Et quæ in ante ei quæ in retro contraria enim hæc sunt, in profunditate. TEX. 50

Quæ autem est in contrarium solum, non est motus, sed mutatio. ut fieri album, non ex aliquo. Quibus autem non est contrarium, mutatio, quæ est ex ipso, ei TEX. 51.

quæ est in ipsum, contraria est. Quapropter generatio corruptioni contraria est, & abiectio acceptioni. hæ autem, mutationes quidem sunt, motus

TEX. 52. autem, non. Qui autem ad medium motus sunt, quibuscunque contrariorum aliquid est medium, tanquam in contraria quodammodo ponendi sunt. Nam ut cõtrario utitur medio ipse motus, ad utrauis fiat mutatio. ut ex fusco quidem, in album, tanquã ex nigro et ex albo, in fuscũ, tanquã in nigrũ ex nigro aũt, in fuscum, tanquã in albũ. fuscũ enim, medium ad utrunque dicitur* quodãmodo extremorum, sicut dictum est prius. Motus igitur motui contrarius est sic, qui ex contrario in contrariũ est, ei qui ex contrario in contrarium. Quoniam autem motui non solum uidetur motus esse cõtrarius, sed & quies: hoc determinandum est. simpliciter enim, contrarium est motus motui. Oppo-

a. l. tanquã in albũ fuscum. mediũ enim ad utrunque dicitur.

TEX. 53 CAP. 6

Qui quies cui motui opponatur.

nitur autem, & quies. priuatio enim est. est autem, ut & priuatio contraria dicatur. Qualis autẽ quali, ut ei qui est secundum locum, ea quæ est secundũ locum? Sed hoc quidem, nunc dicitur simpliciter. Vtrũ.n. ei quæ est hic, quieti; is qui est ex hoc,

TEX. 54. aut qui est in hoc motus opponitur? Manifestũ est igitur, quòd quia in duobus motus subiectis est: huic quidem qui ex. hoc est in contrarium, ea quæ est in hoc quies, huic autem qui est ex contrario in hoc, ea quæ in contrario. simul autem & inuicem contrariæ hæ sunt. Etenim inconueniens est, si motus quidem contrarij sunt, quietes autem oppo

Vide documẽtum Auer. sup isto tex.

sitæ non sunt. sunt autem hæ, quæ in contrarijs. ut quæ est in sanitate, ei quæ est in ægritudine, quieti. motui autem, qui ex sanitate, in ægritudinem. ei enim, qui est ex ægritudine, in sanitatem, irrationabile est. Is enim motus qui ad ipsum est, in quo stat: quietatio magis est, qua accidit simul fieri cum motu. necesse autem est, aut hanc, aut illã esse. non enim ea quidem quæ: est in albedine, quies: contraria est ei quæ est in sanitate. Quibus autem non sunt contraria: horum mutatio quidem est opposita, ea quæ est ex ipso, ei quæ est in ipsum. motus autem, non est. ut ea quæ est ex ente, ei quæ est in ens.* al. quam

Et quies quidem, horum non est, immutabilitas autem est. & si quidem aliquid erit subiectum, ea quæ in ente est immutabilitas, ei quæ est in non ente contraria erit. Si uero non est aliquid id quod non est: dubitabit aliquis cui contraria sit ea quæ est in ente immutabilitas, & an quies sit. si autem hoc est, aut non omnis quies motui est contraria, aut generatio & corruptio, motus sunt. Manifestum est igitur, quòd quies quidem nõ dicenda est, si non & hæ, motus. simile autem aliquid est, & immutabilitas. contraria autem est, aut nulli, aut ei quæ est in non ente, aut corruptioni. hæc n. ex ipsa est. generatio autem, in ipsam. TEX. 55.

Dubitabit autẽ aliquis, quare in mutatione quidẽ secũdum locũ, sunt & secũdum naturã & præter naturam, & quietes & motus in alijs autem, non ut. alteratio; hæc quidẽ secũdũ naturã, illa uero præter naturã. TEX. 56.

illa uero præter naturam. nihil enim magis sanatio quã ægrotatio secũdũ naturã, aut præter naturam, aut dealbatio quã denigratio. Similiter autem est, et in augmentatione et diminutione. neque enim hæ sunt inuicem contrariæ, ut secundum naturam & præter naturam. neque augmentatio, augmentationi. & in generatione & corruptio: eadẽ ratio est. neque enim generatio quidẽ secũdũ naturam, corruptio autem præter naturam. senescere enim secũdum naturam est. Neque generationem uidemus; aliam quidem secundum naturã,
TEX. 57. *aliam uero præter naturam. At si est, quod uiolentia fit, præter naturã & corruptio corruptioni contraria erit, ea quæ est uiolenta ut quæ præter naturam est, ei quæ secundum naturam. Sunt igitur & generationes quædam uiolentæ, & non fato determinatæ, quibus contrariæ sunt eæ quæ secundũ naturam Et augmẽtationes sunt uiolentæ & diminutiones ut augmentationes eorum, qui uelociter propter alimentum pubescunt. & frumẽta quæ cito adolescunt, & non sunt constricta. In*
TEX. 58 *alteratione autem quo pacto, an similiter? Erunt enim aliæ quidem uiolentæ, aliæ uero naturales. ut qui liberantur, alij non in criticis diebus, alij autem in criticis, Illi quidem, præter naturam alterantur. hi uero, secundum naturam. Erunt ergo corruptiones contrariæ adinuicem, non generationi solum. Et quid prohibet? est enim, ut sic. etenim si hæc quidem suauis, illa uero tristis fuerit.*

Quare nõ simpliciter corruptioni corruptio cõtraria est, sed quatenus ipsarũ hæc quidem hmõi, alia uero talis est. Omnino igitur cõtrarij motus et quietes, dicto modo sũt. ut quæ est sursum, ei qui est deorsum loci. n. cõtrarietates hæ sunt. fertur aũt ea quidẽ quæ sursũ est latione, natura, ignis. ea uero quæ deorsũ, terra. et cõtrarie, ipsorũ lationes sũt. ignis aũt, sursum quidẽ natura, deorsũ aũt præter naturã. Et contrarius quidẽ motus est, qui est secundũ naturã ipsius, ei qui est præter naturã. Et quietes etiã similiter. Quæ nãq; est sursũ, quies; ei qui est de sursum in deorsũ motui contraria est. Est aũt terræ, illa quidem quies præter naturã. motus aũt hic secũdũ naturã. Quare motui, quies contraria est, quæ est præter naturã, ei qui est secũdũ naturã eiusdẽ. etenim motus eiusdẽ, cõtrarius sic est. Alter n. secũdũ naturã ipsorũ erit, qui sursũ aut qui deorsum. alter aũt, præter naturã. Habet autem dubitationẽ si est omnis quietis quæ non semper est, generatio, & hæc ipsum stare. Eius igitur quod præter naturam quiescit, ut terræ sursum, erit generatio. cum ergo ferebatur sursum uiolentia, stabat. sed quod stat, semper uidetur ferri uelocius. quod autem uiolentia, cõtra. non factũ ergo quiescens, erit quiescens. Amplius uidetur ipsum stare proprie dici aut omnino esse in eo quod est secundum naturam, in suum locum ferri, aut accidere simul. Habet autem dubitationẽ. si contraria est quies quæ est hic, ei qui hinc

TEX. 59

TEX. 60.

TEX. 61. Vide documẽtum Auer.

est motui, cum enim mouetur ex hoc, aut etiã abijcit, adhuc uidetur habere id quod abijcitur. Quare si hæc quies, contraria est ei qui hinc est in cõtrarium motui, simul erunt contraria. An aliquo modo quiescit, si adhuc manet? omnino autẽ eius quod mouetur: aliud quidem ibi, aliud autem est in quod mutatur. Quapropter & magis motus
TEX. 63. motui contrarius est, quàm quies. Et de motu quidem & quiete, quomodo utrunq; unum est, & quæ
TEX. 64. quibus contraria sunt, dictum est (* Dubitabit aũt quis & de stare, si & quicũq; sunt præter naturam motus his est quies opposita, si quidẽ igitur nõ erit inconueniens. manet. n. sed uiolentia; quare quiescens aliquid erit non semper sine fieri, sed palam quod erit, sicut enim mouetur præter naturã,
TEX. 65. & quiescit utique aliquid præter naturam. Quoniã aũt est quibusdam motus secundum naturam et præter naturam, puta ignis qui sursum secundum naturam, qui autem deorsum præter naturã. utrũ hic contrarius, aut qui terræ? hæc enim fertur secundum naturam deorsum, aut palam, quia ambo, sed nõ eodem modo, sed qui quidem secundum naturam est secundum naturam existentis eius autem qui ipsius, qui sursum ignis ei, qui deorsum ut secundum naturã existens, præter naturam existenti; similiter autem & in mansionibus forte autem quieti motus aliquatenus opponitur cum. n. moueatur ex hoc & abijciat, adhuc uidetur habere quòd abijcitur; quare si ipsa quies contraria ei qui hinc

Isti duo tex. sequentes in aliquibus codi. gre. nõ reperiuntur.

in contrarium motui simul existent contraria, aut aliquatenus quiescit si adhuc manet. omnino autem eius quod mouetur, hoc quidem ibi, hoc autem in quòd mutatur propter quòd magis motus motui contrarium quam quies. quis quidẽ igitur motus simpliciter unus dictum est. & de motu quidẽ & quiete quomodo uterq; unus, & qui contrarij quibus dictum est.*

QVINTI LIBRI FINIS.

IN PHYSICAE ACROASEOS LIBRVM SEXTVM.

Raphaelis Volaterrani Argumentum.



IBRO sexto, motum diuidit in partes magnitudinis. ante omnia monstrat, cõtinuum non componi ex indiuisibilibus: vt linea ex notis non cõponitur. quod cum alijs rationibus, tum ex magnitudine & tempore, quæ item cũ motu sunt in infinitum diuisibilia, ostendit. Nam de vtrisque probat. Velocius in tempore æquali pertransit maius spacium, & minore æquale spacium; quod non esset, si magnitudo & tempus componerentur ex indiuisibilibus. essent enim indiuisibilia ex quo velocius aut tardius nequaquam ex eis prodiret. hæc enim ex partibus diuisibilium procedunt. Post hæc venit ad motus diuisionem; dicitq;

motum dupliciter diduci, uno modo tempore, ut trium horarum iter; alio modo per partes, vt trium stadiorum motus. Mutari rursus dupliciter dicit; secundum alterum, vt aliquid in anno mutatur, quia in die; alio modo aliquid mutatur aliquo tempore, per se primum; & necesse est illud mutari qualibet illius temporis parte. Ex quo fit, vt in motu, sicuti neq; in tempore, neque in magnitudine vlla, detur principium. Nam si esset principium, aut illud diuisibile, vel indiuisibile foret si indiuisibile, eadem ratione alia pars esset indiuisibilis, & sic in continuo esset indiuisibile immediatum indiuisibili. si vero diuisibile. oportet quod medietas prætereatur antequam totum, & medietas illius medietatis ante illam, & sic in infinitum. igitur non est dare principium, quoniam ante quancunque partem præteritam est accipere partem prius præteritam. Nam mutatum esse, duplex est: primum actu, cum res iam perfecta, & motus absolutus, & tunc principium datur; secundo modo dicitur potestate, continuans transmutationis partes adinuicem. & tunc principium minime datur, quoniam quodlibet mutatum esse, quod Græci (cinima) vocant, præcedit transmutatio, seu transmutari, & in qualibet transmutatione sunt infinita mutata esse, sicuti in qualibet linea sunt infinitæ notæ: vnde sicut in linea recta continua non est dare primam notam continuantem partes eius adinuicem, ita in moueri non est dare primum mutatum esse, continuans partes motus adinuicem. Ex quo hæc ordine huiusce modi ponuntur. ante omne mutari, est mutatum esse; deinde ante omne mutatum esse, est mutari: ante omne mutari, est mutari; postremo ante omne mutatum esse, est mutatum esse. Post motus diuisionem, disserit de finito & infinito circa motum. Sicuti enim diuisio pertinet ad continuationem, ita finitum & infinitum, quemadmodum supra ostendit, diuisionem simul in motu magnitudine, tēpore, et mobili inueniri, ita nunc de infinito docet. Primum autem demonstrat, in omni magnitudine & tempore reperiri, deinde in motu & in mobili. Dicit igitur, non posse magnitudinem finitam in tempore infinito pertransire, nec rursus infinitam in tempore finito. Eodem modo nec mobile finitum magnitudinem infi-

nitam, nec item infinitum magnitudinem finitam in tempore finito peragere. Duplex est enim infinitum, aut secundum diuisionem, aut secundum extrema. Ex hac igitur diuisione Aristoteles Zenoni respondet, qui dicebat nihil posse moueri de loco ad locum, quoniam pertransibat spacium infinitum in tempore finito. Nam prius erat necesse transire medium spacij, & prius medium medij, & sic in infinitum. Dicit itaque tam spacium seu magnitudinem, quàm tempus, in quo pertransitur, esse infinitum secundum diuisionem, non autem secundum extrema, ac transire infinitum secundum diuisionem, finitum uero secundum extrema: in tempore infinito secundum diuisionem, finito tamē secundum extrema. Ad ultimum differit de natura & diuisione quietis. Cum enim probauerit, nec motui, nec tempori dari principium, nec etiam dari quieti nunc contendit: quod status qui est quietis generatio & motus, in tempore mouetur. quod sanè probatur hoc modo, Omne quod mouetur, mouetur in tempore: sed omne quod stat, mouetur: ergo omne quod stat, mouetur in tempore. Minus assumptum patet, quod aptum est moueri & non quiescit, mouetur: sed omne quod stat, aptum est moueri, & non quiescit: ergo omne quod stat mouetur. Nam stare, intendere quieti est, quod motui subijcitur cuidam: si motui, & tempori: non habet ergo quies, sicuti & motus principium. Enarrata motus & quietis diuisione, confutat quosdam veterum errores circa motum. & primum Zenonis, negantis penitus motum esse, ac dicentis, neque cœlum, nec aliud moueri, à loco ubi esset progrediendo, sed tantum verti in ipsis. deinde Democriti, qui ex atomis & indiuisibilibus dicebat esse motum, & ex his omnia generari. Vbi probat nihil omnino indiuisibile moueri. Nam quod mouetur, in tempore mouetur: sed indiuisibile in tempore moueri non potest. Minus assumptum probat, quod in omni tempore datur minus, daretur propterea minus tempore in quo indiuisibile mouetur, quod omnino falsum. Tertio Heraclitum refellit, omnia semper moueri dictitantē, mostrando, quod nulla mutatio inter duos terminos existens est infinita. nam generatio & corruptio est inter duo contradictoria, & alteratio inter duo contraria,

motus item rectus à quo & ad quem. namq; impossibile est id moueri, quòd non contingit motum esse: sed si rectus motus esset infinitus, non contingeret àliquid mobile esse motum per ipsum: ergo nec cõtingeret aliquid per ipsum moueri. His addit, quod fortè nil prohibet tales motus esse infinitos, vt si post motum localèm fiat alteratio, & si post alterationem augmentum, & iterum generatio, non tamen vnum & eundem motum esse infinitum contingit.

ARISTOTELIS

STAGIRITAE DE PHYSICO AVDITV LIBER SEXTVS, *ex Græco recognitus.*

SVMMA SEXTI LIBRI PHYSI. SECVNDVM AVERROEM.

A textu primo usque ad 24· declarat motum non componi ex indiuisibilibus.

A textu.24.usque ad 40.docet motum non momẽto,sed tempore mensurari.

A textu 40.usque ad.75·pandit motus finem, non principium aßignari.

A textu 75.usque in finem,ostendit indiuisibile nõ moueri,& nullam mutationem esse infinitam.



I autem est cõtinuum, & tãgens et cõsequẽter, ut diffinitum est prius(continua quidẽ, quorum ultima sunt unum.tangentia uero, quorũ simul. consequẽter autem,inter quæ nihil est eiusdem generis)impoßibile est ex indiuisibilibus esse aliquid continuum·ut lineã,esse ex punctis; si linea qui-*

CAP. I. TEX.I.

a.l.quoniã autẽ est continuum & quod tãgitur,

Nullum continuum ex impartibilibus esse cõpositum.

dem continuum est, punctum autem indiuisibile. neq;.n. unum sunt; ultima punctorum. non .n. est, hoc quidem ultimum, illud uero alia quædam pars ipsius indiuisibilis. neq; simul sunt ultima. non enim est ultimum, ullum, eius qd impartibile est. alte

TEX. 2. rũ.n. est ultimũ & id cu us est ultimũ. Amplius, necesse est, aut continua esse puncta, aut tangentia se inuicem, ex quibus est continuum. eadem autem ratio est, & in omnibus indiuisibilibus. continua quidẽ non erunt, propter dictam rationem. tanget autem omne, aut totum totum, aut pars partem, aut totum pars. Quoniam autem impartibile est ipsum indiuisibile, necesse est totum tangere totum, totum autem totum tangens, non erit continuum. continuum enim, habet, hanc quidem aliam, illam uero aliam partem. & diuiditur, in sic diuersas, & loco separatas. At uero neq; consequenter erit punctus ad punctum, aut ipsum nunc ad nunc ipsum, ut ex his sit longitudo, aut tempus: consequenter enim sunt, inter quæ nihil est eiusdem generis. inter autem puncta, semper est linea, et inter ipsa nunc, tempus.

TEX. 3 Amplius autem diuideretur in indiuisibilia, si ex quibus est utrunq; *, in ipsa diuiditur. sed nullum est continuorum, in impartibilia diuisibile. nullum autem aliud genus: potest esse inter puncta, & inter ipsa nunc. si enim erit; manifestum est quòd aut diuisibile, aut indiuisibile erit. et si diuisibile, aut indiuisibilia, aut in semper diuisibilia, hoc autem. est continuum. Manifestum autem est, quòd & om-

* a.l. unum quodq;.

ne continuum est diuisibile in semper diuisibilia. Si enim in indiuisibilia diuidetur, erit indiuisibile, indiuisibile tangens. unum enim est ultimum continuorum, & tangunt. Eiusdem autem rationis est, & magnitudinem, & tempus, & motum, ex indiuisibilibus componi, & diuidi in indiuisibilia, aut nullum. Manifestum est autem ex his si enim magnitudo ex indiuisibilibus componitur, & motus qui huius est, ex æqualibus motibus erit indiuisibilibus. Vt si magnitudo A, B, C, ex ipsis A, B, C, sit indiuisibilibus, motus in quo D, E, F, quo motũ est ipsum P, super lineam A, B, C, unamquamq; partem habet indiuisibilem. Si igitur præsente motu necesse est moueri quippiam, & si mouetur quippiam necesse est adesse motum, & moueri ipsum erit ex indiuisibilibus. Per A, igitur, motum est ipsum P, quo D, motum est motu B, uero, quo ipsum E. & ipsum C, similiter, quo F. Si igitur necesse est id quod mouetur alicunde aliquo, non simul moueri & motum esse quo mouebatur quando mouebatur (ut si Thebas quis it, impoßibile est simul ire Thebas, & iuisse Thebas) per A, igitur impartibile, motum est ipsum P, quatenus D, motus aderat. Quare, si posterius quidem transiuit quàm transibat, diuisibile utique erit *. cum enim transibat, neque quiescebat, neq; transierat, sed in medio erat. Si autem simul transit & transiuit, id quod proficiscitur cum proficiscitur, profectum eo erit & motum, quo mo-

TEX. 4.
TEX. 5.
TEX. 6.
TEX. 7.

TEX.8. uetur. Si uero per totum.A B C ; moueatur aliquid,& motus quo mouetur est D E F, per ipsum autem A, impartibile, nihil mouetur sed motum est, erit utiq; motus, non ex motibus, sed ex momentis,& moueri aliquid non motum. A, enim, transiuit non transiens. Quare erit aliquid transisse nunquam transiens. Hoc enim transiuit non transiens hoc.

TEX.9 Si igitur necesse est aut quiescere, aut moueri, omne, quiescit sane in unoquoq; eorũ quæ sunt A B C. Quare erit aliquid, quod continue quiescit simul et mouetur, per totum enim A B C, mouebatur,& quiescebat secundum quamlibet partem, quare et per totũ. Et si indiuisibilia quidẽ D E F, motus sunt, motu præsente, continget utiq; non moueri, sed quiescere. sin uero non sunt motus, motum non ex motibus esse.

TEX.10. Perinde autem necesse est atq; longitudo motusq;, indiuisibile esse tempus, componitq; ex ipsis nunc,& his quidem, indiuisibilibus. si enim omnis diuisibilis est, in minori autem tempore æque uelox transibit minus, diuisibile erit & tempus. si autem tempus diuisibile est, in quo fertur aliquid per A, & A erit diuisibile.

CAP.2. TEX.11. De magnitudine partibili cotra Zenonem.

Quoniam autẽ omnis magnitudo in magnitudines diuisibilis est (ostensum enim est quòd impoßibile est ex indiuiduis aliquod continuum esse. magnitudo autem omnis, continua est) necesse est uelocius in æquali tempore maius, & in minori æquale. & in minori plus moueri. sicut diffiniunt quidam ipsum uelocius. Sit enim ipsum in quo A, eo in quo B,

uelocius.quoniã igitur uelocius est id quod prius mutatur, in quo tempore ipsum A, mutatum est ab ipso C, in ipsum D, ueluti in tempore E G, in hoc ipsum B, nondũ erit iuxta ipsum D, sed citra erit. Quare in æquali tempore plus transit ipsum uelocius. At uero & in minori plus illo. In quo enim ipsum A, fuit iuxta ipsum D, ipsum B, tardius existens erit iuxta E. ergo, quoniam ipsum A, iuxta ipsum D, fuit toto in tempore F G, iuxta ipsum H, erit in minori, isto: & sit in tempore F K. ipsum igitur C H, quod transiuit ipsum A, maius est ipso C E, tempus aũt quod est F K, minus est toto F, G. Quare in minori, transibit maius. TEX. 12

Manifestũ autem est ex his, & quòd ipsum uelocius in minore tempore transibit æquale. Quoniam enim maiorem in minori transit quàm id quod tardius est, ipsum autem secundũ seipsum acceptum in pluri tempore maiorem minori, ut eã quæ est L, M, ea quæ est L, O, maius utiq; erit tempus Q, R, in quo L, M, transit, quàm tempus Q, S, in quo lineã L, O. Quare si tempus Q, R, minus erit tempore Q, Y, in quo id quod tardius est, transit lineam L, O, & tempus Q, S, minus est eo in quo Q, Y. nam tempore Q, R, minus est. quod autem minore minus est, & ipsum minus est. Quare, in minori, mouebitur per æquale. TEX. 13.

Amplius autem, si omne necesse quidem est, aut in æquali tempore, aut in minori, aut in pluri moueri, & id quidem quod in pluri tardius est, quod autem in æquali æque uelox, uelo- TEX. 14

cius autem neque æque uelox est neque tardius, neque utique in æquali neque in pluri mouetur ipsum uelocius. Relinquitur igitur, in minori. Quare, necesse est æqualem magnitudinem in minori tempore transire, id quod uelocius est. Quoniam

TEX. 15. Vide digressione Auer. super isto textu.

autem omnis quidem motus in tempore est, & in omni tempore possibile est moueri, omne autē quod mouetur potest & uelocius moueri & tardius, in omni tempore erit ipsum uelocius moueri, & tardius. His autem existentibus, necesse est & tempus continuum esse. Dico autem continuum id quod est diuisibile in semper diuisibilia. Tali enim supposito continuo, necesse est continuum esse tempus.

TEX. 16. Quoniam enim ostensum est, quod uelocius in minori tempore transibit æquale sit id quidem in quo A, uelocius, id autem in quo B, tardius, & sit motum id quod tardius est per magnitudinem in qua C, D, in tempore F G manifestum est igitur, quod uelocius in minori quàm hoc mouebitur per eandē magnitudinem, & sit motum in tempore F, H. Rursus autem quoniam id quod uelocius est in tempore F, H, transiuit totam lineam C, D, ipsum tardius in eodem tempore minorē transibit. Sit igitur in qua C, K. Quoniam autem ipsum, tardius quod est B, in tempore F, H, ipsam C K, transiuit, id quod uelocius est, in minori transibit. Quare iterum diuidetur tempus F, H hoc autem diuiso, & magnitudo C, K, diuidetur, secundum eandem rationem. si uero magnitudo, & tempus. Et semper hoc erit, accipientibus

cipientibus post uelocius tardius & post tardius uelocius, & eo quod demonstratum est utentibus. diuidet enim id quod est uelocius, tempus. tardius autem, longitudinem. si igitur, semper quidem uerum est conuerti, conuerso autem semper fit diuisio, manifestum est quod omne tempus continuũ est. Simul autem manifestum est, quòd & magnitudo omnis continua est. eisdem enim & æqualibus diuisionibus, & tempus & magnitudo diuiditur. Amplius autem & ex consuetis rationibus dici, manifestum est, quòd si tempus continuum est, quòd magnitudo, siquidem in dimidio tempore dimidium transit, & simpliciter in minori minus. eædẽ nãq; diuisiones erũt, et tẽporis et magnitudinis. Et si alterum infinitum est, et alterum, & ut alterum, & alterum. ut si extremis quidem infinitum est tempus & longitudo extremis. si uero diuisione, & diuisione longitudo. si autem utrisq; tempus, utrisq; et magnitudo. Quapropter & Zenonis ratio falsum accipit, non esse poßibile infinita pertransire, aut tangere infinita secundum unumquodq; finito in tẽpore. dupliciter enim dicitur & longitudo & tempus, infinitum, & omnino omne continuum, aut secundum diuisionem, aut extremis. Infinita igitur secundum quantitatem, non contingit tangere in tempore finito. quæ uero sunt infinita secundum diuisionem, contingit. etenim, ipsum tempus sic infinitum est. Quare in infinito & non finito, accidit transire infinitum, & tangere infinita, infi-

TEX. 17.

TEX. 18.

TEX. 19.

Zenonis ratio.

Continuum omne dupliciter infinitum.

nitis non finitis. Neq; ergo infinitum potest in tempore finito transire, neq; in infinito, finitum. sed si tempus quidem infinitum sit, & magnitudo erit infinita, & si magnitudo, & tempus. Sit enim magnitudo finita in quo A, B, tempus autem infinitum in quo C. Accipiatur igitur temporis aliquid finitum in quo C, D, in hoc ergo transibit aliquid magnitudinis. & sit quod transitum est in quo B, E. hoc autem, aut mensurabit id in quo A, B, aut deficiet, aut excedet. differt enim nihil.

TEX. 20 si enim semper æqualem ei quæ est B, E, magnitudinem, in æquali tempore transibit, hoc autem mensurat totum finitum, erit omne tempus in quo transiuit. in æqualia enim diuidetur,

TEX. 21. sicut & magnitudo. Amplius autem, si non omnem magnitudinem in infinito tempore transibit, sed contingit aliquam & in finito tempore transire, ut eam quæ est B, E, hæc autem mensurabit totam, & æqualem in æquali transibit. quare finitum erit et tempus. Quod autẽ non in infinito trãsibit eam quæ est B, E, manifestum est, si accipiatur altera ex parte finitum tempus. si enim in minori, partem transibit, hanc necesse est finitam esse, altero quidem termino existente. Eadem

TEX. 22. autem demonstratio est, etiam si longitudo quidẽ infinita sit, tẽpus autẽ finitum. Manifestũ est igitur ex dictis quòd neq; linea, neq; planum, neq; omnino continuorum ullum erit indiuiduum. non solum propter id quod nunc dictum est, sed & quia ae-

cidet diuidi indiuiduum. Quoniam enim in omni tēpore uelocius & tardius est, uelocius autē plus transit in æquali tēpore, contingit autem & duplū & hemioliam transire longitudinem (erit enim, hæc ratio uelocis) feratur igitur id quod uelocius est per hemioliam in eodem tempore, & diuidantur magnitudines, eæ quidem quæ uelocioris sunt in quo A B, B C, C D, in tres impartibiles, quæ uero sunt tardioris in duas in quibus E F, F G. Itaq; et tēpus diuidetur in tria impartibilia. æquale enim, in æquali tempore trāsibit. Diuidatur igitur tempus, in K L, L M, M N. Rursus autē quoniam tardius delatum est per E F, F G, igitur & tēpus diuidetur in duas partes. diuidetur ergo id quod indiuiduum est, & quod impartibile est nō in impartibili transibit, sed in pluri. Manifestum est ergo, quòd nullum continuorum est impartibile.

TEX. 23 Velocius in æquali tempore maius spatium pertransit.

Neceße autem est, & ipsum nunc, quod non secundum alterum sed per se, & primum dicitur, indiuisibile esse, & in omni tempore tale inesse. Est enim ultimum quoddam præteriti cuius uersus hæc, nihil futuri est, & rursus futuri, cuius uersus illa, nihil est præteriti. quod utrique diximus, utrorumq; esse terminum. Hoc autem si demonstretur quòd huiusmodi est, per se & idem, simul manifestum erit et quòd indiuisibile est. Neceße est igitur * idem esse, ipsum nunc, quod ultimum utrorumq; temporū est. si .n. alterū est, cōsequēter nō erit alterū alteri, propterea quòd cō

CAP. 3. TEX. 24. Diuisibile esse omne quod mouetur.

TEX. 25

TEX. 26. a.l. autem.

tinuum non est ex impartibilibus. si autem seorsum est utrunq;, inter ea erit tempus. Omne enim continuum huiusmodi est, ut aliquid sit uniuocum inter fines. At uero si tempus medium est, diuisibile erit. omne enim tempus, ostensum est, quòd diuisibile sit. Quare diuisibile erit ipsum nunc. Si autem diuisibile est ipsum nunc, erit aliquid præteriti in futuro, & futuri in præterito. secundum quod enim diuidetur, hoc terminabit præ-

TEX. 27 teritum & futurum tempus. Simul autem, nec per se erit ipsum nunc, sed per alterum. diuisio enim, non est ipsius quod per se est. Ad hæc autem, ipsius nunc, hoc quidem præteritum erit, illud autem futurum, & non semper idem præteritum, aut futurum, neq; igitur ipsum nunc, idem. Multipliciter. n.

TEX. 28. diuisibile est tempus. Quare si impoßibile est hæc inesse ipsi nunc, necesse est idem esse quod in utroq; est, nunc. At uero si idem est, manifestum est quòd & indiuisibile est. si enim diuisibile est, rursus ac-

TEX. 29 cident eadem, quæ & prius. Quod igitur sit aliquid in tempore indiuisibile, quod dicimus esse ipsum nunc, manifestum est, ex ijs quæ dicta sunt.

Quod autem nihil in ipso nunc mouetur, ex his manifestum est. Si enim est, contingit & uelocius moueri in ipso & tardius. Sit igitur ipsum nunc, in quo N. moueatur autem in ipso id quod uelocius est, per lineam A, B. ergo quod tardius est in eodem per minorem ea quæ est A, B, mouebitur, ut per A, C. Quoniam autem tardius in toto ipso nunc

motum est per A,C, uelocius in minori, quàm hoc mouebitur. quare diuidetur, ipsum nunc. sed erat indiuisibile. Non ergo est moueri, in ipso nunc.

At uero, neq; quiescere. Quiescere enim dicebamus id, quod aptum est natura moueri, & non mouetur quando aptum natura est, & ubi, & quo pacto. Quare quoniam in ipso nunc nihil aptũ est natura moueri, manifestum est, quod neq; quiescere. Amplius si idem nunc in utrisq; temporibus est, contingit autem in hoc quidem moueri, in illo autem quiescere toto, id autem quod in toto mouetur tempore, in quouis mouebitur eorum quæ huius sunt secundum quòd aptum est natura moueri, & quiescens similiter quiescet, accidet idem simul quiescere & moueri. idem enim ultimum temporum utrorumq;, ipsum nunc est. Amplius autem, quiescere quidem dicimus id, quod similiter se habet & ipsum & partes, nunc & prius. in ipso autem nunc, non est prius, quare neque quiescere. Necesse est ergo, & moueri id quod mouetur, in tempore, & quiescere id quod quiescit. Quod autem mutatur, omne, diuisibile esse necesse est. Quoniam enim quodam in quoddã omnis mutatio est, & cum quidem est in hoc in quod mutatum est, non amplius mutatur. cum autem est in eo ex quo mutatur, & ipsum, & partes non mutantur. quod enim similiter se habet, & ipsum, & partes, id non mutatur. necesse est igitur, hoc quidem aliquid eius quod mutatur, in hoc esse, aliud uero in

TEX. 30. Quid est quiescere.

TEX. 31.

TEX. 32

Vide quæstionem Auer. cũ eius digressione sup isto tex.

altero. Neque enim in utrisque, neque in neutro totum esse possibile est. dico autem in quod mutatur primum secūdum mutationem, ut ex albo fuscum, non nigrum. nō enim necesse est id quod mutatur, in utrouis esse extremorū. Manifestum igitur est, quòd omne id quod mutatur, erit diuisibile.

CAP. 4. TEX. 33 *Duplicem esse motus diuisionem.* *Motus autem est diuisibilis, dupliciter. uno quidem modo, tempore, alio uero secundū motus partium eius quod mouetur: Vt si ipsum* A C, *moue-tur totum, & A B, mouebitur, &* B C. *Sit igitur ipsius quidem* A B, *motus* D E, *ipsius autem* B C, E F, *motus partium. necesse est igitur totum in quo* D F, *ipsius* A C, *esse motum. mouebitur enim secundum hunc, quippe cum utraq; partium moueatur secundum utrunque. Nihil enim* *, *mouetur secundum alterius motum. Quare totus motus, totius est magnitudinis motus.* (*a.l. autem*)

TEX. 34 *Amplius autem, si omnis quidem motus alicuius est, totus autem motus in quo* D F, *neque partium est alterius (partis enim uterq; est, neque ullius alius. cuius enim totus, totius, & partes partium sunt. partes autem motos* D F, *sunt partium* A B C, *& non aliarum: plurium enim, non est unus motus) & totus utiq; erit magnitudinis* A B C.

TEX. 35. *Amplius autem si est quidem totius motus alius ut in quo* H I, *remouebuntur ab eo utrarumq; partium motus. hi autem, æquales erunt motibus* D E, E F. *unus enim unius est motus. Quare si totus quidem diuidetur, qui est* H I, *in partium motus, æqualis erit*

HI, motui DF. Si uero superest aliquid, ut KI, hic nullius erit motus. neque enim totius, neque partium: propterea quòd unius unus est, neque alterius ullius. continuus enim motus, est continuorum quorundam. Similiter autem est, & si excedit secundum diuisionem. Quare si hoc impoßibile est, necesse est eundem esse & æqualem. Hæc igitur diuisio, secundum partium motus est, & necesse est cuiusuis partibilis, ipsam eße. Alia autem, est secundum tempus. Nam cum omnis motus in tempore sit, tempus autem omne diuisibile sit, in minori autem minor motus sit, necesse est omnem motum diuidi secundum tempus. Quoniam autem omne quod mouetur in aliquo mouetur, & tempore quodam, & omnis eius quod mouetur, est motus, necesse est easdē esse diuisiones, & temporis, et motus, & ipsius moueri, & eius quod mouetur, & eius in quo motus est. Verum non omnium similiter, in quibus motus est. sed quantitatis quidem, secundum se, qualitatis autem, secundum accidens. Accipiatur enim tempus in quo mouetur, in quo A, & motus, in quo B. Si igitur secundum totum motum, in toto tempore est motum, in dimidio, secundum minorem. & rursus hoc diuiso, secundum minorem hoc, & semper sic. Similiter autem & si motus diuisibilis sit, & tempus diuisibile. Si enim toto in toto, dimidio in dimidio. Et rursus minore, in minore. Eodem autem modo, & ipsum moueri di-

TEX. 36 (beside "Hæc igitur diuisio")

TEX. 37. (beside "nem motum diuidi")

TEX. 38 (beside "nore. Eodem autem")

uidetur. Sit enim in quo C, ipsum moueri. secundum igitur dimidium motum, minus erit toto, & rursus secundum dimidij dimidium. & sic semper

a.l. si sic semper. * Est autem & cum quis designauerit, ipsum secundum utrunq; motuum moueri ut secundum D C, & C E, dicere, quòd totum erit secundum totum si enim aliud, plura erunt moueri secundum eundem motum sicut determinauimus & motum diuisibilem in partium motus, esse. accepto enim ipso moueri secundum utrunq;, continuum erit

TEX. 39 totum. Similiter autem demonstrabitur & longitudo diuisibilis, & omnino omne illud in quo est mutatio. Verum quædam, secundum accidens, quoniam id quod mutatur, est diuisibile uno enim diuiso, omnia diuidentur. & in hoc quod ipsa finita esse, aut infinita, similiter se habebit in omnibus. sequutum est aũt maxime hoc, diuidi omnia & infinita esse, ab eo quod mutatur. statim enim inest ei quod mutatur, diuisibile, et infinitum. Diuisibile igitur, ostensum est prius, infinitum au-

CAP. 5. tem, in sequentibus erit manifestum. Quoniam

TEX. 40 autem omne quod mutatur ex quodam in quoddã

De eius qđ mutatur et principio et termino. mutatur, necesse est id quod mutatum est, quando primũ mutatum est, esse in quo mutatum est. quod enim mutatur, ab eo ex quo mutatur discedit, aut relinquit ipsum. & aut idem est mutari & relinquere, aut relinquere sequitur mutari, reliquisse autẽ mutatum esse. similiter enim, utrunque se habet ad utrunque: Quoniam ergo una mutationum

TEX. 41

ſecundum contradictionem eſt, quando mutatum eſt ex eo quod non eſt, in id quod eſt, dereliquit id quod non eſt, erit igitur, in eo quod eſt Omne .n. neceſſe eſt, aut eſſe aut nō eſſe. Manifeſtū igitur eſt, quòd in mutatione ſecūdū cōtradictionē, quod mutatum eſt, erit in quo mutatum eſt. ſi autem in hac, & in alijs. ſimiliter enim in una, & in alijs. Amplius, & per ſe unamquamque accipientibus TEX. 42. *manifeſtū eſt; neceſſe eſt id quidem quod eſt mutatum, ex quo mutatum eſt, eſſe alicubi, aut in alio. Quoniā enim ex quo mutatum eſt reliquit, & neceſſe eſt eſſe alicubi, aut in hoc aut in alio erit. ſi igitur in alio, ut in ipſo C, quod in ipſum B, mutatum eſt, rurſus ex ipſo C, mutatur in ipſum B; non enim erat contiguum ipſi B. mutatio enim, continua est. Quare quod mutatum est, quādo mutatum est, mutatur in quod mutatum est. hoc autē, est impoßibile. neceſſe est ergo quod mutatū eſt, eſſe in hoc, in quod mutatum est. Manifestum* TEX. 43. *igitur est, quòd & id quod factum est, cum factū eſt erit. & id quod corruptum est, cum corruptū est, non erit. Nam & uniuerſaliter dictum eſt de omni mutatione, & maxime est manifestum in ea quæ est ſecundum contradictionem. Quod igitur id quod mutatum est cum mutatum est primum, in illo est, manifestum est. In quo autem primo* TEX. 44 *nunc, primum mutatum est id quod mutatum est; neceſſe est impartibile eſſe. dico autem primum, quod non propterea quòd alterum aliquid ipſius*

primum sit, huiusmodi est. Sit igitur diuisibile ipsum A C, & diuidatur secundum B. Si igitur in A B, mutatum est, aut rursus in B C, non utique in primo quod est A C, mutatum erit. si autē in utroque mutabatur (necesse est enim, aut mutatum esse, aut mutari in utroque) & in toto utique mutabatur. at erat mutatum. Eadem ratio autē est, & si in hoc quidem mutatur, in hoc autem mutatum est, erit enim aliquid, primo prius. quare non erit utique diuisibile, illud in primū, in quo mutatū est.

TEX. 45. *Manifestum est igitur, quòd & id quod corruptum est, & quod genitum est, in impartibili illud quidem corruptum, hoc autem genitum. Dicitur autē id, in quo primo mutatū est, dupliciter. Aliud quidem, in quo primo perfecta est mutatio. tunc enim; uerum est dicere quod mutatum est. Aliud*

Id in quo primo quippiam est mutatum, bifariam dici.

TEX. 46 *uero, in quo primo cœpit mutari. Quod igitur circa finē mutationis primum dicimus, existit, et est. contingit enim perfici mutationem. et est mutationis finis; qui iam & ostensus est indiuisibilis esse, propterea quod finis est. Quod autem secundum principium est, omnino non est. non enim est principiū mutationis, neque id temporis in quo primo mutabatur; Sit enim primum, in quo A D. hoc igitur, indiuisibile quidem non est. accidet enim, contigua esse ipsa nunc. Amplius si in C A, tempore toto quiescit (ponatur enim, quiescens) & in A, quiescet. Quare si impartibile est A D, simul quiescet, & mutatum erit. nam in A, quiescit, in D, autem.*

Quoniam autem non est impartibile: necesse est diuisibile esse. et in quauis partium huius, mutatum esse. diuiso .n. ipso A D, si in neutra quidem mutatum est, neque in ipso toto. si uero in ambabus mutatur, & in toto. si autem in altera mutatum est, non in toto primo. quare necesse, in quauis mutatum esse. Manifestũ igitur est, quod nõ est, in quo primo mutatum est. infinitæ enim, diuisiones sunt; Neq; igitur, eius quod mutatum est aliquid primum est, quod mutatum sit. Sit enim D F, primum mutatũ ipsius D E. omne enim quod mutatur, diuisibile esse demonstratum est. Tempus autem in quo ipsũ D F, mutatum est, sit in quo H I. si ergo in toto, ipsum D F, mutatum est, in dimidio minus erit id quod mutatum est, & prius ipso D, F. & rursus hoc aliud, & illo aliud, & semper sic. Quare eius quod mutatur, nihil erit primum quod mutatum est. Quod igitur neq; eius quod mutatur, neq; in quo mutatur tempore primum quicquam sit; manifestum est ex ijs quæ dicta sunt. illud autem quod mutatur, aut id secundũ quod mutatur; nõ amplius similiter se habebit. tria nãq; sunt quæ esse dicũtur in mutatione, & quod mutatur, et in quo, et secũdũ quod mutatur. ut homo, & tẽpus, et albũ. homo igitur et tẽpus, diuisibilia sunt. de albo aũt, alia ratio est. uerũ, secũdũ accidẽs quidẽ oĩa diuisibilia sunt. cui .n. accidit quale aut album, illud diuisibile est. quoniã neq; in ijs erit primum, quæ quidem secundũ se dicuntur diuisibilia, et nõ secũdũ accidẽs,

TEX. 47.

TEX. 48.

TEX. 49.

Tria in mutatione.

ut in magnitudinibus. Sit enim in quo A B, magnitudo, & moueatur ex B, in C, primum. igitur, si indiuisibile quidem erit B C, impartibile impartibili erit cõtiguũ. si uero diuisibile, erit aliquid, ipso C, prius in quod mutatum est, & illo rursus aliud, & semper sic. propterea quòd nũquàm deficit diuisio. Quare non erit primum, in quod mutatum est, Similiter autem est, & in quanti mutatione. etenim hæc, in continuo est. Manifestum igitur est, quòd in solo motu qui secundum quale est, contingit indiuisibile per se, esse. Quoniam autem omne quod mutatur, in tempore mutatur, dicitur autem in tempore mutari & ut in primo, & ut secundum alterum, ut in anno, quia in die mutatur, in quo primo tempore mutatur id quod mutatur, in quauis huius parte mutari neceße est. manifestum est igitur, & ex diffinitione. primum enim, sic dicebamus. Sed et ex his; manifestum est. Sit. n in quo primo mouetur id quod mouetur, in quo Y R, & diuidatur secundum K. omne enim tempus diuisibile est. In tempore autem Y K, aut mouetur, aut non mouetur. & rursus in tempore K R, similiter. Si igitur in neutro mouetur, quiescet utique in toto. moueri enim, id quod in nulla partium huius mouetur: impoßibile est. si uero in altera sola mouetur, non utiq; in primo mouetur quod est Y R. secundum enim alterum, motus est. neceße est igitur, in quouis ipsius Y R, motum esse.

TEX. 50 CAP. 6 *Quicquid mutatur, prius etiam & infinite mutatũ esse necesse.*

TEX. 51

TEX. 52. Hoc autem ostenso, manifestum est, quòd omne

quod mouetur, necesse est motū esse prius. Si enim in Y R, tempore primo, magnitudo K L, mota est, in dimidio, quod æque uelociter mouetur & simul incœpit, per dimidium erit motum. Si autē æque uelox in eodem tempore motum sit aliquid; & alterum necesse est per eandē motum esse magnitudinem. quare motum erit. id quod mouetur. Amplius autem si in toto tempore Y R, motum esse dicimus, aut omnino, aut in quouis tempore, ex eo quia accepimus ultimum ipsius nunc, (hoc enim est id quod terminat, & medium ipsorum nunc, tempus est) & in alijs utiq; similiter dicetur motum esse. dimidij autem ultimum; diuisio est. quare & in dimidio motum erit, et omnino in quauis partiū. semper enim simul cum ipsa diuisione, tempus est terminatum ab ipsis nunc. Si igitur omne quidem tempus diuisibile est, quod autem est inter ipsa nunc, tempus est, omne quod mutatur, infinities mutatum erit. Amplius autem si id quod continue mutatur, et neq; corruptū est neq; cessauit a mutatione, aut mutari, aut mutatum esse, necesse est in quouis, in ipso autem nunc non est mutari; necesse est mutatum esse secundum unumquodq; ipsorum nunc. Quare si ipsa nunc infinita sunt, omne quod mutatur, infinite erit mutatum. Non solum autem id quod mutatur necesse est mutatum esse, sed etiam mutatum necesse est mutari prius. omne enim quod ex quodam in quiddam mutatum est, in tempore mutatum est. Sit enim, in ipso nunc,

TEX. 53.

TEX. 54.

TEX. 55.

ex A, in B, mutatum. ergo in eodem quidem nunc in quo est, in ipso A, non mutatum est. simul enim erit in ipso A, et in ipso B. quod enim mutatum est, quando mutatum est quòd nō est in hoc, ostensum est prius. si uero in alio est, in medio est tempus.
TEX. 56. non enim contigua sunt, ipsa nunc. Quoniam igitur in tempore mutatum est, tempus autem omne diuisibile. in dimidio aliud erit mutatum, & rursus in illius dimidio aliud, & semper sic. quare mutaretur utiq; prius. Amplius autem in magnitudi-
TEX. 57 ne manifestius est quod dictum est: propterea quòd cōtinuum est magnitudo, in qua mutatur id quod mutatur. Sit enim mutatum ex C, in D. Ergo si indiuisibile quidem est ipsum C, D, id quod impartibile est, impartibili erit contiguum. Quoniam autem hoc impoßibile est: necesse est magnitudinē esse id quod est inter, & in infinita esse diuisibile. Quare, in illa mutatur prius. necesse est ergo omne quod mutatum est, mutari prius. Ea-
TEX. 58. dem enim demonstratio est, & in non continuis. ut & in contrarijs, & in contradictione. Accipiemus enim tempus, in quo mutatum est, & rursus eadem dicemus. Quare necesse est id quod mutatum est, mutari, & quod mutatur, mutatum esse. & est, ipso quidem mutari, mutatū esse prius: ipso aūt mutatum esse, mutari, et nunquam accipietur primū. causa autē huius est, non esse impartibile impartibili contiguū. in infinitū .n. diuisio fit, ut in ijs quæ
TEX 59 augentur & diminuuntur lineis. Manifestum est

igitur quòd & id quod factum est, necesse est fieri prius, & quod fit, factum esse, quæcunq; diuisibilia & continua sunt. non tamen semper id quod fit, sed aliud aliquando, ut illius aliquid sicuti fundamentũ domus. similiter autem, & in eo quod corrũpitur, et eo quod corruptum est. statim enim inest, ei quod fit, et quod corrumpitur, cum sit continuũ, infinitum quoddam. & non est, aut fieri non factũ aliquid, aut factum esse quod non fit aliquid. similiter autẽ, et in ipso corrumpi, & in corruptũ esse. semper enim est ipso corrumpi, corruptũ esse prius. ipso autem corruptum esse, corrumpi. Manifestum est igitur, quòd & id quod factum est, necesse est fieri prius, & quod fit, factum esse. omnis.n.magnitudo, & omne tempus, semper diuisibilia sunt. Quare in quocunq; sit, non erit utiq; ut primo.

Vide quæstionem Auerro. super isto tex.

Quoniã aũt omne id quod mouetur in tempore mouetur, & in pluri maior magnitudo, in infinito tẽpore impoßibile est per finitã moueri nõ eãdem semper, & illius aliquid quod mouetur, sed in toto totã. Quod igitur si quid moueatur æque uelociter, necesse est finitum in finito moueri: manifestũ est. accepta.n.parte quæ mensurabit totam, in tot æqualibus tẽporibus quot partes sunt ꝑ totã motũ est. Quare, quoniã hæ finitæ sunt, & quanto unaquæq;, & numero omnes, & tempus utiq; erit finitum. toties enim erit tantum, quantum partis tempus multiplicatum secundum multitudinẽ partium. Sed & si non æque uelociter, refert nihil.

CAP. 7 TEX. 60.

Tẽpore infinito nihil moueri neque quiescere.

TEX. 61.

Sit enim in qua A, & B, spacium finitum, per quod motum sit in infinito tempore, & tempus infinitum, in quo C, D. Si igitur necesse est prius per alterum altero motum esse. hoc autem manifestum est quòd temporis in priori & posteriori, per alterum est motum. semper enim in pluri, per alterum erit motum siue aeque uelociter, siue non aeque uelociter mutetur, siue intendatur motus, siue remittatur siue maneat nihilo minus. Accipiatur igitur spacij A B, aliquid quod sit A E, quod mensurabit A, B. Haec itaque pars, infiniti in quodam absoluta est tempore. in infinito enim non est possibile. totum enim in infinito. Et rursus, alteram si cepero tantam quanta est A E, necesse est in finito tempore. totum enim in infinito, & sic accipiendo. Quoniam autem, infiniti quidẽ nulla pars est quae mensuret (impossibile enim est infinitum esse ex finitis aequalibus & inaequalibus, propterea quod mensurabuntur quae finita sunt, multitudine & magnitudine à quodam uno, siue aequalia sint, siue inaequalia. definita autem magnitudine, nihilo minus spacium autem finitum, quantis A E, mensuratur) in finito tempore A B, mouebitur. Similiter autem, & in quiete. Quare, neque fieri neque corrumpi possibile est semper, aliquid unum & idem.

T ex. 62. *Eadem autem ratio est, et quòd neque infinito tempore per infinitum possibile est moueri, aut quiescere, siue regulariter moueatur, siue irregulariter accepta enim quadam parte, quae metietur totum*

tum tempus, in hac quantum aliquod pertransibit ipsius magnitudinis, & non totam. in toto enim, totam. & rursus in æquali, aliam. & in unoquoq; similiter, siue æqualis sit, siue inæqualis ei quæ est a principio refert autem nihil, dummodo sit finitum quoddam, unaquæq; manifestum enim est, quòd cõsumpto tempore infinitum non consumetur, finita diuisione, & quanto & numero ablatione facta. Quare non transibit in tempore finito, infinitum. nihilq; refert magnitudinem, uersus alteram, aut uersus utranque partem, esse infinitam. eadem enim erit ratio. His autem demonstratis, manifestum est, quod neq; finitam magnitudinem infinitum contingit transire in finito tempore, propter eandem causam. In parte enim temporis, finitam transibit. & in unaquaq; similiter. quare in toto, finitam. Quoniam autem finitum non transibit infinitam in finito tempore: manifestum est, quòd neq; infinitum finitam. si enim infinitum, finitam: necesse est & finitam, transire infinitum. nihil enim refert, utrumuis esse id quòd moueatur. utroque enim modo, finitum transibit infinitum. Cum enim mouetur infinitum, in quo est A, erit aliquid ipsius secundum B, finitum, ut C, D. & rursus aliud & aliud, & semper sic. Quare similiter accidet infinitum motum esse per finitum, & finitum transisse infinitum. neque enim fortaßis poßibile est aliter infinitum moueri per finitum, quàm quòd finitũ trãseat TEX. 63. TEX. 64.

infinitum, aut latione utendo, aut mouendo. quare, quoniam hoc impoßibile est, non transibit infinitum, finitum.

TEX. 65. *At uero neq; infinitum, in finito tempore transibit infinitum. si enim infinitum, & finitum. inest enim infinito & finitum. Amplius autem & tempore accepto, eadem erit demonstratio.*

TEX. 66. *Quoniam autem neq; finitum infinitum transibit, neq; infinitum finitum, neq; infinitum in finito tempore mouetur; manifestum est, quòd neq; motus erit infinitus in finito tempore. quid enim refert, motum aut magnitudinē infinitā facere? necesse. n. est utrumuis et alterum, esse infinitum. omnis enim*

CAP. 8. TEX. 67. *latio, in loco est. Quoniam autem omne, aut mouetur, aut quiescit quod aptum natura est, quando aptum est, & ubi, & quo pacto; necesse est omne quod stat cum stat, moueri. si enim non mouetur, quiescet. sed non contingit, ut ad quietem tendat quiescens.*

Omne quod stat, cū stat moueri.

TEX. 68. *Hoc autem demonstrato, manifestum est, quòd & in tēpore stare necesse est. quod. n. mouetur, in tempore mouetur. quod autem stat, ostensum est moueri. quare necesse est, in tempore stare. Amplius autem si uelocius quidem & tardius in*

TEX. 69. *tempore dicimus, stare autem est uelocius & tardius. In quo autem tempore primo id quod stat,*

TEX. 70. *stat: in quouis huius necesse est stare. Diuiso enim tempore si in neutra quidem partiū stat, neq; in toto. quare non utiq; stat id quod stat. sin uero in altero, nō utiq; in primo toto stat. secundū enim utrūque in hoc stat, sicut dictum est, & in eo quod mo-*

uetur, prius. *Vt autem id quod mouetur non est in quo primo mouetur, sic neq; in quo stat id quod stat. Neq; enim ipsius moueri, neq; ipsius stare, aliquid est primum. Sit enim in quo primo stat, in quo A, B. hoc igitur, impartibile quidem non contingit esse. motus .n. nõ est in impartibili, propterea quòd motum est aliquid ipsius, quod autem stat, demonstratum est moueri. At uero, si diuisibile est, in quauis partium ipsius stat. hoc enim ostensum est prius, quòd in quo stat primo, in quauis parte illius stat. Quoniam ergo tempus est in quo primo stat, & non impartibile est, omne autem tempus in infinita diuisibile, non erit in quo primo statur.* TEX. 71. *Neq; igitur, quiescens quando primum quieuit est. in impartibili enim non quieuit, propterea quòd non est motus in impartibili. In quo autem est ipsum quiescere, & ipsum moueri. Tunc enim dicimus quiescere, quando & in quo aptum natura est moueri, non mouetur id quod aptum natura est.* TEX. 72 *Amplius autem & tunc dicimus quiescere, cum similiter se habet nunc & prius, tanquam non uno quodam diiudicantes sed duobus minimis.* TEX. 73. *Quare non erit in quo quiescit, impartibile. si uero partibile est, tẽpus utiq; erit, & in quauis ipsius partium quiescet. eodem enim modo demonstrabitur, quo & in prioribus.* 2. .i. huius autem. *Quare nihil primum erit. hæc autẽ * causa est, quia quiescit quidem, & mouetur omne, in tempore. tempus autem non est primum, neq; magnitudo, neque omnino ullum continuum, omne*

TEX. 74. enim, in infinita partibile est. Quoniã autem omne quod mouetur in tempore mouetur, & ex quodã in quoddam mutatur, in quo tempore mouetur secundum se, & non quia in illius aliquo, impoßibile est tunc secundum aliquid esse primum quod mouetur, quiescere enim, est in eodem esse, tempore aliquo & ipsum & partium unamquamq;. sic. n. dicimus quiescere, quando in alio & alio nunc, uerum sit dicere, quòd in eodem & ipsum & partes sunt. Si autẽ hoc est quiescere, non cõtingit id quod mutatur secundum aliquid esse totum secundũ primum tẽpus. tempus enim omne, diuisibile est. Quare in alia & alia ipsius parte, uerum erit dicere, quòd in eodem sit & ipsum & partes. si uero non sic est, sed in uno solo nunc, est, non erit tempore ullo secundum aliquid, sed secundum terminum tẽporis. in ipso autem nunc, est quidem semper secundum aliquid manens, non tamen quiescit. neq; enim moueri, neque quiescere est in ipso nunc; sed non moueri quidem uerum est in ipso nunc, & esse secundum aliquid. in tempore autem non contingit esse, secũdũ quod quiescit. accideret enim id quod fertur quiescere. Zeno aũt, male ratiocinatur. Si. n.

CAP. 9 TEX. 75. Motum non esse, Zenonis rationes, earundemque solutiones.

semper (inquit) quiescit omne aut mouetur cum est secundum æquale, est autem semper id quod fertur in ipso nunc secundum æquale, immobilem eam esse sagittam quæ fertur. Hoc autem, falsum est. non. n. componitur tempus ex ipsis nunc indiuisibilibus, sicut nec alia magnitudo ulla. Quatuor autem

ſunt rationes de motu, Zenonis, ingerentes diffi- TEX.76
cultatem ſoluentibus. Prima quidẽ eſt ea quæ de ip TEX.77.
ſo non moueri eſt, propterea quòd prius ad me- Zenonis Prima ratio.
dium oportet peruenire id quod fertur, quàm ad finem. de qua diuiſimus in prioribus rationibus.
Secunda autem, ea quæ uocatur Achilles. Eſt au- TEX.78
tem hæc, quòd tardius nunquam apprehendetur Secunda ratio.
currens a uelociſſimo, ante enim neceſſe eſt erat perſequens, unde mouit fugiens. Quare ſemper aliquo id quod tardius eſt, antecedere, neceſſe eſt.
Eſt autem & hæc ratio, eadem illi quæ in duo TEX.79.
æqualia fit ſectioni, differt autem in diuidendo non in duo acceptam magnitudinem. Non attingi igitur tardius, accidit ex ratione. Fit autem propter idem, cum bipartitione. in utriſq; enim accidit, non peruenire, ad terminum diuiſa quodammodo magnitudine. Sed additur in hac, quòd neque uelociſſimum tragice dictum, in perſequendo tardius. quare neceſſe eſt, & ſolutionem eſſe eandem. Putare autem, quòd præcedens non attingitur, falſum eſt. cum enim præcedit, non attingitur, ſed tamen attingetur, ſi oporteat tranſire finitum. hæ igitur ſunt, rationes duæ. Tertia autem, quæ TEX.80.
nũc dicta eſt, quòd ſagitta quæ fertur ſtat. Accidit Tertia ratio.
autem, propterea quòd ſumit tẽpus componi ex ipſis nunc. nõ dato enim hoc, nõ erit collectio. Quarta autem, ea quæ de iis eſt, quæ in ſtadio mo- TEX.81.
uentur e contrario, æqualibus magnitudinibus Quarta ratio.
iuxta æquales: his quidem a fine ſtadij, illis uero

a medio, æquali uelocitate, in quo accidere putat,
TEX. 82 æquale esse tempus dimidium duplo. Est autem deceptio in eo, quòd hoc quidem iuxta quod mouetur, illud autem iuxta id quod quiescit per equalē magnitudinem censet, æquali uelocitate, æquali tēpore, ferri. hoc autem, falsum est. Vt sint stantes æquales magnitudines, in quibus A, A, A, A. aliæ autem, in quibus ipsa B, B, B, B, incipientes a medio ipsorum A, æquales secundum numerum his & magnitudinem. Aliæ autem, in quibus ipsa C, C, C, C, ab ultimo æquales his numero & magnitudine, & æque ueloces ipsis B. Accidit igitur primum B, simul in ultimo esse, & primum C, eorum quæ iuxta seinuicem mouentur. Accidit igitur ipsum C, iuxta omnia ipsa A, transisse. Ipsa autem B, iuxta dimidiū ipsorum. Quare & medium esse tempus. æquali. n. utrunq; est iuxta unumquodq;. Simul autem accidit ipsa B, iuxta omnia C, transisse. Simul enim erit primum C, & primum B, in contrarijs ultimis, æquali tempore motum iuxta unumquodq; ipsorū B, quanto circa unumquodq; ipsorum A, ut inquit, propterea quòd utrunq; æquali tempore iuxta ipsa A, sunt. Ratio igitur, hæc est. accidit autem, ob
TEX. 83. id quod dictum est falsum. At uero secundum eam quæ in contradictione est mutationem, nibil nobis erit impoßibile. Vt si ex non albo in album mutatur & in neutro est; sic utique, neque album est, neque nō album. non enim, si non totum in utrouis fit, non dicetur album aut non album. album

*enim dicimus aut non album, non quia totum sit huiusmodi, sed quia plurimæ aut maxime præcipuæ partes. non idem autem est, & non esse in hoc, & non esse in hoc totum. Similiter autem, & in eo quod est, & in eo quod non est, & in alijs quæ secundum contradictionem sunt, erit. non enim ex necessitate *, in altero oppositorum. in neutro autem, totum semper. Rursus in circulo & in sphæra; & omnino ijs quæ in seipsis mouentur, quoniam accidet ipsa quiescere. in eodem enim loco, secundum tempus quoddam erunt, & ipsa, & partes. quare, quiescent simul, & mouebuntur. Primo namque, partes non sunt in eodem ullo tempore. Deinde, & totum semper mutatur in alterum. non enim eadem est ea quæ ab ipso A, sumitur circunferentia, & ea quæ ab ipso B, & quæ ab ipso C, & aliorum unoquoq; signorum. nisi ut musicus homo & homo, quia accidit. Quare mutatur semper altera in alteram, & nunquam quiescet. Eodem autem modo, & in sphæra, & ijs quæ in seipsis mouentur. Demonstratis autem his, dicimus quòd id quod impartibile est, non contingit moueri. nisi secundum accidens, ut corpore moto, aut magnitudine in qua est. sicuti si id quod in naui est, moueatur nauis motu. aut pars, totius motu moueatur. Impartibile autẽ dico id, quod est secundum quantum indiuisibile: etenim partium motus, alteri sunt, & secundum ipsas partes, & secundum totius motum. uiderit autem aliquis, & in sphæra maxime, differen-*

a. l. erit enim ex necessitate,

TEX. 84

TEX. 85.

TEX. 86.

CAP. 10

Impartibile non nisi secundum accidens mutari.

Vide dubitationem Auer. super ipso tex. tiam.non enim eadem uelocitas erit & partiũ quæ sunt iuxta centrum & quæ extra, & totius, tanquam non uno existente motu. Vt igitur diximus, sic quidem contingit moueri id quod impartibile est, ut is qui in naui sedet naui currente. per se autem non contingit. Mutetur enim ex A B, in B C,

TEX. 87. siue ex magnitudine in magnitudinem, siue ex specie in speciem, siue secundum contradictionem. Tempus autem sit, in quo primo mutatur, in quo D. Ergo necesse est ipsum eo quo mutatur tempore, aut in A B, esse, aut in B C. aut aliud quidem quid huius, in hoc; aliud autẽ quid, in altero. omne enim quod mutatur, sic se habebat. in utroque igitur, non erit aliquid ipsius. partibile enim erit. At uero, neque in B, C. mutatum enim erit, supponitur autem mutari. Relinquitur igitur, ipsum in A, B, esse, eo quo mutatur tempore. quiescet ergo. in eodem enim esse tempore quodam, quiescere

TEX. 88. est. Quare non contingit, id quod impartibile est, moueri aut omnino mutari. unice enim hoc pacto esset ipsius, motus, si tempus esset ex ipsis nunc. semper enim in ipso nũc, motum esset et mutatum, ut moueatur quidem nunquam, motum autem sit semper: hoc autem quòd impoßibile sit, demonstratum est & prius. neq; enim ex ipsis nunc est tempus, neq; linea ex punctis, neque motus ex momentis est. nihil enim aliud facit hoc dicens, quàm motum ex impartibilibus. sicut si tempus ex ipsis nunc, aut magnitudinem ex punctis. Amplius

autem, & ex his manifestum est, quòd neq; punctũ, neq; aliud indiuisibile ullum contingit moueri. omne enim quod mouetur, impoßibile est prius per maius moueri seipso, quàm aut per æquale, aut minus. si autem hoc; manifestum est, quòd & punctum per minus, aut æquale mouebitur primum. Quoniã autem indiuisibile est, impoßibile est minus moueri prius. per æquale ergo, sibi ipsi. quare, erit linea ex punctis. semper enim cum per æquale mouetur, omnem lineam, punctum mensurabit. si autem hoc impoßibile est, & moueri indiuisibile impoßibile est. Amplius autem, si omne in tempore mouetur, in ipso autem nunc nihil, omne autem diuisibile tempus est, erit aliquod tẽpus minus quouis eorum quæ mouetur, in quo mouetur per tantũ quantum ipsum est. Hoc igitur, erit tempus in quo mouetur, propterea quòd omne, in tempore mouetur. tempus autem omne, diuisibile esse, demonstratum est prius. Si ergo punctum mouetur, aliquod erit tempus minus, in quo ipsum motum est. sed impoßibile est. in minori enim, per minus necesse est moueri. quare erit diuisibile, id quod indiuisibile est in minus, sicuti & tempus in tempus. Vnico enim modo moueretur, id quod impartibile est, & indiuisibile; si esset in ipso nunc impartibili moueri poßibile. eiusdem enim rationis est, in ipso nunc moueri, & indiuisibile quid moueri. Mutatio autem, nulla est infinita. omnis enim est ex quodam in quiddam, & ea quæ est in contradictione, &

TEX. 89 · TEX. 90 · TEX. 91

quæ eſt in cõtrarijs. Quare earum quæ ſecundum contradictionem ſunt, affirmatio & negatio terminus eſt ut generationis quidem, id quod eſt, corruptionis uero, id quod non eſt. earum autem quæ ſunt in contrarijs, ipſa contraria. hæc enim, ſunt extrema mutationis. quare & alterationis omnis (ex contrarijs enim, quibuſdam eſt alteratio) ſimiliter autem & augmentationis et diminutionis. augmentationis enim terminus, eſt qui ſecundum naturam propriam eſt perfectæ magnitudinis. diminutionis uero, huius remotio.

Terminus augmenti quis.

TEX. 92. Latio autem, ſic quidem non erit finita. nõ enim omnis, in contrarijs eſt. ſed quoniam impoſſibile eſt diuiſum eſſe ſic ex eo, quia non contingit eſſe diuiſum (multipliciter enim dicitur, impoßibile) diuidi nõ cõtingit id quod ſic impoßibile eſt diuidi. nec omnino quod impoßibile eſt fieri fieri; neque quod mutari impoßibile eſt, continget utiq; mutari in id in quod poßibile eſt mutari.

TEX. 93. Si ergo id quod fertur, mutetur in aliquid, & poßibile erit mutari. Quare non eſt infinitus motus, neque feretur infinito motu. impoßibile enim eſt, tranſire illum. Quod igitur ſic non eſt infinita mutatio ut non finiatur terminis; manifeſtum eſt.

TEX. 94. Sed ſi eſſe poßit ſic, ut tempore ſit infinita, una & eadem exiſtens; conſiderandum eſt. nam una quidem ſi non fiat, nihil fortaßis prohibet. ut ſi poſt lationem alteratio ſit, & poſt alterationem augmentatio, & rurſus generatio. ſic enim, ſemper quidem erit

tempore motus, sed non unus, propterea quòd non est unus ex omnibus. Vt autem fiat unus, non contingit infinitum esse tempore, præter unum. hic autem, est unus ipsa circularis latio.

SEXTI LIBRI FINIS.

IN PHISICAE ACROASEOS LIBRVM SEPTIMVM.

Raphaelis Volaterrani Argumentum.



LIBRO septimo de motu prosequitur, quem ad mobile motoremq; applicat. Primum namq; de primo mobili, postea de motore primo. Dicit esse necesse, omne quòd mouetur, ab aliquo moueri. deinde, posse aliquid moueri à seipso. quod dupliciter intelligendũ: aut ad actum primum, id est, vt de non esse transeat ad esse: aut ad actum secundum, id est, de non agere ad agendum. Ad actum namque primum nihil seipsum mouet: quoniam nihil producit seipsum. Ad energiam vero secundam potest aliquid mouere seipsum, non solum ex accidente, vt cum vehitur quis, nauim aut equum ipse mouet: sed etiam per se, vt de grauibus & leuibus patet. Deinde non esse processum in infinitum in mouentibus & motis, sed ad vnum mobile vltimum veniendum, & ad vnum vltimo mouentem. Deinde monstrat, quod omne mouens est simul cum moto contiguum, aut continuum sine medio

& hoc in omni motus specie. Ad quod probandum narrat, quadrifariam esse motum extrinsecum, pulsione, tractione, uectione, volubilitate. Omnes tamen ad pulsionem & tractionem reduci, Pulsionis duæ species: videlicet impulsio, qua deficiente expulsio est, quæ Græcæ sic vocantur: (osis, ilxis, ochisis dinisis, eposis, aposis.) Volubilitas autem in tribus consistit motibus, qui item omnes ad tractionem & pulsionem reducuntur. Nam volubilitas componitur ex tractione & pulsione: quod alter impellit, alter trahit. Sub tractione quoque diuersi cõprehendũtur modi: inspiratio, expiratio, expuitio, id est, (eispnessis, ecpnessis, ptysis.) Et quæcũque corporũ emissiua, aut receptiua sunt: vt (spathisis & cercisis,) hoc est dissipatio & cõtextus. Nã omnis secundũ locum motus collectione aut discretione constat, quas Græci (syncrisin & diacrisin) dicunt. Circa alterationẽ multa quoque differit: quod sit secundum sensilia, nec in specie primæ qualitatis. Primo, quo ad habitum & dispositionem corporis. Deinde, quo ad habitum animæ, circa partes appetitiuas & etiam intellectiuas. Postea ostendit quod transmutatio virtutis & malitiæ consequitur aliquã alterationem. Dein quod non fit in parte intellectiua alteratio præcipuæ. Primo, quo ad considerationem iam habentis scientiam, quæ est scientiæ vsus. Secundo, quo ad primam scientiæ acceptionem. Post quam ostendit, quod in mobilibus & motoribus necesse sit aliquod primũ ponere: deinceps de motuum comparatione vestigat, quod ea quæ sunt vnius ordinis, comparabilia videantur esse, & hoc ipsum quod est prius & posterius, comparationem præ se ferre appareat. Primo nanque comparat motum cyclicum ad rectũ, qui videntur esse comparabiles, cum sint æque veloces: sed negat esse æque veloces. Præterea comparat motuum conditiones ex parte formæ, penes quam fit comparatio. Primum, quæcunque sunt non æquiuoca, omnia comparabilia sunt: id est, forma in quam fit comparatio, debet vniuoca esse. Ideo Stylus & chorda & vinum in acuto non comparantur. Deinde in ipsis penes idem proximum susceptiuum recipi oportet. Ideo equus & equa comparabilia sunt, penes duplum & dimidium, & penes album & nigrum: quoniam album inest eis per idem susceptiuum proximum, videlicet per superficiem. ex-

quo hæc aqua & vox non sunt comparabilia. Tertia conditio, comparabilium sit vna natura hoc est, vt forma in qua fit comparatio, sit species specialissima. Ideo dulce & album non possunt comparari inter se, neque album & nigrum secundum colorem, sed aliqua comparantur alba. Deinde agit de comparatione motuum localium inter se tribus conditionibus. Primo, comparabiles inter se fiunt in æquali tempore: tum, per æqualem magnitudinem, postremo, vt sint magnitudines eiusdem speciei specialissimæ. Præterea loci mutatio, & alteratio, non inuicem comparabiles, quod non sint per æqualem longitudinem Similiter motus rectus, non debet dici æqualis motui cyclico. Ratio, quod hi motus non sint eiusdem speciei specialissimæ. Post hæc de comparatione alterationum, ostendit vnam alterationem æque velocem alij, ac secundum quid velocitatis æqualitatem attendi. Postremo, quoniam modo forma debeat comparari in generatione & corruptione.

ARISTOTELIS

STAGIRITAE DE PHYSICO *auditu Liber septimus, ex Græco recognitus.*

SVMMA SEPTIMI LIBRI PHYSI. SECVNDVM AVER.

A textu primo usq; ad 9. declarat omne motum habere motorem.

A tex. 9. usq; ad 14. docet quòd omnia mota in loco reducuntur ad primum motum.

A tex. 14 usq; ad 21. differit quomodo omnis motor est simul cum eo quod mouet in loco.

A tex. 21. pandit qui motus sint comparabiles, usque in finem.

CAP. I. TEX. I. *Quicquid mouetur, ab altero moueri.* *a.l. enim*



MNE *quod mouetur, necesse est ab aliquo moueri, si igitur *in seipso non habet principium motus, manifestum est quòd ab altero mouetur. si autem in seipso, accipiatur in quo* A B, *quod moueatur non ex eo quia partium huius aliqua mouetur.* Primum *igitur opinari* A B, *a seipso*

moueri propterea quòd totum mouetur & a nullo, externorum, simile est ac si quis ipso D E, *mouente ipsum* E F, *& illo moto, opinetur* D E F, *a seipso moueri. propterea quòd non intuetur utrum ab utro moueatur, utrum* D E, *ab* E F, *an* E F, *ab ipso* D E. *Amplius id quod a seipso mouetur, nunquam cessabit moueri, propterea quòd aliquid aliud stetit quod mouebatur. Necesse est ergo si quid desinat moueri eo quod aliud aliquid stetit, hoc ab altero moueri. hoc autem cum manifestum factum sit, necesse est omne quod mouetur, moueri ab aliquo. Quoniam enim acceptum est* A B, *moueri, diuisibile erit, omne enim quod mouetur, diuisibile est. diuidatur igitur, in* C, *necesse est igitur* B C, *quiescente, quiescere &* A, B. *si enim non, accipiatur moueri.* B C, *igitur quiescente, mouebitur utique* A, C. *non ergo mouetur per se* A, B. *sed supponebatur per seipsum moueri primum. Manifestum est igitur quòd* C B, *quiescente, quiescet &* B A, *& tunc desinet moueri sed si quid ex eo quia aliud quiescit stat & cessat moueri, hoc ab altero mouetur. manifestum est igitur, quòd omne quod mouetur, ab aliquo mouetur. diuisibile enim est, omne quod mouetur. et parte quiescente, quiescet totum.* TEX. 2. Vide digressionẽ Auer. super isto tex.

Quoniam autem omne quod mouetur, ab aliquo mouetur, necesse est & omne quod mouetur in loco, moueri ab alio. & id igitur quod mouet, ab altero, quoniam & ipsum mouetur. & rursus hoc, ab altero. non autem in infinitum abibit, sed stabit TEX. 3.

alicubi,& erit aliquid quod primo causa erit mo-
TEX. 4. tus. Si enim non, sed in infinitum procedat, sit A, quidem id quod ab ipso B, mouetur B, uero ab ipso C, C, autem ab ipso D. atque hoc igitur modo in infinitum procedat. Quoniam ergo simul & ipsum mouens mouetur, manifestum est, quòd simul mouebitur & A,& B. cum enim mouetur ipsum B, mouebitur & A. & cum mouetur B, & ipsum C. & cum C, ipsum D. erit igitur simul, & motus ipsius A, & ipsius B, & ipsius C, & reliquorum cuiusque. & accipere igitur unumquodque ipsorum, poterimus. etenim si unumquodque ab unoquoque mouetur, non minus unus numero est cuiusque motus, & non infinitus extremis. quoniam quod mouetur omne, ex quodam in quiddam mo-
TEX. 5. uetur. Aut enim numero accidit eundem esse motum, aut genere, aut specie. numero igitur dico eundem motum, qui ex eodem in idem numero, in eodem tempore numero, sit. ut ex hoc albo, quod est unum numero, in hoc nigrum, secundum hoc tempus, quod est unum numero. si enim secundum aliud, non amplius unus erit numero, sed specie. Genere autem idem est motus, qui in eodem prædicamento, substantiæ uel alterius generis est Specie autem, qui est ex eodem specie in idem specie. ut ex albo in nigrum, aut ex bono in malum. hæc
TEX. 6. autem, dicta sunt & in prioribus. Accipiatur igitur motus ipsius A, & sit in quo E. & ipsius B, in quo F. & ipsius C, & D, in quo G, & H. & tempus in quo

in quo moueatur A sit K. Determinato autem motu ipsius A, determinatum erit & tempus, & non infinitum, quod est K sed in eodem tempore. moue batur A, & B, & reliquorum unumquodq; Accidit ergo motum E, F G, H, infinitum existentem, in tem pore finito moueri, quod est K in quo enim A, mouebatur, & quæ post A, consequenter sunt omnia, mouebantur infinita existentia. Quare, in eodem mouentur. etenim, aut æqualis erit motus ipsius A, motui ipsius B, aut maior. refert autem nihil, prorsus enim infinito motui, in tempore finito accidit moueri. hoc autem impoßibile est. Sic igitur uide bitur demonstrari, id quod ab initio diximus. non tamen demonstratur, propterea quòd nullum incõ ueniens accidit. contingit enim in tempore finito, infinitum motum esse. non autem eundem, sed alterum & alterum, multis motis, & infinitis. quod qui dem, accidit & in ijs quæ nunc diximus. Sed si id quod mouetur primo, secundum locum & corporali motu, necesse est tangere, aut continuum esse mouenti, ut uidemus in omnibus hoc continge re, erit ex omnibus, unum, ipsum totum aut continuum. Hoc igitur poßibile accipiatur, & sit magnitudo quidem aut continuum in quo A, B, C, D. Huius autem motus, E, F, G, H refert autem nihil, finita sit an infinita. similiter enim in tempore finito K, mouebitur aut finita aut infinita. horum autem utrunque, impoßibile est. Manifestum est igitur, quòd stabit aliquando, & non in infini-

TEX. 7. (beside "moueri. hoc autem impoßibile est.")

TEX. 8. (beside "id quod mouetur primo")

TEX. 9. (beside "autem utrunque, impoßibile est.")

tum abibit quod semper ab altero, sed erit aliquid quod primum mouebitur. Nihil autem referat, *supposito quodam, hoc demonstrari.* Eo enim *quod esse potest, posito, nullum inconueniens oportebat accidere.* Primum *autem mouens, non ut id cuius causa, sed unde principium motus est, simul cum eo est quod mouetur: simul autem dico, quia nihil inter ipsa est. hoc enim commune est, in omni quod mouetur, & quod mouet.* Quoniam *autem tres sunt motus, is scilicet qui secundum locum, & qui secundũ quale & qui secundum quantũ, necesse est & ea quae mouentur, tria esse. Qui igitur est secundũ locum, latio. qui uero secundũ quale, alteratio. qui uero secundum quantum, augmentatio & diminutio.* Primum *igitur, de latione dicamus. haec enim, primus motuum est.* Omne *igitur quod fertur, aut ipsum à seipso mouetur, aut ab altero.* Si *igitur à seipso, manifestũ est, quòd cũ in ipso mouens sit, simul erit mouens & quod mouetur, atque nihil inter ipsa erit. Quod autem ab alio mouetur, quadrifariam mouetur. motus enim ab altero, quatuor sunt, pulsio, tractio, uectio, uertigo. etenim, alios omnes ad hos reduci, accidit.* Pulsionis *igitur, alia quidem est impulsio, alia uero expulsio.* Impulsio *igitur est, cum mouens ab eo quod mouetur non relinquitur.* Expulsio *uero, quando expellens relinquitur.* Vectio *autem, in tribus erit motibus. nam quod uehitur, non secundum se mouetur, sed secundum accidens. ex eo enim moue-*

CAP. 2. *Primũ mouens simul esse cum eo quod mouetur.*

TEX. 10. *Motus triplex.*

Hic incipit paraphrasis Themist. vt legitur ĩ Graeco. Germaniae vsque ad tex. 21.

Motus ab alio quadruplex.

*tur, quia in eo quod mouetur est, aut supra id quod mouetur. Id autem quod uehit, mouetur aut pulsu, aut tractu, aut uertigine actum. manifestum est igitur, quòd uectio in tribus erit motibus. Tractio autem, aut cum ad seipsum, aut ad alterum, uelocior est motus trahentis, non separatus à motu eius quod trahitur. etenim ad seipsum est tractio, & ad alterum. Et reliquæ etiam tractiones eædem specie, ad has reducentur. ut inspiratio, & expiratio, & sputatio, et quæcunq; corporum emissiue aut receptiuæ sunt, & spathatio etiam & radiatio. * horum. n. aliud quidem, congregatio est, aliud uero, disgregatio. & omnis igitur motus secundum locum, congregatio & disgregatio est. Vertigo autem, componitur ex tractione & pulsione. id enim quod mouet, pellit hoc, trahit autem illud. Manifestum igitur est, quòd simul pellens & trahens est cum eo quod pellitur & trahitur, nihil est medium inter id quod mouet & id quod mouetur. Hoc autem, manifestum est ex dictis. nam pulsio, aut à seipso, aut ab alio ad aliud motus est. Tractio autē, ab alio ad seipsum, aut ad aliud. Ad hæc autem, compulsio & depulsio. Proiectio autem, quando uelocior motus fit eo qui est secundum naturam eius quod fertur uehementiore facta pulsione. & eo usque facta accidit ferri, quousq; uehementior sit motus eius quod fertur. Manifestum est igitur, quòd id quod mouetur, & mouēs simul sunt, & nihil inter ipsa mediū est. At uero, neq; inter al-*

Litera Byzantij non habet (spathatio etiā et radiatio)

Vide digressionē Auer. super isto tex.

TEX.11 teratum & alterans, quippiam medium est. hoc autem manifestũ est, ex inductione. In omnibus enim, simul esse accidit alterans ultimum, & primũ quod alteratur. Quale enim alteratur, ex eo quia sensibile est. Sensibilia autem sunt, quibus differunt corpora a seinuicẽ. ut grauitas, leuitas, durities, mollities, sonus, silentium, albedo, nigredo, dulcedo, amaritudo, humiditas, siccitas, densitas, raritas, & horum media: similiter autem & alia, quæ sub sensibus sunt. quorum est, & calor, & frigus, & leuitas, & asperitas. Hæc enim sunt paßiones subiectæ qualitatis. His enim, differunt sensibilia corpora, aut secundum horum aliquid magis & minus. & quia patiuntur aliquid horum (nam quia calefiunt aut frigefiunt, aut dulcescunt, aut amaricantur, aut secundum aliquid aliud prædictorum) similiter & animata corpora, & inanimata, & animatorum

TEX. 12. partes quæcunq; sunt inanimatæ. Atq; etiam ipsi sensus, alterantur. patiuntur enim. actus enim ipsorum, motus est, per corpus patiente aliquid sensu. secundum quæ igitur inanimata alterantur, & animata secundum hæc omnia alterantur, secundum autem quæ animata alterãtur, secundum ea nõ alterãtur inanimata. secundũ enim sensus nõ alterãtur. & latet inanimata, cum alterantur. Nihil autem prohibet et latere animata, cum alterantur, quãdo nõ secundum sensus accidit ipsis alteratio. Si igitur sensibiles quidem paßiones sunt, per has autẽ alteratio est, hoc iã manifestũ est, quod patiẽs

& paßio sunt simul, & inter hæc medium nihil est. huic enim aer est continuus, aeri autem coniungitur corpus. & superficies quidem ad lumen, lumen autem ad uisum similiter autem & auditus & odoratus, ad mouens ipsos primum. eodem autem modo, simul & gustus & sapor est. Similiter autē, et in inanimatis & insensibilibus. & id quod augetur etiam & augens. Appositio enim quædam est, augmentatio. quare simul sunt, & quod augetur et augens. Et diminutio quoq; diminutionis autem causa est, ablatio quædam. Manifestum est igitur, quòd inter mouens ultimum & quod mouetur primum, nihil est in medio consistens eius quod mouet & eius quod mouetur. Quod autem ea quæ alterantur omnia à sensibilibus alterantur, & solum horum alteratio est, quæ secundum se dicuntur pati ab his, ex his considerabimus. Aliorum enim maxime uiq; quis existimabit, in figuris & formis & habitibus, & in horum remotionibus & acceptionibus alterationem esse. uidetur enim esse, alteratio, non autem in his. sed fiunt, cum quædā alterātur, hæc. nā dēsata, aut rarefacta, aut calefacta, aut frigefacta, materia. alteratio autem non est. id enim ex quo forma statuæ est, non dicimus formam. neq; id ex quo figura pyramidis est, aut lecti, sed denominantes hoc quidem æneum, illud uero cereum, * aliud autem ligneum. quod autem alteratur, dicimus. æs enim, humidum esse dicimus, aut

TEX. 13.

CAP. 3.
TEX. 14.
Secundum quæ nā proprie sumēda sit alteratio
TEX. 15.

a. l. terreum

calidum, aut durum. & nõ solũ sic, sed & ipsum humidum et calidũ, æs, æquiuoce dicentes cum paßione materiã. Quoniã igitur ex quo quidẽ forma, et figura, et quod factũ est æquiuoce nõ dicitur cum figuris quæ ex illo sunt, quod aũt alteratur, cũ passionibus æquiuoce dicitur, manifestũ est quòd in solis sensibilibus alteratio est.

TEX. 16. Amplius, & aliter inconueniens est dicere. n. hominẽ alteratũ esse, aut domũ quæ accepit finẽ, ridiculũ est, si perfectionem domus parietẽ aut tegulã dixerimus alterationẽ esse, & cum parietibus clauditur domus aut tegula tegitur, alterari domũ.

Vide dubiũ Auer. super isto tex.

TEX. 17. Manifestũ aũt est, quòd alteratio, nõ est in ijs quæ fiunt. neq;. n. in habitibus habitus enim, uirtutes & uitia sunt. uirtus aũt omnis, & uitiũ, eorũ sunt quæ ad aliquid sunt. sicut sanitas quidẽ calidorũ & frigidorũ cõmensuratio quædã est, aut eorũ quæ sunt intra, aut ad continẽs. Similiter aũt & pulchritudo, & robur, eorũ sunt quæ ad aliquid sunt. dispositiones n. quædam eius quod præstãtißimũ est ad optimũ, sunt. dico autem præstãtißimũ, quod cõseruat & disponit circa naturã. Quoniã ergo uirtutes quidẽ & uitia sunt ad aliquid, hæc autẽ neq; generationes sunt, neq; ipsorũ est generatio, neq; omnino alteratio, manifestũ est quòd nõ est omnino ipsa alteratio circa habitus.

TEX. 18. Neq; igitur, circa animæ uirtutes & uitia. uirtus. n. perfectio quædã est, unũquodq;. n. tunc maxime perfectũ est, cũ adeptũ est propriã uirtutem, & maxime secũdũ naturã. ut circulus tunc maxi-

Virtus perfectio quædam est.

me secundũ naturã est, cum maxime circulus est· uitium aũt, corruptio horum, & remotio est· Fit igi tur cũ alteratur quippiã, & acceptio uirtutis, et ui tij abiectio· alteratio tamẽ, horũ neutrũ est, Quod autẽ alteretur aliquid, manifestũ est. uirtus.n· aut impaßibilitas quædã est, aut paßiuũ sic. uitiũ aũt, paßiuũ, aut cõtraria paßio uirtuti. Et ĩ totũ, mora lẽ uirtutẽ in uoluptatibus et tristitijs esse, accidit. aut.n. secundum actũ, uoluptas est, aut per memo riã, aut per spẽ. Si igitur secundum actum, sensus, causa est: si autẽ per memoriã, aut per spem, ab ip so est. Aut.n. similia paßi sumus ijs qui reminiscun tur uoluptatis, aut similia patiemur, sperãtibus. TEX. 19.

Vide dubiũ Auer.

Virtus.

Vitium.

At uero, neq; in intellectiua parte animæ, est alte ratio. sciens.n. maxime ad aliquid dicitur. Hoc au tẽ manifestum est. secundum nullã.n. potẽtiã motis, fit in nobis scientia, sed cum extiterit quiddã. ex ea n. quæ est secundum partẽ experiẽtia, uniuersalẽ accipimus sciẽtiã. Neq; igitur actus, generatio est. nisi quis & respectionẽ & tactum, generationes di cat. tale.n. est, actus· Quæ autẽ est à principio acce ptio sciẽtiæ, nec est generatio, nec alteratio· Nam quia quieta est, residetq; anima, sciens fit, & pru dẽs. Vt igitur neq; cum dormiens excitatus est ali quis, aut ebrius esse desiit, aut ægrotans reualuit, factus est sciens, quàmuis prius non poterat uti, et secundum scientiã agere, sed abeunte perturbatio ne & ad cõstitutionẽ ueniẽte mẽte inerat potentia ad sciẽtiæ usum, sic utiq; huiusmodi aliquid fit, id TEX. 20.

In quiescen do namque & sedendo anima fit prudens.

quod est à principio in scientiæ existentia. pertur bationis enim, quies quædã est & residentia. Neq; igitur pueri possunt quid discere, neq; iudicare sensibus, similiter atq; seniores. multa enim perturbatio circa ipsos fit, & motus. Sedantur autem & desinunt perturbari, aliquando quidem à natura, aliquando uero ab alijs. In utrisq; autem his alterari aliquid accidit, sicuti cum excitatur, & fit uigilans ad actum. Manifestum est igitur, quòd alteratio in sensibilibus est & sensibili parte animæ. in alio autem nullo, nisi secundum accidens.: Dubitabit autem aliquis, utrum omnis motus omni comparabilis est, an non? Si igitur omnis comparabilis est, & æque uelox est quod in æquali tempore per æquale mouetur, erit circularis quædam æqualis rectæ, & maior etiam & minor. Amplius alteratio & latio quædam, æqualis erit, cum in æquali tempore aliud alteratum sit, aliud uero latum. erit ergo passio, æqualis longitudini. sed impossibile est. At ergo cum in æquali tempore per æquale mouetur, tunc æque uelox est, æqualis autem non est passio omnis, longitudini. quare non est alteratio, lationi, æqualis aut minor. Quare nõ omnis comparabilis est. In circulo autem, & recta, quomodo accidet? Inconueniens enim est, nisi sit circulariter similiter hoc moueri, & hoc super rectam. sed confestim necesse est, aut uelocius, aut tardius ut si hoc decliue sit, hoc autem accliue. Amplius, nihil differt in ratione, si quis dicat necessa-

Vide dubiũ Auer.

TEX. 21. CAP. 4. An omnis motus omni motui pernes velox et tardũ comparãdus existat.

TEX. 22.

TEX. 23.

rium esse confestim uelocius, aut tardius moueri. erit enim maior & minor, circularis, recta. quare et æqualis. si enim in A, tempore, hoc quidem lineã B, transijt, illud uero lineam C, maior erit linea B, linea C. sic enim quod uelocius est, dicebatur. ergo si & in minori æquale, uelocius est. quare erit aliqua pars ipsius A, in qua B, circuli partem æqualem transibit. & illud, in toto A, lineam C. At uero si sunt comparabilia, accidit, id quod nuper est dictum esse æqualem rectam, circulo. sed comparabilia non sunt. neq; igitur, ipsi motus. TEX. 24. *Sed quæcunq; non sunt æquiuoca, omnia comparabilia sunt. ueluti cur comparabile non est, utrum acutius sit stilus an uinum, aut ultima? Quia enim æquiuoca sunt, non comparantur. sed ultima ipsi quæ est iuxta ultimam comparabilis est, quoniam idem significat acutum in utrisq;. ergo non idem uelox, hic & ibi. multo autem adhuc minus, in alteratione, & latione.* Comparabilium conditiones. *An primum quidem hoc, non uerum est, quòd si non sint æquiuoca, cõparabilia sunt. Multum enim idest significat in aqua & aere, & comparabilia non sunt. si autem non, duplum quidem, idem (duo enim ad unum) & non comparabilia sunt. An & in his eadem ratio? etenim multum, æquiuocum est. sed quorundam & rationes æquiuocæ sunt. ut si dicat aliquis, quòd multum est tantum & adhuc aliud tantum. & æquale æquiuocum, & si unum quidem forte fuerit cõfestim æquiuocum. si autem hoc, et duo.* TEX. 25. TEX. 26.

TEX. 27. Quoniam, propter quid alia cõparabilia sunt, alia uero nõ, si una quidem est natura? an quia sunt in alio primo susceptiuo? Equus igitur & canis, cõparabilia sunt, utrũ albius. In quo n. primo, idẽ est superficies. & secundũ magnitudinẽ similiter aqua

TEX. 28. autẽ & uox, nõ in alio nãq;. An manifestũ est quòd erit sic quidẽ, omnia unum facere? In alio autẽ dicere unumquodq; esse, & erit idẽ æquale, & dulce et

TEX. 29. album, sed in alio. Amplius susceptiuum nõ quoduis est. sed unum unius primum. Sed non solum oportet cõparabilia nõ æquiuoca esse, sed & nõ habere differẽtiá, neq; quod, neq; in quo. dico autẽ, ut color habet diuisionẽ. Non ergo est cõparabile, secundum hoc, ut utrum coloratum sit magis, album quàm nigrum. hæc. n. cõparãtur nõ secundum aliquem colorẽ, sed quatenus color est, secundum albedinẽ. Sic & circa motũ, æque uelox quod in æquali tẽpore mouetur p æquale, tãtum lõgitudinis, in hoc. Si aũt

TEX. 30. aliud * quidem alteratum est, aliud uero latum, æqualisne erit hæc alteratio, & æque uelox loci mutationi? sed incõueniẽs est. causa autẽ, quia motus habet species. Quare si quæ in æquali tẽpore lata sunt per æqualẽ lõgitudinem, æque uelocia, erit æqualis recta & circularis. Vtrum ergo causa sit, quia latio genus sit, an quia linea genus? tempus. n. semper idẽ, impartibile specie. An simul illa specie differunt? etenim latio species habet, si illud super quod mouetur, species habeat. Amplius autẽ, si per quod. ut si pedes, ambulatio si alæ, uolatio. An non?

a.l. tantũ si igitur longitudinis in hoc aliud.

sed figuris latio alia est? Quare quæ in æquali tempore mouẽtur per eãdẽ magnitudinẽ, æque uelocia sunt (eãdem autẽ, indifferentẽ specie) & motu indifferente specie. Quare hoc cõsiderãdum est, quæ sit differentia motus. Et significat sermo iste, quòd genus nõ unũ quid est, sed ob hoc latẽt multa. suntq; æquiuocationum, aliæ quidẽ multum distãtes, aliæ autem habentes quãdam similitudinem, aliæ uero propinquæ aut genere, aut similitudine rationis. Quapropter nõ uidentur æquiuocationes esse, cum sint. Quãdo igitur altera est species, si idem in alio, aut si aliud ĩ alio? et quænã diffinitio, aut quo discernemus. quòd idem est album & dulce, aut aliud, ex eo ne quia in alio uidetur alterum, an quia omnino nõ idem? De alteratione autem, quomodo est æque uelox alteri altera? Si itaq; est sanari alterari, est autem hunc quidẽ uelociter, illum autem tarde sanari, & simul quosdam, quare erit alteratio æque uelox. In æquali .n. tempore, alteratum est. Sed quid alteratum est? æquale .n. hic nõ dicitur, sed ut in quãtitate æqualitas, ita hic similitudo. Sed sit idem quod mutatur in æquali tempore, æque uelox. Vtrum ergo eo in quo paßio, an paßione oportet cõparare? hic igitur quòd sanitas eadem sit, est accipere aut quòd neq; magis neq; minus, sed similiter existit. Si autem altera paßio sit, ut alteratur id quod dealbatur, & id quod sanatur, his nihil inest idem, neque æquale, neq; simile, ut iã hæc species faciũt alterationis. & nõ est una, ut neq; latio.

TEX. 31.

TEX. 32.

quare considerandum est quot sunt species alterationis, & quot lationis. Si igitur quæ mouentur specie differunt, quorum sunt motus secundum se & non secundum accidens, & motus ipsi specie differunt. si autem genere, genere: si uero numero, numero. TEX. 33. *Sed utrum oportet ad passionem respicere, si eadẽ sit aut similis, si æque ueloces sint alterationes, an ad id quod alteratur, ut si huius quidem tale dealbatum sit, huius autem tãtum, an ad utrunq;?* Vide documentum Auer. *Et eadem quidem aut alia, passione, si passio eadem sit. æqualis autem aut inæqualis. si illud sit inæquale? Et in generatione autẽ et corruptione, idem cõsiderandum est, quomodo æque uelox generatio est, si in æquali tempore generetur idem & indiuisibile ut homo, sed non animal.* TEX. 34. *Velocior autem, si in æquali, aliud. nõ enim habemus aliquod duorum in quibus ipsa diuersitas, ut dissimilitudo. Et si est numerus substantia, maior & minor numerus eiusdem speciei est. sed est innominatum quod cõmune est, & utrunq; maior passio, aut excedens magis, quantum autem maius.*

CAP. 5 TEX. 35. Comparationum mouentium & mobiliũ regulæ. *Quoniam autem mouens, mouet semper aliquid, & in aliquo, & usq; ad aliquid (dico autem in aliquo, quia in tempore. usq; ad aliquid autem, quia per quantam aliquam longitudinem. semper enim simul mouet & mouit. quare quantum aliquid erit, per quod motum est, & in quanto) si igitur A, est mouens, B, autem id quod mouetur, per quam autem motum est, longitudo C, in quanto autem tempus, in quo D. In* Vide dubiũ Auer. super isto tex.

æquali igitur tempore, æqualis potentia ipsi A, dimidium ipsius B, per duplam ipsius C, mouebit. per lineam autem C, in dimidio ipsius D, sic enim erit analogia. Et *si eadem potētia idem in hoc tempore per tantam mouet, & per dimidiam in dimidio mouebit. & dimidia uirtus, per dimidium mouebit in æquali tempore, per æquale. ut ipsius* A *potentiæ sit dimidia potentia* E, *& ipsius* B, *ipsum* F, *dimidium.* Similiter *igitur se habet, & secundum analogiam, uirtus ad grauitatem. Quare per æquale, & in æquali tempore mouebunt.* Et *si* E, *ipsum* F, *mouet, in ipso* D, *per lineam* C, *non necessarium est in æquali tempore id in quo* E, *duplum ipsius* F, *mouere per dimidiam ipsius* C. Si *igitur* A, *ipsum* B, *mouebit in ipso* D, *per tantam quanta est linea* C; *dimidium ipsius* A, *in quo* E, *ipsum* B, *non mouebit in tempore in quo* D, *neq; in aliquo ipsius* D, *per aliquid lineæ* C, *secundum quòd analogum est ad totam* C, *ut* A, *est ad* E. *omnino enim si contigerit, non mouebit aliquid. si enim tota uirtus per totam mouit, dimidia non mouebit, neq; per quantamuis, neq; in quantouis. unus enim mouebit nauem, si nauem, quidem trahentium diuidatur uirtus in numerum & in longitudinem per quam omnes mouerunt.* Propter *hoc* Zenonis *ratio non est uera, quòd sonet milij quæuis pars. nihil enim prohibet nō mouere eum aerem, in ullo tempore quem mouit dum caderet totus modius. neq; itaq; pars, tan*

TEX. 36

TEX. 37.


Zenonis ratio confutatur.

tum quantum mouebit cum toto, si sit per se, hoc mo
a.l. hoc non mouet. uet. * neq; enim ulla est, nisi potentia in toto. Si ue
TEX. 38. ro duo, & utrumq; horum utrunq; mouet per tantum in tanto, et compositæ potentiæ compositum ex ponderibus per æqualem mouebunt longitudinem,
TEX. 39. & in æquali tempore. analogum enim est. Num igitur sic est, & in alteratione & in augmentatione? aliquid enim est augens, aliquid autem & id quod augetur. in quãto autem tẽpore, & quantum, aliud quidem auget, aliud autem augetur. Et alterans & id quod aleratur similiter. & aliquid & quantum secundum ipsum magis et minus alterata sunt, & in quanto tempore. in duplo duplum, & duplum in duplo. dimidium autem in dimidio tempore, aut in dimidio dimidium, aut in æquali duplum. Si uero alterans aut augens tantum in tanto aut auget aut alterat, nõ necesse est & dimidium in dimidio, et in dimidio dimidium. Sed si contigerit, nihil alterabit aut augumentabit, sicuti & in pondere.

SEPTIMI LIBRI FINIS.

IN PHISICAE ACROASEOS LIBRVM OCTAVVM.

Raphaelis Volaterrani Argumentum.



IBRO octauo de primo motu & motore disserit: et aperte decernit contra dogma christianum, motum esse sempiternum, semperq; fuisse: ex quo mundum ponit æternũ. quod quãquam in primo Topicorum dicat esse indemonstrabile, argumentis tamen procedit dialecticis: cùm alijs, tùm hoc quod omnes philosophantes generationem & corruptionem dixere: ergo & motum. Deinde qui dicunt mundos infinitos esse, quosdam corrũpi, quosdamq; generari, ponunt generationem & corruptionem semper esse: proptereaq; & motum, Refert Anaxagoræ opinionem, dicentis omnia in chaos confusa in infinitum fuisse tempus, mentem vero diuinam ea secreuisse. Probat deinde ex parte temporis. nam tempus quod numerus & passio motus existit, semper fuit: quia prius & posterius semper sunt quæ sine tempore non sunt. Solum namq; dicit Platonem, tempus genitum putauisse, idq; cum cælo esse factum: cum etiam cælum factum asseueret. Posthæc ipsum primum motorem immobilem ponit: quod necesse sit quædam moueri, & quædam quiescere: aliqua semper moueri, & nunquam quiescere: nonnulla semper mouere, & nunquam moueri. Primum est animalium, secundum cæli, tertium ipsius Dei. Quæri autem solet, an cælum moueatus à seipso. Si enim totum cum sua intelligentia ponatur, à seipso proculdubio mouetur. Si pro mobili tantum, à propria intelligentia extrinsecus moueri dicetur. Grauia & leuia naturaliter aut uiolenter mota, in reflectionis termino conquiesce-

re necesse est. Motum localem omnium primum dicit, antiquioremq́; ob primi mobilis perfectionem: ex cuius motu, qui cyclicus, infinitus ac perfectus existit, cætera mouentur. Motus autem rectus minime perpetuus, quia reflexus ac non continuus extat. Postremo ratio motus omnis hoc modo diducitur. Quædam per se mouentur, quædam ex accidēte, vt quæ insunt motis: vt albedo, in homine, vel homo in naui. & quædam per partem mouentur, vt membrum aliquod ab homine motum. Eorum autem quæ per se mouētur, alia ab se, alia ab alio, alia secundum naturam, alia præter naturam. Ab se autem et secundum naturam animātia omnia: quòd principium motus in se habeant: quatenus autem corpora sunt & grauia, præter naturam feruntur, nisi deorsum descendant. Quæ autem ab alio mouentur, aut naturaliter, aut præter naturam mouētur. Præter naturam, vt terrestria sursum, & ignea deorsum. Secundum naturam, grauia deorsum, & leuia sursum: quanquā vtrum ab se, an ab alio, dubitatur. Aristoteles dicit, quod in se principium quidem agendi non habent, verum patiendi.

Aristotelis

ARISTOTELIS

STAGIRITAE DE PHYSICO auditu Liber octauus, ex Græco recognitus.

SVMMA OCTAVI LIBRI PHYSI. SECVNDVM AVER.

A textu primo usq; ad 21. ostendit motum ante re troq; sempiternum fore.

A textu 21. usq; ad 45. docet primum motorem esse penitus immobilem.

A textu 45. usq; ad 54. manifestat primum motorem esse æternum.

A textu. 54. usq; in finem, declarat nullum motum æternum præter orbicularem, & primum mouens esse incorporeum & abstractum.

CAP. I. TEX. I.

Opiniones priscorum de motus æternitate

Vide prohemiū Auer. in principio huius libri.



Vtrum autē factus est aliquando motus, cum non esset prius, & corrumpitur rursus adeo ut moueatur nihil, an neq; factus est, neq; corrumpitur, sed semper erat, & semper erit? Et hoc immortale, & sine quiete ijs inest quæ sunt, ueluti

uita quædam quæ inest natura subsistẽtibus omnibus. Esse igitur motum omnes affirmant de natura aliquid dicentes, propterea quòd mundum faciunt, & de generatione & corruptione est contẽplatio omnibus ipsis, quam impoßibile est esse nisi sit motus. Sed quotquot quidem infinitos mundos & esse dicunt, & quosdã quidẽ fieri quosdam autẽ corrumpi mundos, semper dicunt esse motum. necessarium enim est generationes & corruptiones ipsorum, esse cum motu. Quicunq; autem unum, aut non esse semper, etiam de motu supponunt, secundũ rationem. Si igitur contingit aliquando nihil moueri, dupliciter necesse est hoc accidere. Aut enim, ut Anaxagoras dicit. Inquit enim ille, simul omnibus existentibus, aut quiescentibus infinito tempore, intellectum, fecisse motũ & disgregasse. Aut ut Empedocles, in parte moueri & rursus quiescere: moueri quidem, cum amicitia ex multis facit unum, aut lis multa ex uno. quiescere uero in intermedijs temporibus sic dicens. Quatenus unum quidem ex

Vide digressionẽ Auer.

TEX. 2.

Anaxago.

Empedocl.

" pluribus consueuit nasci, Et rursus uno generato
" plura perficiuntur, Eatenus quidem & fiunt, &
" non est ipsis firmum æuum. Quatenus uerò
" permutantur omnino neque simul desinunt, eate-
" nus semper sunt immobilem secundum circulum.
" Hoc enim, quatenus permutantur; hinc illuc dicere ipsum opinandum est.

TEX. 3.

Considerandum igitur de his, quomodo se habet. operæ precium enim est non solum ad eam quæ de natura est

considerationem aspicere ueritatem, sed & ad scientiam quæ de principio primo est. Incipiamus autem primum, ex definitis à nobis prius in physicis. Dicimus itaq; motum esse, entelechiam mobilis secundum quod est mobile. Necesse est ergo, existere res quæ possunt moueri secundum unũ quemq; motum. & sine etiam motus diffinitione; omnis utiq; confitebitur necessarium esse moueri id quod potest moueri secundum unumquemq; motum. ut alterari quidem, alterabile; ferri autem, secundum locum mutabile. quare prius oportet combustibile esse, quàm comburatur, & combustiuum prius quàm comburat. Ergo & hæc, necessarium est aut facta aliquando esse cum nõ essent, aut perpetua esse. Si igitur factum est mobilium ac motiuorum unumquodq;, necessarium est prius quàm accepta, aliam esse factam mutationem, & motum secundum quem factum id quod potest esse motum, aut mouisse. si autem quæ sunt, ante erant semper, motu non existente, irrationabile quidem uidetur, etiam ijs qui a seipsis sciunt. At uero magis, ultra progreßis, hoc necessarium est accidere. Si enim, alijs quidem mobilibus existẽtibus, alijs autem motiuis, aliquando quidem erit quid primum mouẽs, aliquid autem quod mouetur, aliquãdo autem nihil, sed quiescit; oportet hoc mutari prius. erat enim aliquid causa quietis. quies enim, priuatio motus est. Quare, ante primam mutationem, erit mutatio prior. Alia enim mouent; singulariter,

TEX. 4.

Vide digresſionem Auerro. super isto tex.

TEX. 5.

TEX. 6.

TEX. 7.

Vide obiectionẽ Aue. super isto tex.

TEX. 8

alia autem secundum contrarios motus. ut ignis quidem calefacit: frigefacit autem, non. scientia autem, uidetur contrariorum esse una. Videtur igitur & illic, esse aliquid eiusmodi. frigidum enim calefacit, uersum quodammodo & abscedens, sicut & peccat uoluntarius, sciens, quando econtrario utitur scientia. At uero quæcunq; possunt facere; aut pati, aut mouere, aut moueri: ea moueri non penitus possunt sed si sic se habeant, & appropinquent sibi inuicem. Quare cum propinqua fuerint & ita fuerit ut sit hoc quidem motiuum, illud autē mobile, aliud quidem mouet, aliud autem mouetur. Si igitur non semper mouebatur: manifestum est, quòd non sic se habebant, ut posset hoc quidem mouere, illud autem moueri, sed oportebat mutari alterum ipsorum. necesse enim est in ijs quæ sunt ad aliquid, hoc accidere. ut si non erat duplum, nūc duplum est, mutari si non utrunq;, alterum. erit ergo, quædam mutatio, prior prima. Ad hæc autem, prius & posterius quonam modo erunt, tempore non existente, aut tempus, nōn existente motu? Si uero tempus est ipsius motus numerus, aut motus quidam, si quidem tempus semper est, necesse est & motum perpetuum esse. At uero de ipso quidem tempore, præter unum concordes esse uidentur omnes. ingenitum enim, esse dicunt. & propter hoc Democritus monstrat, quòd impoßibile est omnia esse facta. tempus enim, ingenitum esse. Plato uero, ipsum generat solus. simul enim ipsum cū cœlo,

Vide digressionē Auer. super isto textu.

Scientia cōtrariorū uidetur una esse.

TEX. 9. Vide digressionē Auer. super isto tex.

TEX. 10

Democritus Plato.

factum esse: cœlum autem factum esse ait. Si igitur impoßibile est & esse & intelligere tempus sine ipso nunc, nunc aũt est mediũ quoddã, & principiũ & finem habens simul, sed principium quidem futuri temporis finem uero præteriti, necesse est semper esse tempus. ultimum enim finiti accepti temporis, in aliquo ipsorum nunc, erit. nihil enim est accipere in tempore, præter nunc. Quare, quoniã est & prinicipium & finis ipsum nunc: necesse est ipsius utraq; ex parte, semper esse tempus. At uero si tempus, manifestum est quòd necesse est & motum esse. siquidem tempus, paßio quædam motus est. Eadem autem est ratio, & de eo quod est, incorruptibilem esse motum. Vt in eo quod est, factum esse motum, accidit quandam esse priorem mutationem prima, sic hic posteriorem ultima. non enim simul desinit moueri & esse mobile, ut comburi & esse combustibile. contingit enim, combustibile esse, quod non comburitur. Nec, motiuum & mouens. Et ipsum autem corruptibile, oportebit corruptum esse cum corrumpitur. & huius corruptiuum, rursus posterius. corruptio enim, mutatio quædam est. Si igitur hæc, impoßibilia sunt: manifestum est, quòd est perpetuus motus, & non aliquando quidem est, aliquando autem non. Etenim sic dicere, figmento magis aßimilatur. Similiter autem & dicere, quòd aptum natura sic est, & hoc oportere putare principium esse. Quod quidem uidetur Empedocles dixisse, quòd uincere, & mo-

Vide cõtra dictionẽ Zimar.

TEX. 11.

Tempus est quædã paßio motus.

TEX. 12.

TEX. 13.

CAP. 2
Veterum opiniones, de mundo an factus, sit.

TEX. 14
Empedocl.

uere in parte amicitiam & litem,inest rebus ipsis ex necessitate. quiescere uero,in medio tempore.

TEX. 15. Anaxago. Fortasſis autem & unum principium facientes,ut & Anaxagoras sic utique dixerint, At uero nihil inordinatum est, eorum quæ natura, & secundum naturam fiunt. natura .n. causa ordinis est omnibus. infinitum autem,ad infinitum nullam rationē habet·ordo autem omnis,ratio est. Infinito autem tempore quiescere, postea motum esse aliquando. huius autem nullam esse differentiam quare nunc potius quā prius,neq; rursus aliquē ordinē habere. non amplius naturæ est opus. aut enim simpliciter se habere oportet id quod natura est,& nō aliquādo quidē sic,aliquādo uero aliter (ut ignis sursum natura fertur,et nō aliquādo quidē aliquādo uero nō) aut rationē habere quod non simpliciter. Quare melius est,ut Empedocles & si quis alius dixit, sic se habere, in parte uniuersum quiescere,ac rursus moueri.ordinē enim iam quēdā habet,quod tale est.

Empedocl. Sed & hoc dicentem oportet non affirmare solum, sed & causam ipsius dicere, & non ponere neque cēsere ullam sententiam irrationabilem,sed aut inductionem aut demonstrationem afferre. hæc enim quæ supposita sunt,causæ non sunt. Neq; hoc erat,litis uel amicitiæ esse, sed huius quidem aggregare,illius uero disgregare. Si uero insuper determinetur ipsum in parte,dicendum est in quibus sic.ut quòd est aliquid quod cōgregat homines, scilicet amicitia,& fugiūt inimici abinuicē hoc.n.

supponitur, & in toto esse. uidetur enim in quibusdam, sic esse. Hoc aũt & per æqualia tempora, indiget & aliqua ratione. Omnino autem existimare principium esse hoc sufficiens, quòd semper aut est sic, aut fit, non rectè est opinari. ad quod Democritus reducit de natura causas, quòd sic & prius fiebat. ipsius autem semper, nõ uult principium quærere. dicens in quibusdam rectè, in omnibus autem non rectè. Etenim triangulus habet duobus rectis semper angulos æquales, sed tamen est quædam perpetuitatis huius altera causa. principiorum tamẽ quæ perpetua sunt, nõ est altera causa. Quod igitur nullũ tẽpus, aut erat, aut erit quando motus, aut nõ erat, aut nõ erit, tot dicta sint. Cõtraria aũt his, non difficile est soluere. Videbitur autem ex hisce, considerantibus, contingere maxime, motum esse aliquando, cum non esset omnino. Primo igitur, quia nulla perpetua mutatio est. mutatio enim omnis, apta natura est esse ex quodã in quoddam. quare necesse est, omnis mutationis terminum esse contraria in quibus fit. in infinitum autem, moueri nihil. Amplius uidemus, quòd possibile est id moueri, quod neq; mouetur, neq; habet in seipso ullũ motum. ut in inanimatis quorũ neq; pars ulla neq; totum mouetur, sed quiescens mouetur aliquando. Oportebat autem aut semper moueri, aut nunquàm, si non fit cum non esset. multo autem magis quod tale est, inanimatis esse: manifestum est. cum enim in nobis nullus insit motus aliquando, sed

Democritus

TEX.16

TEX.17.

quiescamus; mouemur tamẽ aliquando, & fit aliquando in nobis ex nobisipsis principium motus, etsi nihil extrinsecus moueat. hoc . n. in inanimatis similiter non uidemus, sed semper mouet ipsa aliquid aliud eorum quæ sunt extra . Animal autem ipsum, dicimus seipsum mouere. Quare, si quiescit aliquando penitus, in immobili motus utiq; fiet ĩ seipso, & non ab externo. Si autem in animali hoc poßibile est fieri, quid prohibet idem hoc accidere, & in uniuerso? si enim in paruo mundo fit, & in magno, & si in mundo , & in infinito. si contingit quidem, moueri infinitum totum & quiescere.

TEX.18. *Horum igitur id quod primum dictum est, non eundem semper & unum numero esse motum , qui ad opposita fit, recte dicitur. hoc enim fortaßis necessarium est si non semper unum & eundem numero esse poßibile est, unius & eiusdem motum.* Dico *autem, ut utrum unius chordæ unus & idem sonus sit, an semper alius, ipsa similiter se habente & mota.* Attamen *qualitercunq; tandem se habeat, nihil prohibet unum & eundem esse aliquem, quo continuus est atq; perpetuus. manifestum autem erit magis, ex ijs quæ posterius .* Moueri *autem id quod*

TEX.19. *non mouetur, nullum est inconueniens, si aliquando quidem sit id quod mouet extrinsecus, aliquando aũt nõ.*Hoc *tamen quomodo utiq; erit, inquirendũ est. dico aũt, ut idem ab eodem motiuo existente, aliquando quidem moueatur , aliquando autem non. nihil enim aliud dubitat hoc dicens, quàm propter*

quid non semper eorum quæ sunt, alia quidem quiescunt, alia uero mouentur. Maxime autem uidebitur tertium habere dubitationem, propterea quòd fit cum nō esset prius, motus, id uidelicet quod accidit in animatis. quiescens enim prius, postea uadit, mouente exteriorum nullo ut uidetur. hoc autem falsum est. conspicimus enim semper aliquid eorum quæ congenita sunt, moueri in animali. huius autem motus, ipsum animal causa non est, sed continens forsitan. Ipsum autem dicimus seipsum mouere, non secundum omnem motum, sed secundum motum secundum locum. Nihil igitur prohibet. magis autem fortaßis necessarium est, in corpore multos fieri motus à continente. horum autem quibusdam, intellectum, aut appetitum mouere. illo autem, totum iam animal mouere, quale accidit circa somnos. sensibili enim nullo inexistente motu, inexistente tamen aliquo, rursus excitantur animalia. sed manifestum erit & de his, ex sequentibus. TEX. 20.

Principium autem considerationis id erit, quod & dictæ dubitationis, quare quædam eorum quæ sunt, aliquando quidem mouentur, aliquando autem rursus quiescunt. Necesse est autem, aut omnia quiescere semper, aut omnia, semper moueri, aut alia quidem moueri, alia autem quiescere. Et rursus horum aut ea quæ mouentur, moueri semper, quæ uero quiescunt, quiescere. aut omnia apta nata esse similiter moueri & quiescere, aut reliquū adhuc & tertium. contingit enim eorum quæ sunt, CAP. 3. TEX. 21. *Entiū quædam moueri interdū, quædam interdum quiescere.*

alia quidem semper immobilia esse: alia uero semper moueri, alia autem utraq; participare. quod quidem, à nobis dicendum est. Hoc enim habet *solutionem omnium dubitatorum, & finis nobis est*

TEX. 22 *huius negocij.* Dicere igitur omnia quiescere, & *huius rationē quærere, dimittētes sēsū, infirmitas quædā est intellectus. & de toto aliquo, sed non de parte, ambiguitas est. neq; solum contra* Physi*cū, sed ad omnes scientias (ut ita dicā) et omnes opiniones, propterea quòd motu utuntur omnes.* Am*plius autem, de principijs instantiæ, ut in ijs quæ circa mathemata sunt rationibus nihil sunt ad mathematicum. similiter aūt et in alijs. sic neque de eo quod nūc dictum est, ad* Phy*sicum. suppositio enim est, quòd natura, principium motus est.* Fere autē *& omnia dicere moueri, falsum quidem est, minus autem hoc præter methodum. posita enim est natura in physicis, principium sicuti motus & quietis.*

Querere rationem & dimittere sensum, infirmitas quædam est intellectus.

TEX. 23. Similiter autem *physicum est, motus. & dicunt quidam moueri, eorum quæ sunt, non aliqua quidem, alia uero non, sed omnia & semper, sed latere hoc nostrum sensum.* Ad quos quam*uis non determinent quo motu dicant, an uniuersis, non est difficile occurrere. neque enim augeri, neque minui poßibile est continue, sed est & medium.* Est autē *similis ratio illi quæ est de eo quod est guttam conterere, & enascentia lapides discindere. non enim si tantum expulit aut remouit guttā, & dimidiū in dimidio tēpore prius. sed ut na*

Vide cōtra

uis tractio, ita & guttæ tot, tantum mouent. pars autem illarum, in nullo tempore tantum. diuiditur enim quod remotum est, in plura, sed nihil eorum motũ est seorsum, sed simul. Manifestũ est igitur, quòd non est necessariũ semper aliquid abire quia diuiditur ipsa diminutio in infinita, sed totũ aliquãdo abire. Similiter aũt, & in alteratione qualibet. nõ.n. si partibile est in infinitũ id quod alteratur, ob id & alteratio, sed simul uniuersa fit sæpe, sicut congelatio. Amplius cum ægrotauerit aliquis; necesse est tempus fieri in quo sanabitur, & nõ in termino temporis mutari. necesse est autem in sanitatem mutari, & in aliud nihil. Quare dicere continue alterari, ualde manifestis est aduersari. in contrarium enim, alteratio est. Atque lapis, neque durior fit, neq; mollior. Et de ipso ferri, mirabile est, si latuit lapis deorsum ferri, aut manere in terra. Amplius autem, terra & aliorum unumquodque, ex necessitate manẽt quidem in proprijs locis, mouentur autem uiolente ex his. Si igitur quædam ipsorum sunt in proprijs locis; necesse est neque secundum locum, omnia moueri. Quod igitur impossibile sit, aut semper omnia moueri, aut semper omnia quiescere, ex his & alijs similibus crediderit utique aliquis. At uero neque alia quidem contingit semper quiescere, alia uero semper moueri. aliquando autem nihil quiescere, aliquando uero moueri. Dicendum est autem, quòd impossibile sit, quemadmodum & in dictis

dictio. Zimar.

Vide: digressionẽ Auer. super isto tex.

TEX. 24.

prius, & in his. uidemus enim in eisdem, fieri dictas mutationes. Et ad hæc, quia aduersatur manifestis, qui contendit. Neq; enim augmentatio, neq; uiolentus erit motus, si non mouebitur præter naturam, quiescēs prius. Generationem igitur aufert & corruptionem, hic sermo. Fere autem & ipsum moueri, fieri quippiam & corrumpi uidetur omnibus. in quod enim mutatur, fit hoc, aut in hoc. ex quo autem mutatur, corrumpitur hoc, aut hinc.

TEX. 25. Quare manifestum est, quòd alia quidem mouentur, alia uero quiescunt. censere autem omnia aliquando quidem quiescere, aliquando uero moueri; hoc iam coniungendum est ad olim dictas rationes. Principium autem rursus idem faciendum est à nūc determinatis, à quo quidem incœpimus prius.

TEX. 26. Aut enim omnia quiescunt, aut omnia mouentur, aut eorum quæ sunt, hæc quidē quiescunt, hæc autem mouentur. Et si eorum quæ sunt, alia quidē quiescunt, alia uero mouentur; necesse est aut omnia aliquādo quidē quiescere. aliquando uero moueri, aut ipsorum quædam quidem semper quiescere, alia uero semper moueri, alia autem aliquando quidem quiescere, aliquando uero moueri. Quod igitur non possibile sit omnia quiescere, dictum quidem est & prius. Dicamus autem, & nunc. & si enim secundum ueritatem sic se habet, sicut quidam dicunt, esse id quod est infinitum & immobile, attamen non uidetur aliquid secundum sensum, sed mouentur multa eorum quæ sunt. Si igitur sit opi

nio falsa, aut omnino opinio, & motus est, etiam si phantasia sit, & si aliquando quidem sic uideatur esse, aliquando autem aliter. phantasia enim et opinio, motus quidam esse uidentur. Sed de hoc quidē considerare, & quærere rationem eorum quæ melius habemus quàm si ratione indigeremus, male iudicare est id quod melius est & peius, & credibile & non credibile, & principium & non principium. Similiter autem, impoßibile est & omnia moueri, aut alia quidem semper moueri, alia uero semper quiescere. Ad omnia enim hæc, sufficiens est una fides: uidemus enim quædam, aliquando quidem moueri, aliquando quidem quiescere. Quare manifestum est, quod impoßibile sit similiter, omnia quiescere, & omnia moueri continue, eo quòd alia quidem semper mouentur, alia uero quiescunt semper. Reliquum est igitur considerandum, utrum omnia sint huiusmodi ut moueantur & quiescant, an aliqua quidem sic, aliqua uero semper quiescant, aliqua autem semper moueantur. hoc enim, demonstrandum est à nobis. TEX. 27. *Mouentium igitur, & eorum quæ mouentur, alia quidem per accidens mouent & mouentur, alia autem per seipsa. Per accidens quidem, ut quæcunq;, ex eo quia sunt in mouentibus, aut ijs quæ mouentur, & quæ per partem. Per seipsa autem, quæcunq; nō ex eo, quia sint in mouente, aut in eo quod mouetur, neq; ex eo quia pars aliqua ipsorum mouet, aut mouetur. Eorum autem quæ per se, alia quidem à seipsis, alia*

CAP. 4 In omni motu discretū diuisumq; esse, quod mouetur et quod mouet

uero ab alio. Et alia quidem, natura, alia uero, uiolentia & præter naturã, quod enim ipsum a semetipso mouetur, natura mouetur. ut unumquodq; animalium mouetur. enim animal, ipsum a seipso. quorumcunque autem motus principium in seipsis est, hæc natura dicimus moueri. Quapropter, animal quidem totũ, natura ipsum seipsum mouet. corpus tamen contingit, & natura, & præter naturam moueri. Refert enim, & quali motu moueatur, & ex quali elemento constet. Et eorum quæ ab alio mouentur, alia quidem mouentur natura, alia uero præter naturam. præter naturam quidem. ut terrea, sursum, & ignis, deorsum. Amplius autem, partes animalium, sæpe mouentur præter naturã, iuxta positiones & motus modos. Et maxime, moueri ab eo quod mouetur in ijs quæ præter naturam mouentur, est manifestum, propterea quòd manifestum est ab alio moueri. Postea autem quæ sunt præter naturam, eorum quæ sunt secundum naturam, ipsa quæ à seipsis, ut animalia. non enim hoc est immanifestum, an ab aliquo mouentur, sed quomodo oportet accipere id ipsius quod mouet et id quod mouetur. Videtur enim ut in nauibus, & in ijs quæ non natura constant, sic & in animalibus esse diuisum id quod mouet & id quod mouetur, & sic totum ipsum seipsum mouere. Maxime autem dubitatur, reliquum dictæ ultimæ diuisionis. eorum enim quæ ab alio mouentur, hæc quidem præter naturam posuimus moueri, alia autem relin*

Vide cõtra dictionem Zimar.

TEX. 28.

CAP. 4.

*In. * a, quod mouetur utriq; ut separata & natura & loco, aut alio modo quoddã uidetur enim.*

quuntur opponi, quia natura. Hæc autem sunt, quæ dubitationem afferunt, à quo moueantur. ut leuia, & grauia. hæc enim, ad opposita quidem loca uiolentia mouentur. ad propria autem, leue quidem sursum, graue autem deorsum natura. A quo autem, non adhuc manifestum, ut cum mouentur præter naturam. etenim ipsa à seipsis, dicere, impoßibile est. uitale enim hoc, & animatorum est proprium. Et sistere possent, seipsa. dico autem, ut si ambulandi causa sit sibi, & non ambulandi. Quare, si in ipso igne est, sursum ferri; manifestum quòd in ipso & deorsum. irrationabile autem est illud, uno motu moueri solum à seipsis, si ipsa seipsa mouent. Amplius quomodo contingit, continuum aliquod, & compositum ipsum seipsum mouere? Quatenus enim unum & continuum, non tactu, eatenus impaßibile est. sed quatenus separatum est, eatenus hoc quidem aptum natura est facere, illud uero pati. neque ergo horum ullum, ipsum, seipsum mouet (consita enim sunt) neque aliud continuum ullum. sed necesse est diuidi mouens in unoquoque, ab eo quod mouetur. ut in inanimatis uidemus, cum aliquod animatorum, mouet illa. Sed accidit, & hæc ab aliquo semper moueri. Fiet autem utique manifestum, diuidentibus causas. est autem & in mouentibus accipere quæ dicta sunt. alia enim præter naturam ipsorum, motiua sunt. ut uectis, non natura, ponderis motiuus est. Alia uero, natura: ut actu calidum, motiuum est calidi

TEX. 29 (beside "sursum, graue autem deorsum natura")

TEX. 30 (beside "uent. Amplius quomodo contingit")

TEX. 31 (beside "cum aliquod animatorum, mouet illa. Sed accidit")

potentiá. Similiter autem,& in alijs huiusmodi.& mobile autem similiter natura. quod est potentia quale, aut quantum, aut ubi, cum habeat principium tale in seipso,& non secundum accidens. erit enim idem,& quantum,& quale, sed alterum alteri accidit,& non secundum se inest. Ignis itaque et terra, mouentur ab alio. uiolẽtia quidem, cum præter naturam. natura autem, cum ad suos ipsorum actus, potentia existunt. Quoniam autem quod potentia est, multipliciter dicitur, hæc causa est, ut non sit manifestum à quo hæc moueantur. ut ignis, sursum,& terra deorsum. Est autem potẽtia aliter sciens, qui discit,& qui habet iam & non contemplatur. semper autem, cum simul actiuum & passiuum sint, fit aliquando actu, quod est potentia, ut ipsum discens.& ex eo quod potentia est, alterum fit potentia. qui enim habet scientiam, non autem contemplatur, potentia est sciens quodammodo, sed non ut & antea quàm disceret. cum autem sic se habet, si aliquid non prohibeat, operatur & contemplatur, aut erit in contradictione & ignorantia. Similiter autem hæc se habent,& in physicis. frigidum enim, potentia calidum est. cum autem fuerit mutatum, iam ignis est. urit autem, nisi quid prohibeat,& impediat. similiter autem se habet,& circa graue & leue. leue enim, fit ex graui. ut ex aqua aer. hoc enim potentia primum,& iam leue est.& operabitur confestim, nisi quid prohibeat. actus autem ipsius leuis, est alicubi esse,& sursum prohibetur

Vide documentum Auer.

TEX. 32.

Potentiam esse multifariam dici

prohibetur autem, cum in cōtrario loco est. & hoc similiter sese habet, & in quanto, & in quali. Attamen quæritur hoc, quare ad suum locum mouentur leuia & grauia? Causa autem est, quia apta natura sunt aliquo. & hoc inest ipsi graui & leui, esse hoc quidem ipso sursum, illud autem ipso deorsum determinatum. Potentia autem est & leue & graue multipliciter, sicut dictum est. cum enim est aqua, potentia quodammodo est leue. & cum aer est, adhuc potentia est. contingit enim impeditum, & non sursum esse. sed si auferatur impediēs, agit, et semper superius fit. similiter autem, et quale, ut actu sit mutatur. ilico enim contemplatur sciens, nisi aliquid prohibeat. Et ipsum quantum extenditur, nisi quid prohibeat. Qui autem id quod sustinet & prohibet mouit, est ut moueat, est uero ut non. ut qui colūnam diuulsit, aut qui lapidem remouit a uase in aqua. secundum accidens enim mouet. sicut reflexa sphæra, non a pariete mota est, sed a proijciente. Quod igitur nihil horum, ipsum mouet seipsum, manifestum est, sed motus habet principium, non mouendi neque faciendi, sed patiendi. Si igitur oīa quæ mouentur, aut natura mouentur, aut præter naturam et uiolentia, & quæ ui & præter naturam omnia a quodam & ab alio, eorum autem quæ natura rursus, & quæ a seipsis mouentur, ab aliquo mouentur, & quæ non a seipsis, ut grauia & leuia (aut enim ab eo quod generauit, & fecit leue, aut graue, aut ab eo quod impedientia & prohibentia

TEX. 33. Vide digressionē Auer. super isto textu.

soluit) omnia utique quæ mouentur, ab aliquo mo-
CAP. 5. *uebuntur.* Hoc *autem, dupliciter.* Aut *enim non*
Mouentium diuisio. *per seipsum mouens, sed per alterum quod mouet, mouens, aut per seipsum.* Et *hoc, aut primum post ultimum, aut per plura. ut baculus mouet lapidem, & mouetur a manu mota ab homine. hic autem, nō amplius, ex eo quia ab alio moueatur.* Vtraq; *igitur mouere dicimus, & primum & ultimum mouentium, sed magis primum · illud enim, mouet ultimum. sed non hoc, primum.* Et *sine primo quidem, ultimum non mouebit, illud autem, sine hoc, ut baculus non mouebit, non mouente homine.*
Si *ergo necesse est omne quod mouetur & ab aliquo moueri, & aut ab eo quod mouetur ab alio, aut non, & si ab alio quidem quod mouetur; necesse est aliquid esse primum mouens, quod non ab alio.* Si *autem huiusmodi est primū; non necesse est esse alterum. impoßibile enim est, in infinitum abire mouens & ipsum quod mouetur ab alio. in-*
TEX. 34 *finitorum enim, nihil est primum.* Si *ergo omne quidem quod mouetur ab aliquo mouetur, primū autem mouēs mouetur quidem, non autem ab alio: necesse est ipsum a seipso moueri.* Amplius *autem,*
TEX. 35. *& sic ipsam hanc rationem est aggredi. omne enim mouens, & aliquid mouet, & aliquo.* Aut
Vide quæsitum Auer. super isto tex. *enim seipso mouet, ipsum mouens, aut alio. ut homo, seipso, aut baculo, & uentus deiecit, aut ipse, aut lapis, quem impulit.* Impoßibile *est autem mouere, siue eo quod seipso mouet, id quo mouet·*

sed si ipsum seipso mouet: non necesse est aliud esse quo mouet. si uero sit alterum id quo mouet; est aliquid quod mouebit, non quodam, sed seipso, aut in infinitum abibit. Si uero aliquid quod mouetur, mouet, necesse est stare, & non in infinitum ire. si enim baculus mouet, ex eo quia mouetur à manu, manus mouet baculum. si autem & hanc aliud mouet, & hunc aliud aliquid mouens est. Cum itaq; aliquo moueat semper alterum, necesse est prius ipsum esse seipso mouens. Si igitur mouetur quidem hoc, non autem est aliud mouens ipsum, necesse est ipsum, seipso mouere. quare & secundum hanc rationem, aut mox id quod mouetur ab eo quod ipsum seipso mouet mouebitur, aut uenit aliquando ad aliquid tale. Post ea autem quæ dicta sunt. & sic consideranti-bus, accidet hæc eadem. si enim ab eo quod mouetur, mouetur omne quod mouetur, aut hoc rebus ipsis inest secundum accidens (ut moueat quidem id quod mouetur, non tamen propterea quòd mouet ipsum semper) aut non, sed per se. Primum igitur, si secundum accidens, non est necesse moueri id quod mouetur. Si autem hoc est, manifestum est, quòd contingit aliquãdo nihil moueri eorum quæ sunt. non enim necessarium est accidens, sed contingit nõ esse. si ergo ponamus poßibile esse, nullũ impoßibile accidet, falsum autem fortaßis. sed motũ nõ esse, impoßibile est. ostensum enim est prius, hoc, quòd necesse est motum semper esse. Et ra- TEX. 36

TEX. 37. *tionabiliter hoc accidit. tria enim, necesse est esse, quod mouetur, & mouens, & id quo mouet. Id igitur, quod mouetur, necesse est quidem moueri, mouere autem, non necesse est. id autem quo mouet, et mouere et moueri.* Pariter .n. *mutatur hoc, simul et secundum idem cum eo quod mouetur existens. manifestum autem est, in mouẽtibus secundum locum. tangãt enim seinuicem, necesse est, sic usq; ad aliquid. mouens autẽ sic ut sit non id quo mouet, immobile.* Quoniam *autem uidemus ultimum, quod moueri quidem potest, motionis autem principium non habet, & quod mouetur quidem, ab alio autẽ, sed nõ à seipso, rationabile est (ut ne necessariũ dicamus) & tertium esse quod mouet quidem cum*

Anaxagoras. *sit immobile.* Quapropter & Anaxagoras *recte dicit, intellectum impaßibilem inquiens & immistũ esse, quoniam motus principium, ipsum facit esse. sic enim utiq; solum mouebit, cum sit immobilis, & uincet cum sit immistus.* At uero, *si non secun-*

TEX. 38. *dum accidens sed ex neceßitate mouetur mouens, si autem non moueatur non utiq; mouebit, necesse est mouens quatenus mouetur, aut sic moueri ut secundum eandem speciem motus, aut secundum alteram.* Dico autem, *quale est aut calefaciens & ipsum calefieri, & sanans sanari, & ferens ferri, aut sanans ferri, ferens autem augeri.* Sed *manifestũ est, quòd impoßibile est. oportet igitur usq; ad indiuidua diuidentem, dicere. ut si quid docet geometrice operari, hoc docet geometrice operari*

ſecũdum idem. aut ſi proijcit, proijci ſecundum eun dem modum proiectionis. Aut non ſic quidem, ſed ſecundũ aliud ex alio genere. ut quod fert quidẽ, augeri, quod aũt hoc auget, alterari ab alio. quod autem hoc alterat, ſecundum alium quendam moueri motum· ſed neceſſe eſt ſtare. finiti enim ſunt, motus ipſi. Rurſus autem reflectere, & alterãs dicere ferri, idem facere eſt, ac ſi mox dicat ferens ferri, & doceri docens. manifeſtum enim eſt quòd & à ſuperiore mouente mouetur, id quod mouetur omne, & magis à primo mouentium. At uero, hoc quidem impoßibile eſt. docens enim accidit diſcere, quorum hoc quidem non habere, illud autem habere ſcientiam neceſſarium eſt. Amplius autem; his magis irrationabile eſt, quòd accidit omne motiuum eſſe mobile, ſi omne quod mouetur ab eo quod mouetur, moueatur. erit enim, mobile. ut ſi aliquis dicat, quòd omne ſanatiuum, & ſanans & ſanabile erit. & ædificatiuum, ædificabile, aut ſtatim aut per plura. dico autem, ut ſi mobile quidem ab alio eſt omne motiuum, ſed non ſecundum eundem motum mobile quo mouet propinquum, ſed ſecundum alterum: ut ſanatiuum, diſcibile· ſed hoc, aſcendendo perueniet aliquando ad eandem ſpeciem, ut diximus prius. Alterum igitur horum, impoßibile eſt, alterum autem, figmentum· inconueniens enim eſt alteratiuum, augmentabile ex neceſſitate eſſe. Non ergo neceſſe eſt, ſemper moueri quod mouetur ab alio, eoq; moto. ſtabitur TEX. 39.

An omne motiuũ mobile.

ergo. Quare aut à quiescente mouebitur id quod mouetur primum, aut ipsum seipsum mouebit. At uero si oportet etiam considerare, utrum causa motionis sit & principium, ipsum seipsum mouens, an id quod ab alio mouetur, illud omnis utique ponet. id enim quod per se est causa, semper prius est

TEX. 40. eo etiam ipso quod secundum alterum est. Quare hoc considerandum est, sumpto alio principio, si quid mouet seipsum quo modo mouet, & secundum quem modum. necesse igitur est omne quod mouetur, esse diuisibile, in semper diuisibilia. hoc enim ostensum est prius in ijs quæ uniuersaliter de natura, quod omne quod per se mouetur, continuum est. impoßibile igitur est, ipsum mouens seipsum, penitus mouere ipsum seipsum. Feretur enim totũ & feret secundum eandem lationem, unum existens & indiuiduum specie. & alterabitur, & alterabit. quare docebit utiq; & docebitur simul, & sanabit & sanabitur secundũ eandem sanitatem. Amplius autem determinatum est, quòd mouetur, id quod mobile est, hoc autem est potentia cum mouetur, non actu. Quod aũt potentia est, ad actum pergit. Est autem motus, actus mobilis imperfectus. mouens autem, iam actu est. ut calefacit, calidum, & omnino id quod habet speciem, generat. Quare simul, idem & secundum idem, calidum erit, & non calidum. similiter autem, & aliorum unumquodque, eorum quæ necesse est mouens habere

Omne quod mouetur est diuisibile. idem infra tex. 46. et 6. physi. 32 et. 5. physi. 62.

TEX. 41. uniuocum. Eius ergo quod seipsum mouet, hoc

quidem mouet, illud autem mouetur. Quod autem non est ipsum seipsum mouens sic, ut utrunque ab utroq; moueatur, ex his manifestum est. neq; enim erit primum mouens ullum, si utrunq;, utrũq; mouebit. quod enim prius, magis causa est mouendi quàm sequens, & mouebit magis. Dupliciter n. mouere est, aliud quidem id ipsum quod ab alio mouetur, aliud autẽ seipso. Proximius autem est, quod longius est ab eo quod mouetur, principio, quàm quod in medio est. Amplius non necesse est mouens moueri, nisi à seipso. secundum accidens ergo, contra mouet alterum. At sumpsi, contingere non mouere. erit ergo aliud quidem quod mouetur, aliud autem mouens immobile. Amplius non necesse est mouens contra moueri, sed aut immobile aliquid mouere necesse est, aut ipsum à seipso moueri, si necesse quidem est semper motum esse. Amplius secundum quem mouet motum, etiam utiq; mouebitur. quare calefaciens, calefit. At uero neq; ipsius primo seipsum mouentis, aut una pars aut plures mouebunt, ipsa seipsam unaquæq;. totum enim si mouetur ipsum à seipso, aut ab aliquo eorum quæ sunt ipsius mouebitur, aut totum à toto. Si igitur quia mouetur aliqua pars, ipsa à seipsa, hæc utiq; erit illud primum ipsum seipsum mouens. separata enim, hæc quidem, mouebit ipsa seipsam. totum autem, non amplius. Si uero totum à toto mouetur, secundum accidens hæ mouebunt ipsæ seipsas. Quare si non ne-

An quod mouet moueri etiam contra necesse.

TEX. 42

Vide digressionẽ Auer. contra The. & Alexã. super isto tex.

cessario, accipiantur non moueri à seipsis. Ipsius igitur totius aliud mouebit cum immobile sit, aliud autem mouebitur. solum enim sic poßibile est, aliquid per seipsum motiuũ esse. Amplius si tota ipsa seipsam mouet, hoc quidem mouebit ipsius, illud autem mouebitur. Quæ igitur A, B, & à seipsa mouebitur & ab A.

TEX. 43. Quoniam autem mouet aliud quidem quod mouetur ab alio, aliud autem immobile existens, & mouetur hoc quidẽ mouens, illud autem nihil mouens, ipsum seipsum mouens necesse est ex immobili esse mouente tamen, et adhuc ex eo quod mouetur non mouet autem ex neceßitate, sed qualitercunq; euenit. Sit enim A, mouens quidem, & immobile. B, uero id quod & mouetur ab A, & mouet id in quo C. hoc autem, motum quidem ab ipso B, mouens autem nihil. si enim & per plura ueniat aliquando in C, sit per unum solum. Totum ergo A, B, C, ipsum seipsum mouet. sed si aufero ipsum C, ipsum quidem A, B, mouebit ipsum seipsum. ipsum enim A, est mouens, B, uero id quod mouetur. ipsum autem C, non mouebit ipsum seipsum, neq; penitus mouebitur. At uero neque B, C, mouebit ipsa seipsam sine ipso A. nam B, mouet ex eo quia mouetur ab alio, non quia à seipso parte aliqua. Ipsum igitur A, B, solum, seipsum mouet. Necesse est igitur ipsum seipsum mouens, habere mouens immobile tamen, & id quod mouetur nihil autem mouet ex necessitate, tangentia autem, aut utraque seinuicem

aut alterum alterum. Si igitur continuum est id quod mouet (quod enim mouetur, continuum esse necessarium est) manifestum est quòd totum ipsum seipsum mouet, nõ eo quòd ipsius aliquid huiusmodi sit ut ipsum seipsum moueat, sed totum mouet ipsum seipsum & mouens & motum, eo quòd ipsius aliquid est ipsum mouens, & id quod mouetur. non enim totum mouet, neq; totum mouetur, sed mouet quidem ipsum A, *mouetur autem ipsum* B, *solum. ipsum autem* C, *ab ipso* B, *non amplius. impoßibile .n. est. Dubitationẽ autem habet si auferat aliquis aut ab ipso* A, *si continuum est id quod mouet quidem sed immobile est, aut ab ipso* B, *quod mouetur, an reliquum utiq; ipsius* A, *mouebit, aut reliquum ipsius* B, *mouebitur? si enim hoc, nõn utiq; erit quæ primo mouetur à se ipsa, quæ* A, B. *remota enim ab* A, B, *adhuc mouebit seipsam, reliqua* A, B. *An potentia quidem utrunque nihil probibet; aut alterum id scilicet quod mouetur diuisibile esse, actu autem indiuisibile? si autem diuidatur, non ulterius esse eandem habens potentiam? quare nihil probibet in ijs quæ diuidi possunt potentia primo inesse. Manifestum est igitur ex his, quòd est primum mouẽs, immobile. siue enim confestim id quod mouetur ab aliquo autẽ mouetur stet ad immobile primum, siue ad id quod mouetur quidem ipsum autem seipsum mouens est & sistens, utroq; modo accidit utiq; id quod primum mouet in omnibus esse mo-* TEX. 44.

CAP. 6 TEX. 45. Et mouens primũ immobile, & primũ quoque mobile, æternum ac vnum.

TEX. 45 a.l. at vnũ quodq;.

tis, immobile. Quoniam autem oportet motum semper esse & nõ intermitti, neceßariũ est esse aliquid perpetuũ quod primũ mouet siue unũ sit siue plura, & primum mouẽs immobile esse. Vnũquodque * igitur immobilium quidem, mouẽtium autẽ, perpetuum esse, nihil ad præsentem sermonem. Quod autem necessarium est eße aliquid quod semper immobile quidem ipsum sit omni extranea mutatione & simpliciter & secundum accidens, motiuum autem alterius, manifestum est considerantibus sic. Sit aũt si quis uelit, in quibusdam contingens, ut sit aliquãdo & non sit sine generatione & corruptione. fortaßis enim neceßarium est, si quid impartibile aliquando quidem est, aliquando autẽ non est, sine mutatione aliquando quidem eße, aliquando autem non eße omne tale. & principiorum immobilium quidem motiuorum aũt quædam aliquando quidem eße aliquando autem non eße, cõtingat & hoc. sed nequaquam omnia quidẽ posibile est. manifestũ enim est, quòd causa quædam ijs quæ ipsa seipsa mouent, inest ut aliquando quidem sint aliquando autem non sint. ipsum enim ipsum seipsum mouens omne, neceße est magnitudinẽ habere, si nihil mouetur impartibile, id aũtẽ quod mouet, nulla neceßitate est ex dictis. Vt igitur alia quidem generentur, alia uero corrumpantur, & hoc sit continue; nulla causa est, immobilium quidem, non semper autem existentium. Neque rursus, eorum quæ semper quidem hæc mouent,

Vide digresionem Auerro. super isto tex.

horum autē alia· ipsius enim quod semper est, & continui, neque unumquodque ipsorum causa est, neque omnia. nam sic se habere, perpetuum & ex necessitate est. omnia autem infinita, & non simul omnia sunt · Manifestum est igitur quòd quamuis decies milies aliqua principia immobilium quidem mouentium autem, & multa eorum quæ ipsa seipsa mouent corrumpantur, alia uero insuper generentur, & hoc quidem immobile existens hoc mouet, alterum autem, hoc, at nihilo minus aliquid esse quod continet. & hoc præter unumquodque esse id quod est, causa ut alia quidem sint alia uero non, & continuæ mutationis. & hoc quidem his, hæc antem alijs, causa motus sint. Si igitur perpetuus motus est, perpetuum erit & mouens primum si unum est. sin uero plura, plura perpetua. Vnum autē magis quàm multa, & finita quàm infinita oportet existimare. eisdē.n. accidentibus, semper finita magis accipere oportet. in ijs enim quæ natura sunt, oportet finitū, & id quod melius est, si contingat, esse magis. sufficiens autē est, etiā si unū, quod cum primum immobilium perpetuum sit, erit alijs principium motus. Manifestum autem est ex hoc, quòd necesse est esse aliquid unum, & perpetuum primum mouens. ostēsum est enim, quòd necesse est semper motum esse. si uero semper, necesse est & continuū esse. etenim quod semper est, continuum est. quod autem consequenter est, non est continuum. At uero si con-

TEX. 47

Vide documētum Auerro. super isto tex.

TEX. 48

TEX. 49.

tinuus est, unus est. unus autem, si & ab uno mouente, & unius sit quod mouetur. si enim quiddam aliud & aliud mouebit, nõ continuus totus motus, sed cõsequenter erit. Ex his igitur crediderit aliquis
TEX. 50. esse quid primũ immobile. Et rursus cũ respexerit ad principia mouentium. Esse igitur quædam entium quæ aliquando quidem mouentur, aliquando uero quiescunt, manifestum est. Et per hoc fuit manifestum, quòd neque omnia mouentur neque omnia quiescunt, neque alia quidem semper quiescunt alia uero semper mouentur. Quæ namque ad ambo prona sunt & potentiam habent ut aliquando quidem moueantur, aliquando uero quiescant, demonstrant de ipsis. Quoniam autem huiuscemodi, omnibus sunt manifesta, uolumus autem demonstrare et duorum utramque naturam, quod sunt alia quidem semper immobilia, alia autem quæ semper mouẽtur, procedentes autẽ ad hoc & ponentes omne quod mouetur ab aliquo moueri, & hoc esse aut immobile aut quod mouetur, & quod mouetur aut a seipso aut ab alio semper, processimus ut accipiamus quòd eorum quæ mouẽtur est principium. eorum quidem quæ mouẽtur, id quod ipsum seipsum mouet. omniũ aũt, id quod immobile est. Videmus aũt & manifeste esse eiuscemodi, quæ mouent ipsa seipsa, ut animalorũ
TEX. 51. et animaliũ genus. Hæc igitur & opinionẽ præbebant, ne forte cõtingat motũ fieri, cũ nõ esset omnino. propterea, quod nos in his uidemus hoc cõ-

tingere. immobilia enim cū sint aliquando, mouetur rursus ut uidetur. Hoc *autem oportet accipere, quòd secundum unum motum ipsa mouent, & quòd secundum hunc non proprie. non enim ex ipsis est causa, sed insūt alij motus naturales animalibus, secundum quos non mouentur per seipsa. ut augmētatio, diminutio, respiratio, quibus mouetur animalium unumquodque cum quiescit, & non mouetur secundum eum motum qui est a seipso.* Huius *autem causa est, continens, & multa ingredientiū. ut quorundam alimentum. nam dum concoquitur, dormiunt, dum autem disgregatur, excitantur & mouent seipsa, cum primum principium ab externo sit.* Quapropter, *non semper mouentur continue a seipsis. aliud enim est mouens ipsum quod mouetur & mutatur, ad unumquodque mouentium seipsa.* In *omnibus autem his mouetur primum mouens, et causa ut ipsum seipsum moueat a seipso, secundum accidens tamen. mutat enim locum, corpus. quare & quod in corpore existit, & uectis motione, mouet seipsum.* Ex *quibus credere licet, quod si quid est immobilium quidem, mouentium autem, & ipsorum quæ mouentur secundum accidens, impoßibile est continuo motu mouere.* Quare *si necesse est quidem continue esse motum, esse quid oportet primum mouens immobile, & nō secundū accidens, si futurū est (ut diximus) in ijs quæ sunt ut sit inceßabilis quidā & immortalis motus, & manere ens ipsum in seipso & in eodē. principio enim manente,*

Vide documentum Auer. super isto tex.

TEX. 52.

necesse & omne manere continuum existens ad principium. Non est autem idem, moueri secundum accidens à seipso, & ab altero. moueri enim ab alio, & eorum quæ sunt in cœlo quibusdam principijs inest quæ secundum plures feruntur lationes. alterum autem, corruptibilibus solum. TEX. 53. *At uero si aliquid est semper huiusmodi, mouens quidem, immobile autem & ipsum perpetuum, necesse est & ipsum primum quod ad hoc mouetur, perpetuum esse. Est autem hoc manifestum quidem, et ex eo quòd non aliter esset generatio & corruptio, & mutatio in alijs, nisi aliquid moueat id quod mouetur. immobile enim eodem & uno motu semper mouebit eodem modo, tanquam nihil ipsum mutetur ad id quod mouetur. Quod autem mouetur ab eo quidem quod mouetur, ab immobili autem mouetur iam, propterea quòd aliter ac aliter se habet ad res ipsas, non eiusdem motus erit causa. sed propterea quòd in contrarijs est locis, aut speciebus: contrarie præstabit ut moueatur unumquodq; aliorum, & aliquando quidem quiescat, aliquando autẽ moueatur. Manifestum igitur factum est ex dictis, & quod in principio dubitabamus: curnam nõ omnia aut mouentur aut quiescunt. aut alia quidem mouentur semper, alia uero quiescunt, sed quædam aliquando quidem, aliquando autem non. Huius enim causa, manifesta nunc est, quod alia quidem ab immobili sempiterno mouentur. quapropter semper mutantur. alia uero, ab eo quod mouetur et mu*

tatur.quare,& ipsa necessarium est mutari.Immobile autem,ut dictum est,tanquam simpliciter, & eodē modo,& in eodem permanens,secundum unū & simplicem mouebit motum. At uero & alio facto principio,magis erit de his manifestum.considerandum enim est,utrum aliquem motum contingat esse continuum an non, & si contingit quis est hic;& quis primum est motuum. Manifestum enim est quòd si necessarium quidē est semper motum esse,primus autem hic & continuus est, quòd primū mouens mouet secundū hūc motū,quē necessarium est unū et eundē esse & continuū et primū.

CAP.7 TEX.54. De motu locali, solum æternū esse et cōtinuū.

Tribus aūt existentibus motibus,alio quidem secūdū magnitudinem,& alio secundum paßionem, & alio secundum locum quem uocamus lationem, hunc necessarium est esse primum. impoßibile enim est augmentationem esse, alteratione non præexistente.quod enim augmentatur, est quidem ut simili augeatur,est autem ut dißimili.contrarium enim,alimentum dicitur esse contrario. Adiungitur autem omne, factum simile simili. Necesse igitur est alterationem,esse eam quæ in contrarium est mutationem.At uero si alteratur, oportebit esse alterans,& agens ex potentia calido actu calidum.Manifestum est igitur, quòd mouens non similiter se habet,sed aliquando quidē propinquius est, aliquando autē longius,ab eo quod alteratur,est.Hæc autem,sine latione non contingit esse. Si ergo necesse est semper motum esse, necesse est

TEX.55. Motus triplex.

Vide cōtra dictionem Zimar.

& lationem esse semper primam motuũ. & si latio nis alia quidem prior, alia uero posterior est, pri-

Vide cõtra dictionẽ Zimar.

mam. Amplius autem, omnium passionum principium est, densitas & raritas. etenim graue, & leue, & molle & durum, & calidum & frigidum, densitates uidentur esse & raritates quædam. Densitas autem & raritas, congregatio & disgregatio, secundum quas generatio & corruptio substantiarum dicitur. quæ autem congregantur & disgregantur, necesse est & secundum locum mutari. At uero & eius quod augmentatur & diminuitur, mutatur secundum locum magnitudo. Amplius & hinc considerantibus erit manifestum, quod latio prima est. primũ .n. ut et in alijs, sic et in motu dicetur utique multifariã. Dicitur .n. prius, & quo non existente non erunt alia, illud uero sine reliquis. Et quod tempore. Et quod secundũ substantiam. Quare quoniam motum quidem necessarium est esse continue, erit autem continue aut qui continuus est, aut qui consequenter, magis autẽ qui continuus est, & melius est continuum quã cõsequenter esse, quod autem melius est semper arbitramur in natura esse si possibile est, possibile autem est continuum esse, demonstrabitur autem posterius nunc autem hoc supponatur, & hunc nullum posse esse nisi lationem, necesse est itaque lationem esse primam. Nulla enim necessitas est, aut augmentari aut alterari, id quod fertur. neque igitur generari aut corrumpi, horũ autem, nullũ

TEX. 56.

Dignius sẽper accipimus in natura si fit poßibile.

esse

esse contingit, si continuus non sit secundùm quem mouet primum mouens. Adhuc, tempore primum. perpetuis enim solum, competit moueri secundum hunc. Sed in unoquoque eorum quidem quæ habent generationem, lationē necesse est postremum esse motuum. post enim generationem, primum alteratio est, & augmentatio. sed latio, iam perfectorum motus est. Sed alterum necesse est moueri secundum lationem prius, quod & generationis causa erit ijs quæ fiunt, non generatum, ut id quod genuit, eo quod generatū est. Videbitur autem generatio utique esse prima motuum, propterea quod factam esse oportet rem primum. hoc autem in uno quidem quouis eorū quæ fiunt, sic se habet, sed alterum quid necesse est prius moueri, ex ijs quæ fiunt, quod & ipsum non fit, & hoc alterum prius. Quoniam autem generationem impoßibile est esse primam (omnia enim quæ mouētur, essent corruptibilia) manifestum est quòd neq; eorum qui consequenter sunt, motuū ullus prior est. Dico autem consequenter, augmentationem, postea alterationem & diminutionē, & corruptionē. omnes enim, posteriores sunt generatione. Quare si neque generatio prior latione est, neq; aliarum ulla mutationum. Omnino autem uidetur id quod fit, esse imperfectum, & ad principium ire. Quo fit ut quod generatione posterius est, natura prius sit. ultimo autem, loci mutatio, inest omnibus ijs quæ sunt in generatione. Quapropter uiuentiū

TEX. 57

Motus localis est motuum perfectißimus.

Vide quæstionē Auer. super isto tex.

TEX. 58.

alia quidem omnino immobilia sunt, propter indigentiam instrumenti. ut plantæ, & multa genera animalium. alijs autē cum perficiuntur, inest. Quare si magis inest latio, ijs quæ magis nacta sunt naturam, et motus hic primus aliorum erit secundum

TEX. 59. substantiam. Et propter hæc & quia minime motuum id quod mouetur dum fertur a substantia discedit. secundum enim solum, nihil mutatur ab esse. ut cum quid alteratur, quale, cum uero augetur

TEX. 60. & diminuitur, quantum. Maxime autem manifestum est quod mouens ipsum seipsum, maxime secundū hunc mouet proprie qui secundum locum est. & etiam dicimus hoc esse eorum quæ mouentur & mouent principium, & primū ijs quæ mo-

TEX. 61. uētur, id scilicet quod ipsum seipsum mouet. Quod igitur latio primus motuum sit, manifestum est ex his. Quæ autem latio prima sit, nunc demonstrandum est. simul autem & quod nunc & quod prius suppositum est, quòd contingit quendam motum continuū esse & perpetuum, manifestum erit eadem methodo. Quod igitur aliorū motuum cōti-

Vide documentum Auer. super isto tex.

TEX. 62. nuum nullum contingit esse, ex his manifestum est. omnes enim, ex oppositis ad opposita sunt & motus & mutationes. ut generationi & corruptioni, ens & non ens termini sunt. alterationi autem, cōtrariæ passiones. augmentationi uero & diminutioni, aut magnitudo & paruitas, aut perfectio magnitudinis & imperfectio. Contrarij autē sunt, qui sunt in contraria. id autem quod non semper

mouetur hac motione,existit aūt prius, necesse est prius quiescere.manifestū est igitur quòd quiescet in cōtrario id quod mutatur. Similiter aūt,et in mutationibus.opponuntur.n.generatio et corruptio simpliciter,& singularis singulari.Quare si impossibile est simul mutari secūdū oppositas,nō erit cōtinua mutatio,sed inter ipsas mediū erit tēpus·nihil.n. differt cōtrarias aut nō cōtrarias esse,quæ secundum contradictionē sunt mutationes,si modo impoßibile sit simul eidē adesse.hoc enim, rationi nihil utile est.Nec si non necesse est quiescere in cōtradictione,neq; est mutatio quieti cōtrarium.non enim fortaßis quiescit,quod non est,corruptio autem est,in non ens.sed si solum medium sit tempus. sic enim,non est mutatio,cōtinua.neq; enim in prioribus contrarietas,utilis erat, sed non contingere simul esse.Non oportet autem turbari, quòd idem pluribus erit contrarium·ut motus,& statui,et motui qui est in contrarium. sed solum hoc accipere, quod opponitur quodammodo & motui & quieti, motus contrarius.ut æquale & mediocre, excedenti,& ei quod exceditur. & quòd non contingit simul oppositos esse,aut motus aut mutationes. Amplius autem & in generatione et corruptione,etiā penitus absurdum esse uidebitur, si factum confestim necesse est corrumpi,& nullo tempore permanere.Quare ex his,utiq; fides alijs fiet. physicum enim est, similiter sese habere in omnibus. TEX. 63.

Quod autem contingit esse quendam infinitum

CAP. 8 TEX. 64. *Solum motum circularem esse perpetuum.*

unum existentem, & continuum, & hic est circularis, nunc dicamus. Omne .n. quod fertur, mouetur aut circulari, aut recto, aut mixto. quare si neq; illorum alter cōtinuus est, neq; illum qui ex utrisq; compositus est, esse est poßibile. quòd autem id quod fertur recto & finito, non feratur continue, manifestum est. reflectitur enim. reflexum autem recto, contrarijs mouetur motibus. contrarius .n. secundū locū est, is qui est sursum, ei qui est deorsū et qui est in ante, ei qui est in retro. & qui est ad sinistra, ei qui est ad dextra. loci enim contrarietates, hæ sunt Quis autē est unus, & continuus motus, prius definitum est, quod is qui est unus, & in uno tempore, & in nō differenti secundū speciem.

Ad motum unū requiri tria.

tria .n. sunt, & quod mouetur ut homo, aut deus. & quando, ut tēpus. & tertiū, id in quo. hoc autem est, locus aut paßio, aut species, aut magnitudo. cōtraria aūt, differunt specie, & non unum sunt. Loci autem sunt, dictæ differentiæ. Signum autem est quòd motus contrarius est qui est ab A, ad B, ei qui est ab ipso B, ad A, quia stant, & sistunt sein uicem si simul fiant. & in circulo similiter. ut qui est ab A, ad B, ei qui est ab A, ad C. sistunt enim si continui sint, & nō fiat reflexio, propterea quòd contraria mutuo se corrumpunt & impediunt. sed non is qui est in latus, ei qui est sursum.

TEX. 65.

Maxime autem manifestum est, quòd impoßibile est eum motum esse cōtinuum qui super recta fit, quia reflexum, necessarium est stare, non solum super recta,

sed etiam si secundum circulum feratur. non enim idem est, circulo ferri, & secundum circulum. est enim aliquando quidem ut id continuet, quod mouetur, aliquando autem ut in idem profectum unde moueri cœpit, reflectatur iterum. Quod autem necesse est stare, fides est non solum in sensu, sed & in ratione. Principium autem, hoc est, tribus enim existentibus principio, medio, & fine, mediũ ad utrumq; ambo est. & numero quidem unum, ratione uero duo. Amplius autem aliud est esse potentia, & esse actu. Quare rectæ quodlibet signum eorum quæ inter extrema sunt, potentia quidem est medium, actu autem non est, nisi diuiserit hanc, & superstans iterum cœperit moueri. sic autem, medium ipsum principium fit, & finis. principium quidem, posterioris, finis autem, prioris. Dico autem, ut si A, quod fertur stet in B, & iterum feratur in C. cum autem continue feratur, neq; adesse neq; abesse potest A, in B, signo, sed solũ esse in ipso nunc, in tempore autem nullo, nisi cuius ipsum nunc diuisio est, in toto A, B, C. Si autem affuisse ponat aliquis & abfuisse, semper stabit A, quod fertur: impoßibile enim est, simul & affuisse A, in B, & abfuisse. in alio ergo & alio signo temporis. tempus igitur erit, quod in medio est. quare, quiescet A, in B. Similiter autem, & in alijs signis, eadem enim ratio est, & in omnibus. Cum autem utatur ipsum A, quod fertur, ipso B, medio, & fine, & principio, necesse est stare, propterea quòd

duo facit, similiter atq; si cogitauerit. sed ab A, quidē signo, abfuit principio. in C, aūt affuit, cum fi
TEX.66. nierit & steterit. Quapropter, & ad dubitationē, hoc est dicendū. Habet enim dubitationem hanc, si enim sit linea E, lineæ F, æqualis, & A, feratur cō= tinue ab extremo ad C, simul autē sit A, in B, signo, & D, feratur ab F, extremo ipsius ad G, regulari= ter & uelocitate eadē ipsi A, ipsum D, ante ueniet ad ipsum G, quàm ipsum A, ad C. prius enim se mouens & discedens, prius uenire necesse est. Nō ergo simul affuit A, in B, & abfuit ab eodem. qua= propter posterius fit. si enim simul, non posterius erit, sed necesse erit stare. Non ergo ponēdum est, cum A, affuit in B, ipsum D, moueri simul ab F, ex tremo. si enim affuerit A, in B, erit & abfuisse, & non simul. sed erat in sectione temporis, & non in tempore. Hic igitur est impoßibile sic dicere in continuo sed in eo quod reflectitur, necesse est sic dicere. Si .n. G, feratur ad ipsum D, & iterum refle ctens deorsum feratur, extremo D, fine & princi= pio utetur uno signo ut duobus. Quapropter stet necesse est, & non simul affuit in ipso D, & abijt ab ipso D. ibi enim simul esset, & non esset, in eodē nunc. At uero quæ olim illata fuit solutio, non dicē
TEX. 67. da est. non enim contingit dicere, quòd est in D, ip= sum G, in sectione, neq; autem affuit, neq; abfuit. ne cesse enim est ad finem uenire, qui actu est, non po tentia. quod igitur in medio est, potentia est. hoc autem actu, & finis quidem, à deorsum, princi=

pium autem, de sursum. Et motuum ergo similiter necesse est ergo stare, quod reflectitur super recta. non igitur contingit, continuum motum esse perpetuum super recta. Eodem autem modo occurrẽdum est, & ijs qui interrogant Zenonis rationem, & uolunt si semper dimidiũ transire oportet, hæc autem infinita sunt, infinita aũt trãsire impoßibile est. Aut ut eandẽ hanc rationẽ quidã aliter interrogant, uolentes simul cum quid mouetur, dimidium prius numerare cum adest secundũ unũquodq; dimidiũ. quare cũ pertransierit totam, infinitum accidit numerasse numerum. hoc autẽ in confesso est, impoßibile esse. In primis ergo de motu sermonibus, soluebamus, quia tempus infinita habet in seipso. nihil .n. absurdum est, si in infinito tempore, infinita transit aliquis. similiter autem infinitum, & in longitudine est, & in tempore. Sed hæc solutio, ad interrogantem quidem se habet sufficienter. interrogabatur enim, si in finito tempore contingit infinita transire, aut numerare. Ad rem autem ipsam, atq; ueritatem, non sufficienter. si enim aliquis dimittens magnitudinem, & interrogationem si in finito tempore contingit infinita transire, interroget de ipso tempore hæc (habet enim tempus, infinitas diuisiones) non amplius sufficiens erit hæc solutio: sed uerũ illud dicendum est, quod quidem diximus in nuper dictis sermonibus. Si enim aliquis continuam diuiserit in duo dimidia, hic uno signo tanquam duobus utitur. facit

Zenonis ratio.

TEX. 68

TEXT

enim ipsum, et principium et finem. sic autem facit, & qui numerat, et qui in dimidia diuidit. Sic autem diuidente, neq; erit continua linea, neq; motus. continuus enim motus, continui est. in continuo autē, insunt quidem infinita dimidia, sed non actu, sed potentia. Si uero faciat actu, non faciet continuum, sed stabit. quod quidem in numerante dimidia: manifestum est, quòd accidit. unum enim signum: necesse est ipsi numerare duo. alterius enim dimidij principium, alterius autem finis erit, si non unam numeret continuam, sed duo dimidia. Quare dicendum est ad interrogantem si contingit infinita trāsire, aut in tempore, aut in longitudine, quòd est quidem sic, est autem non sic. actu enim si sint, non cōtingit: potētia aūt, cōtingit. qui. n. continue mouetur secundū accidens infinita transiuit, simpliciter aūt nō. accidit. n. lineæ, infinita dimidia esse. substātia aūt ipsa, altera est, et esse. Manifestum autē est, & quòd nisi aliquis faciat temporis signum (quòd prius & posterius diuidit) semper posterioris ad ipsam rem, erit simul idem, ens & non ens, & quando factum erit non erit. signum igitur utrisq; cōmune est, & priori & posteriori, & idem & unū numero, ratione autem non idem. huius enim, finis est, alterius autem, principium. ad ipsam autem rem, semper posterioris paßionis est. Sit enim tempus in quo A, C, B. res, in quo D. hæc in A, quidem tempore, alba, in B, uero, non alba. in C, ergo, alba & non alba. in quolibet enim ipsius A, uerum est

Vide obiectionem Auer. super isto tex.

TEX. 69.

dicere, albam. si toto hoc tempore erat alba, & in B, non albam. C, autem, in utrisq;. non ergo dandum est, in toto, sed præter ultimum nunc in quo C. hoc autem iam posterius. & si fiebat non album, & si corrumpebatur album in toto A, factum est aut corruptũ in C. quare album aut nõ abũ primũ in illo uerũ est dicere, aut cũ est factum non erit, et cum corruptũ est, erit. aut simul albũ & non albũ, & omnino ens & non ens esse: necesse est. Si uero quod fuerit prius non ens, necesse est fieri ens, & cum fit non est, non est poßibile in impartibilia tempora diuidi tempus. si enim in A, tempore, fiebat D, album, factum est autem simul & in altero impartibili tempore sed contiguo in B, si in A, fiebat non erat, in B, uero est, generationem oportet esse quandam mediam. Quare, & tempus erat in quo fiebat. nõ enim eadem ratio erit, & ijs qui non impartibilia dicunt. sed ipsius temporis in quo fiebat, factum est & est in ultimo signo, cui nullum est contiguum, aut consequenter. impartibilia autem tempora, consequenter sunt. manifestum autem est quòd si in A, toto tempore fiebat, quòd non est maius tempus in quo factum est, & fiebat, quàm id in quo toto solum fiebat. Quibus igitur aliquis tanquam proprijs credet rationibus, hæ et huiusmodi quædam sunt. Rationaliter autem considerantibus, & ex his uidebitur alicui idem hoc accidere. Omne enim quod continue mouetur, si à nullo prohibeatur, in quod quidẽ uenit secundũ lationẽ, TEX. 70.

in hoc & prius ferebatur · ut si ad B, uenit, ferebatur ab B. & non cum prope erat, sed mox ut cœpit moueri · cur enim magis nunc, quàm prius? similiter autem, & in alijs. Quod autem ab A, ad C, fertur, rursus ueniet ad A, continue motum. Cum ergo ab A, ad C, ferebatur, tunc et ad A, fertur, eo quia à C, est motu. Quare simul contrarijs · contrarij enim sunt, qui secundum rectam fiunt. Simul autem & ex hoc mutatur, in quo non est. si igitur hoc impoßibile est; necesse est stetur in C. nõ est ergo, unus motus · qui enim statu intercipitur, non est
TEX. 71. *unus. Amplius autem, & ex his manifestum est uniuersaliter magis de omni motu. si enim omne quod mouetur, mouetur aliquo dictorum motuum, & quiescat aliqua oppositarum quietum (non enim erat aliud præter istos) quod autem non semper mouetur secundum hunc motum, dico autem quicũq; sunt diuersi specie, & non si qua pars est totius; necesse est prius quiescere secundum oppositã quietem. quies enim, priuatio motus est. Si igitur cõtrarij quidem motus sunt, qui secundum rectam fiunt, simul autem non contingit moueri contrarijs motibus, quod ab A, ad C, fertur, non utiq; feretur simul & ab ipso C, ad A. Quoniam autẽ non simul fertur, mouebitur autem secundum hunc motum; necesse est prius quiescat apud C. hæc enim est, opposita quies, ei qui est à C, motui. Manifestum igitur est ex ijs quæ dicta sunt, quòd non est cõtinuus*
TEX. 72. *motus. Amplius autem & hæc ratio, magis pro-*

pria est ijs quæ dicta sunt. simul enim corruptum est non album, & factum est album. Si igitur continua alteratio est ad album, & ex albo, & non manet aliquo tempore simul corruptum est non albũ & factum est non album *. trium enim, erit idem tempus. Amplius non si continuum est tempus, & motus, sed consequenter· quomodo enim erit ultimum idem contrariorum, ut albationis & denigrationis? Qui autem super circularem fit, erit unus & continuus. nihil enim, impoßibile cõtingit. quod enim ex A, mouetur, simul mouebitur ad A, secundum idem propositum. ad quod enim ueniet, & mouetur ad hoc, sed non simul mouebitur contrarijs, neq; oppositis. non enim omnis qui est ex hoc, ei qui est ad hoc, contrarius est, aut oppositus. Sed contrarius quidem est, qui super recta fit. huic. n. est cõtrarius, secundum locum ut qui secundũ diametrum fit. distat enim, plurimum. oppositus autem est, qui est secundum eandem longitudinem. Quare nihil prohibet, continue moueri, & nullo tẽpore deficere. Circularis. n. motus est, qui ab eodẽ in idem. rectus aũt, qui ab eodem in aliud. Et qui in circulo quidem fit, nunquã in eisdem est. qui uero secundum rectam, sæpe in eisdem. Eo igitur qui semper in alio & alio fit, cõtingit moueri cõtinue. eo uero qui in eisdem sæpe, non contingit. necesse n. esset simul moueri oppositis. Quare neq; in semicirculo, neq; in alia circunferentia ulla, contingit moueri continue. sæpe enim necesse est, secundũ

a.l. & factũ est alb

CAP. 9. Lationũ primã esse circularem.

TEX. 73

eadem moueri, & contrarijs mutari mutationibus. non enim copulatur principio, finis. qui autem
TEX. 74 *circuli est, copulatur, & solus est perfectus. Manifestum autem est & ex hac diuisione, quòd non alios contingit motus esse continuos. in omnibus enim accidit secundum eadem moueri sæpe. ut in alteratione, per media. et in eo qui est quantitatis, per medias magnitudines. & in generatione & corruptione, similiter. nihil enim differt, ea pauca uel multa facere, in quibus est mutatio, aut medium addere quippiam, uel auferre. utroque enim modo accidit, per eadem moueri sæpe. Manifestum est igitur ex his, quòd neq; qui de natura differunt bene dicũt, qui omnia sensibilia moueri semper dicunt. moueri enim necesse est, aliquo illorum motuum, & maxime secũdum illos est alterari. fluere enim dicunt semper, atq; diminui. Amplius autem & generationẽ & corruptionem, alterationẽ esse dicunt.* Ratio *autem nunc dixit uniuersaliter de omni motu, quòd nullo motu contingit moueri continue, præter quàm circulari. Quare, neq; secundum alterationem, neq; secundum augmentationem. Quod igitur neq; infinita sit mutatio ulla, neque continua præter circularem lationem tot à*
TEX. 75. *nobis dicta sint. Quod autem lationum, circularis prima sit: manifestum est. omnis enim latio, sicut & prius diximus, aut circularis est, aut super recta, aut mista.* Hac *autem necesse est, priores esse illas. ex illis enim, constat.* Recta *autem, circu-*

laris, simplex enim, & perfecta est magis. in infinitum enim nõ est, secundum rectam ferri. quod enim sic est infinitum, non est. sed neq; si esset, moueretur utiq; aliquid. non enim id fit, quod impoßibile est. transire autem infinitam, impoßibile est. Ea autẽ latio quæ super finita recta fit, si reflectatur quidẽ composita est, & duo motus. si uero non reflectatur, imperfecta est & corruptibilis. Prius autem & natura, & ratione, & tempore, quod perfectum quidem est, imperfecto est, corruptibili autem incorruptibile. Amplius, motus prior est quem contingit perpetuum esse, eo quem non contingit. circularem igitur, contingit perpetuum esse. aliorum autem, neq; corruptionem * neq; alium ullum. statum enim oportet fieri. si autem status est, corruptus est. Rationabiliter autem accidit, circularem unum esse, & continuum, & non eum qui super recta fit. eius enim qui super recta fit, determinatum est & principium, & medium, & finis, & omnia habet in seipso. Quare est, unde id incipiat quod mouetur, & ubi desinat. apud enim terminos, quiescit omne, aut unde, aut ubi. * Ipsius autem circularis, indeterminata sunt. cur enim magis quodvis eorumq; sunt in linea; terminus erit? similiter enim unumquodq; & principium & medium, & finis est; ut semper quædam sint in principio & fine, & nunquam. Quare mouetur & quiescit quodammodo, sphæra. eundem enim occupat locum. causa autem est, quoniam omnia hæc acciderunt

a.l. lationẽ.

TEX. 76.

a.l. aut quo

ipsi centro·principium enim & medium magnitudinis, & finis, est. Quare fit ut propterea quod hoc extra circumferentiam est, non sit ubi id quod fertur quiescat, quasi transierit. semper enim fertur circa medium, sed nõ ad extremum. propterea autem quòd hoc manet, & semper quiescit quodãmodo totum, & mouetur continue. Accidit autem è cõuerso. etenim quoniam mensura motuũ circulatio est: primum necesse est ipsam esse. omnia enim, mensurantur primo. & quia primus est, mensura est aliorum. Amplius autẽ, & regularem contingit circularem esse, solum. qui enim super recta fiunt, irregulariter & à principio feruntur & ad finem· omnia enim quanto plus distant ab eo quod quiescit, feruntur uelocius. Circularis autem

TEX. 77. solius, neq; principium neq; finis in ipso natura est, sed extra. Quod autem ea quæ est secundum locũ latio, primus motuum sit; testantur omnes, quicunq; de motu fecerunt mentionem· principia enim ipsius tribuunt mouentibus secundum huiusmodi motum. disgregatio enim & congregatio, motus secundum locum sunt· sic autem mouent, amicitia & lis: ipsarum enim, hæc disgregat, illa autem, congregat. Atq; intellectum primum mouentẽ dicit Anaxagoras, disgregare. Similiter autem, &

Anaxagoras. quicunque talem quidem nullam causam dicunt, sed propter uacuum moueri dicunt. etenim hi eo qui secundum locum est motu, naturam moueri dicunt. motus enim qui propter uacuum fit, latio est, & ut

in loco. Aliorũ aũt nullũ inesse primis, sed ijs quæ sunt ex his, putant. augmentari.n. & diminui, & alterari. cum congregantur & disgregantur impartibilia corpora, dicunt. Eodem aũt modo, & quicunq; per densitatẽ aut raritatẽ cõficiunt generationẽ, aut corruptionẽ. congregatione .n. & disgregatione, hæc disponunt. Amplius aũt et præter hos, qui animã causam motus faciunt. ipsum.n. seipsum mouens, principium esse dicunt, eorũ quæ mouentur. mouet aũt animal seipsum, & omne animatum, eo qui secundum locum est, motu. Et proprie autẽ moueri dicimus solum, quòd mouetur eo qui secundum locum est, motu. Si aũt quiescat quidẽ in eodem, augmentetur autem, aut diminuatur, aut alteretur, quodammodo moueri, simpliciter autem moueri, non dicimus. Quod igitur semper & motus erat et erit omni tempore, & quodnam sit principium perpetui motus, adhæc autem quis motus primus, & quem motum perpetuum contingit solum esse, & quòd primum mouens immobile sit dictum est. Quod autem hoc necesse est impartibile esse, & nullam habere magnitudinem; nunc dicamus, primum de prioribus ipso definientes. Horum autem unum quidem, est quòd impossibile est ullum finitum mouere infinito tempore. tria enim sunt, quod mouetur, & mouens, & tertium in quo, scilicet tempus. Hæc autem aut omnia infinita sunt, aut omnia finita, aut aliqua, ut duo, aut unum. Sit igitur A, mouens, quod autem

Anima an motus causa.

CAP. 10, TEX. 78.

De primo motore, eiusdẽq; sede ac motu.

mouetur B.tempus infinitum, in quo C; Ipsum D, igitur, moueat aliquam partem ipsius B, quæ sit in quo E. Non igitur, in æquali ipsi C. maiore enim, maius. Quare non est infinitũ tempus illud, quod est ipsius F. Sic itaque ipsi D, addendo, consumam ipsum A. & ipsi E, ipsum B. tempus autem, non consumam semper remouens æquale. infinitum .n. est. Quare totum A, totum B, mouebit, in tempore finito ipsius C. Non ergo possibile est, a finito, moueri aliquid secundum infinitum motum. Quod igitur non contingit finitum, infinito tempore mouere; manifestum est. Quod autem omnino nõ contingit in magnitudine finita, infinitam esse potentiam; ex his manifestum est. Sit enim maior potentia semper, quæ æquale in minori tempore facit. ut quæ calefacit, aut dulcefacit, aut proijcit et omnino mouet. Necesse est ergo et a finito quidẽ, infinitam autem habente potentiam, pati aliquid patiens, & plusquã ab alio. maior enim est, infinita potentia. At uero, tempus quidem non contingit esse ullum. Sit enim in quo A, tempus, in quo infinita uis calefecit, aut pepulit A, B, autem, in quo finita quædam. ad hanc, maiorem semper accipiendo finitam, perueniam aliquando ad id quod est in A, tempore mouisse. ad finitum enim semper addens, excedam omne determinatũ. & auferens semper deficere faciam similiter. In æquali ergo tempore mouebunt, finita ac infinita. hoc autem, est impossibile. nullum itaq; finitum, contingit infinitam

Vide digressionẽ Auer. super isto textu.

TEX. 79.

Vide digressionem Auerro. super isto tex.

nitam

nitam potentiam habere. Neque igitur in infinito, finitam attamen contingit in minori magnitudine maiorem potentiam esse. sed adhuc in maiori maiorem. Sit igitur id in quo A B, infinitum. pars igitur B C, habet potentiam aliquam, quæ in aliquo tempore mouit D, in tempore scilicet in quo E F. Si igitur ipsius B C, duplum accipiam, in dimidio mouebit tempore ipsius E F. sit enim hæc proportio. Quare in F H, mouebit. ergo sic accipiendo semper, ipsum A B, nunquam transibo: tempore autem dato, semper minus accipiam. Infinita ergo, potentia erit. omnem enim finitam potentiam, excedit. Omnis autem finitæ potentiæ, necesse est finitum esse & tempus. si enim in quodam, tanta, maior in minori quidem, sed determinato mouebit tempore secundum conuersionem proportionis: Infinita autem omnis potentia est, ut & multitudo & magnitudo quæ excedit omnem finitam. Est autem, & sic demonstrare hoc. accipiemus enim quandam potentiam. eandem genere ei quæ est in infinita magnitudine, in magnitudine finita existentem, quæ mensurabit eam quæ in infinita est, finitam potentiam. Quod igitur non infinitam contingit esse potentiam in finita magnitudine, neq; finitam in infinita, ex his palam est. TEX. 80. TEX. 81.

De ijs autem quæ feruntur, bene se habet dubitare quandam dubitationem primum. Si enim omne quod mouetur, mouetur ab aliquo, quæcunq; non ipsa seipsa mouent, quomodo mouent aliqua con- TEX. 82.

tinue, non tangente eo quod mouit, ut proiecta? Si autem simul mouet & aliud quid, is qui mouit, ut aerem, qui cum mouetur mouet, similiter impossibile est primo non tangente neque mouente moueri, sed simul omnia & moueri & quiescere, cum id quod primum mouet cessauerit. & si facit quemadmodum lapis, ueluti si mouet id quod mouit. Necesse autem est hoc quidem dicere, quòd primum mouens facit ut poßit mouere aut aer hic, aut aqua, aut aliud quid huiusmodi quod aptũ natura est mouere & moueri, sed non simul cessat mouere & moueri, sed moueri quidem simul cum mouens cessauerit moueri, mouens autem adhuc est: quapropter mouetur quid alij contiguum. & in hoc, eadem ratio est. Cessat autem, cum in ipso contiguo minor fuerit uirtus quàm ut moueat. tandem autem cessat, cum nõ amplius fecerit prius mouens, sed motum patiens solum. hæc autem necesse est simul cessare, hoc quidem mouere, hoc autem moueri, & totam motionem. Hic igitur in ijs quæ possunt aliquando quidem moueri, aliquando quidem quiescere, fit motus, & non continuus, sed uidetur. aut enim existentium consequenter est, aut se tangentium. non enim unum mouens est, sed contigua adinuicem sunt. Quapropter & in aere, & in aqua fit, huiusmodi motus, quem dicunt quidam antiperistasin esse. Impoßibile autem est aliter dubitata soluere, nisi dicto modo. Antiperistasis autem, simul

Vide digressione Auer. super isto tex.

omnia moueri facit et mouere. quare et cessāt. Nūc autem uidetur unum aliquid, continue moueri à quouis. non enim, ab eodem. Quoniam autem in ijs quæ sunt, necesse est semper motum esse continuum. hic autem, unus est. necesse autem est unum, & magnitudinis alicuius esse (non enim mouetur, quod magnitudine caret) & unius, & ab uno. non enim esset continuus, sed contiguus alter alteri, & diuisus. Mouens igitur, si unum est, aut subiens motum mouet, aut immobile existens. Si igitur motum subiens, consequi oportebit & mutari ipsum. simul autem moueri ab aliquo. Quare stabitur, & peruenietur ad id quod est moueri ab immobili. hoc enim non necesse est simul mutari, sed semper poterit aliquid mouere. nam sine labore est, sic mouere, & regularis hic motus; aut solus, aut maximè. non enim habet mutationem ullam, id quod mouet. oportet autem id quod mouetur ab illo, non habere mutationem, ut similis sit motus. Necesse est autem, aut in medio, aut in circulo esse. hæc enim, principia sunt, sed celerrime mouētur, quæ proxima sunt mouenti. Huiusmodi autem est, ipsius totius *motus. illic ergo est, ipsum mouens. Habet autem dubitationem, si contingat aliquid quod mouetur, mouere continue, sed non ut id quod pellit iterum & iterum, & eò cōsequenter sint, continue. aut enim ipsum oportet pellere, aut trahere, uel utrumque, aut alterum aliquid exci-

TEX.83

TEX.84.

Primū motoris sedes in circulo. alia. i. circuli motus.

TEX.85.

piens aliud ab alio sicut dudum dictum est in ijs quæ proijciuntur, si cum diuisibilis sit aer aut aqua mouet, sed ut qui semper mouetur. utroque autem modo non possibile est unum esse, sed contiguum. Solus itaque is continuus est, quo ipsum immobile mouet. semper enim similiter se habens, & ad id quod mouetur similiter se habebit & continue. Determinatis autem his, *manifestum est*

TEX.86. *quòd impoßibile est primum mouens & immobile, habere aliquam magnitudinem. si enim magnitudinem habet, necesse est aut finitam ipsam esse aut infinitam, Quod igitur infinitam non contingat magnitudinem esse, ostensum est prius in Physicis. Quod autem finitam, impossibile est habere infinitam potentiam, & quòd impossibile est à finita moueri aliquid infinito tempore, demõstratum est nunc. primũ autem mouens, perpetuo mouet motu et infinito tempore. Manifestũ itaq; est, quòd indiuisibile est & impartibile et nullã habens magnitudinem.*

Finis Octaui libri.

AVERROIS CORDVBENSIS Digresʃiones omnes, documenta, annotatuq; digna in libris Phyʃicorum Ariʃtotelis.

PROEMIVM TOTIVS PHILOSOphiæ naturalis ex Hæbraico emendatum.



NTENTIO mea in hoc ʃermone eʃt gloʃare librum Ariʃto. qui dicitur auditus naturalis, quia à nullo expoʃitorum edita eʃt gloʃa completa ʃuper ʃingulis uerborum Ariʃtot. nec ab Alexandro, uerborum explanatio cognita eʃt, niʃi ʃuper partem primi, & ʃuper ʃecundum, quartum, quintum, ʃextum, & ʃeptimum, & quod habetur ʃuper partem octaui non eʃt Alexandri. Primum uerò ʃecundum uʃum gloʃatorum dicẽtium in principio libri octo capitula, ʃcilicet intentionem libri, utilitatem ordinem, diuiʃionem, proportionem, uiam doctrinæ, nomen libri, nomen authoris dicam. Et ego licet plura ex iʃtis posʃint intelligi ex proemio libri ʃicut in ʃubʃequentibus oʃtendemus. Dico quòd intentio ʃcientiæ naturalis in ʃumma cuius intentionis iʃte liber expers, eʃt cognoʃcere cauʃas ʃpecie- Intẽtio ʃciẽtiæ naturalis.

rum sensibilium & causas eorum quæ sunt in eis accidentium, quia subiectum istius artis non sunt nisi res sensibiles. quæ, transmutantur de se, idest secundum quòd habent de se principium motus & quietis. Et intentio huius libri est cognoscere de istis causas communes & hoc secundum quòd est poßibile sciri in hac scientia, sicut materiam primã et mouens primũ, forma autem prima & finis ultima à metaphisico, considerantur, & cõsideratio in consequentibus communibus omnibus rebus naturalibus sicut tempore loco et eis similia.

Vtilitas. Vtilitas eius est pars utilitatis scientiæ speculatiuæ, & declaratum est in scientia considerante in operationibus uoluntarijs, quod eße hominis secundum ultimam perfectionem ipsius & substantia eius perfecta est ipsum esse perfectum per scientiam speculatiuam, & ista dispositio est sibi felicitas ultima & sempiterna uita. & in hac scientia manifestum est quòd prædicatio nominis hominis perfecti à scientia speculatiua, & non perfecti siue non habentis aptitudinem quòd perfici poßit, est equiuoca, sicut nomen hominis prædicatur de homine uiuo & de homine mortuo, siue prædicatio hominis de rationali & lapideo; & cum hoc, consequitur cognitionem scientiæ speculatiuæ, de moralitate uirtuosa, quoniam scientes istam scientiam cum erunt secundum ordinem naturalem oportet eos de neceßitate esse uirtuosos in omnibus speciebus uirtutum

moralium, quæ sunt iustitia, temperantia, fortitudo, magnanimitas, liberalitas, ueritas, fiducia, mansuetudo & aliæ de uirtutibus hominum. & declarauit Alexander in proemio huius libri quomodo sequitur scientia harum uirtutum ad scientiam speculatiuam, quia cum nouerit sapiens paruitatem uitæ suæ, & perpetuitatem sempiternam & motum continuum, & quòd proportio suæ uitæ ad tempus sempiternum est sicut puncti ad lineam, uel sicut minimum finitorum ad infinitum, non procurabit propriam uitam, & tunc erit fortis ex necessitate; et similiter cum nouit quòd mors est ex necessitate hylæ siue materiæ, & proprie cum habet perfectionem humanam & dubitat quòd à perfectione expolietur, tunc non est mirum si aliquando eligit mortem præ uita, sicut fecit Socrates cum Atheniensibus, quàmuis opinetur de Socrate quòd non fuerunt ei declaratæ uiæ disciplinæ communes & propriæ, quia noluit ambulare in uia propria cum populo. & similiter cum sciuerit quòd perfectionem habere non potest, erit ei mors præeligenda super uitã; & manifestũ est quòd cũ dubitauerit non esse perfectus quòd eius tristitia non erit nisi propter defici hanc perfectionem ab ipso. Iterum oportet sapientes esse iustos & temperantes, iusti cum sciuerint naturam iustitiæ existentem in substantia rerum, tunc amant similari illi naturæ & acquirere illam formã temperã-

tes cum sciuerint indignitatem uoluptatem, quia non sunt de dispositionibus necessarijs in esse hominum nedum de perfectionibus ipsorum, sed sunt cõsequentia ex necessitate materiæ, de se ipsis eijcient uoluptates omnino & erunt temperantes & mansueti, & manu tenebunt leges diuinas & imitabuntur ordines naturales & manifestũ est quòd debent esse liberales, quia uilipendunt pecuniam cum sciant essentiæ pecuniæ utilitatem, & quòd studiositas in ea est unum de desiderijs præter naturam. similiter debent esse magnanimi & amantes ueritatem in operationibus & dictionibus ipsorum cum alijs consequentibus eis ex uirtute humana.

Dubium. *Si autem dicitur quòd esse non testatur super hoc, quia plures qui gloriãtur in his scientijs hoc tempore non sunt tales.*

Solutio. *Dicitur quòd hoc accidit eis propter dispositionem innaturalem quæ eos ad talem consensum deduxit, & ista dispositio est declarata exercitantibus in disciplina practicæ. & signum super hoc quòd accidit eis res extra naturam, est quòd inuenimus Alex. & alios dicentes, quòd sapientes uirtuosi fuerunt in tempore suo, & cum aliquis perscrutatus fuerit de hac dispositione, inueniet nullam aliam huius rei causam esse, nisi quòd illa perfectio cui subijciuntur assuetudine hominum in qua nutriebantur ualet, est remota ab hac perfectione, sed non solum hoc accidit eis. sed etiam quòd ex cõsuetudine in qua nutriebãtur credunt quòd hæc perfectio est ualde uilis & hoc*

non accidit eis ex lege, sed ex corrumpentibus eã. accidit igitur istis omnibus cum incipiunt specula ri illum modum perfectionis cui subiecti erant sed cum desperauerunt peruenire ad hanc perfectionẽ & uiderunt omnes homines cõtemnere eam & credere quòd expectantes eam non debẽt esse pars ciuitatis. aut credunt cum hoc quòd omnia dicta de hac perfectione forte sunt similia dictis de illa prima perfectione quam expulerunt, scilicet illam in qua nutriebantur & tales sunt plures istius temporis, scilicet illi qui modice speculationem attingunt, tunc omnino declinabuntur ad appetitus & accidit eis dispositio in naturalis, adeo quòd non dicentur esse pars ciuitatis omnino, quoniam cum eis non potest contractus fieri ciuilis neq; amicitia humana, neq; utilitas alterius, sed omnes actiones eorum sunt ad seipsos. & ideo philosophia in hoc abhorretur, & iam exiuimus à nostra intentione ad quam reuertimur. Ordo autem huius libri est primus librorum positorum ab Aristo. in scientia naturali quia res naturales diuiduntur ad diuersas naturas, & cũ diuersificantur in eo quod proprium est unicuiq; eorum communicant etiam in rebus communibus existentibus in eis, & propter hoc diuiditur consideratio huius artis in duas partes. prima est consideratio in rebus communibus omnibus rebus naturalibus: secunda est considera tio in rebus proprijs unicuiq; generum naturarũ diuersarum. et ista pars secunda diuiditur secundũ Ordo

numerum diuersorum generum, & propter hoc fuerunt libri positi in hac parte plures, sicut accidit in logica & in alijs partibus speculatiuis. Causæ autem quare pars communis est prior partibus proprijs sunt tres in his artibus prima est quòd cõmune est notius naturaliter proprio apud nos· secunda quòd idem in disciplina non erit pluries iteratũ. tertia quòd propositiones usitatæ in hoc essent primæ & propriæ uerbi gratia, qui demonstrat in triangulo angulos esse equales duobus rectis, demonstrat hoc per propositiones primas. qui autem demonstrat hoc in triangulo diuersorum laterum uel equalium laterum, tunc propositiones quibus utitur non erunt primæ. similiter qui demonstrat essentiam primæ materiæ homini, uel animali, uel alijs rebus particularibus propter hoc oportet præponere partem communem propriæ, sicut librum priorum, & librum peri hermenias ante posteriora & dialecticam & alias. Diuisiones *autem huius libri sunt octo sermones, & quilibet sermo partitur in partes maiores & minores, & maiores in minores partiuntur. & nos narrabimus istas partes in proemio cuiuslibet sermonis.* Proportio *eius omnibus scientijs speculatiuis, scilicet scientiæ naturalis est secundum proportionem partis ad totum, quia scientiæ speculatiuæ sunt duobus modis. unus numeratur propter exercitium, sicut mathematica, alius propter perfectionẽ, propter quã ipsum ex-*

Diuisio.

Proportio.

ercitium est, & est scientia naturalis & diuina. proportio autem istius libri ad scientiam naturalem est sicut proportio elementorum rei ad rem, quia iste liber comprehendit res quæ sunt sicut principia & radices uniuersales illorum in quibus uult alloqui naturalis. Via doctrinæ huis libri sunt species doctrinæ usitatæ in hac scientia, & sunt modi omnium disciplinarum, scilicet tres modi demonstrationum, scilicet signi, & demonstratio causæ, & demonstratio simpliciter, quamuis signum & causa sit plus usitata in hac scientia, & aliquando est usitata demonstratio simpliciter, & maneries disciplinæ quæ fit in diffinitione, diuisionis, & inductionis, & exempli, quia unoquoq; istorum trium utitur ars demonstratiua secundum modum datum in posterioribus, & usus quo utitur exemplo & inductione, est alius ab usu quo utitur rhetorica & dialectica. Nomen huius libri est auditus naturalis siue sermo naturalis, sed cum acciderit sermoni quòd audiatur, mutatum est loco sermonis auditus secundum transumptionem & alternationem, propter delectationem & extraneitatem existentem in uerbis mutatis secundum quòd declaratum est in rhetoricis, & appropriatur hoc nomine, quamuis sit commune arti huic, quia iste liber est principium & radix totius istius artis, & uocatur pars nomine totius, quia est in potentia omnes partes, sicut elementum est in potentia omnia generata ex eo.

Via doctrinæ.

Nomẽ libri

Nomen au thor.

Nomen auctoris est Aristo. filius Nicomachi sapientissimus græcorum, qui composuit alios libros in hac arte, & in logica, & methaphysica, & ipse inuenit & compleuit has tres artes. inuenit, quia quicquid inuenitur scriptum ab antiquis in hac scientia non est dignum quòd sit pars artis huius, nec principiũ nec ambiguitas etiam, nedum quòd principia essent. compleuit, quia nullus eorum qui secuti sunt eum usque ad hoc tempus quod est mille & quingẽtorum annorum nihil addidit nec inuenit in eius uerbis errorem alicuius quantitatis, & talem uirtutem esse in indiuiduo uno miraculo sum & extraneum existit, & hæc dispositio cum in uno homine reperitur dignus est esse diuinus magis quàm humanus. & cum nos compleuimus capitula præcedentia ad hunc librum & compendiosæ exposuimus illi qui uult intelligere uerba libri huius, ad exponenda uerba libri iam debemus transire.

Laudes Aristo.

Digressio super tex. 63. primi libri.

ET Hæ duæ transmutationes s. quæ est in accidentibus rei, et quæ est in substantia, cõueniunt in hoc: quoniã sunt alteratio eiusdẽ rei de una qualitate in aliã, et de una dispositione in aliã: Sed quia uiderunt, quòd quando res transmutatur in quibusdam istis dispositionibus, statim nomen & diffinitio eius transmutabuntur, & in quibusdam non, uocauerunt primum modum transmutationem in substantiam, & alterationem substantialem, & uo

cauerunt istas dispositiones substantiales. secundam uerò transmutationem. in qua neque nomen rei, nec eius diffinitio transmutatur, uocauerunt alterationem accidentalem, Et cum considerauerunt illud, quod defert utranque transmutationem inueniunt ipsum idem numero, & est corpus demonstratum. Videmus enim idem corpus in eodem loco transferri de carneitate in terrestreitatem, & de terrestreitate in uegetabilitatem, & mutabitur nomen eius & diffinitio, & uidemus etiam ipsum transferri de albedine in nigredinem, sed non amittit nomen & diffinitionem, Et ex hoc scitur, quòd corpus, quod est subiectum isti transmutationi permanet in nomine et diffinitione, et quòd est eius dispositio substantialis, qua fit unum numero. Corpus autem, cuius nomen & diffinitio mutãtur per transmutationem dispositionum, non est unum per dispositionem existentem in ipso dantem ei nomen & diffinitionem propriam. unde necesse est, ut istud subiectum sit unum, quia non habet formam dantem nomen & diffinitionem unam. Et est necesse etiam ut tres dimensiones quæ uidentur inseparabiles ab ipso, & eædem numero, quæ dicuntur corpus, sint accidentia, & unũ, quia subiectum eorum non habet nomen neque diffinitionẽ unam numero, non enim est subiectum habens formam substantialem; quoniam si essent de dispositionibus substantiæ non mutaretur nomen istius subiecti, neq; eius diffinitio per mutationẽ alicuius.

Idem primo capi. de substantia orbis. & alibi.

Idẽ. 12. Metaph. comment. 14

dispositionis eius, & esset tota transmutatio in accidentibus, & cum ita sit. est igitur unum subiectum numero non habens dispositionem substantialem, sed habens naturam recipiendi istas dispositiones substantiales. est igitur in potentia ens omnes dispositiones substantiales & accidentales, & hæc dicitur prima materia & primum hyle. etiam manifestum est quòd ista materia non denudatur à corporeitate, quoniam tunc haberet dispositionem substantialem, & haberet nomen & diffinitionem.

Idem primo capi. de substantia orbis.

Contra Auicen.

Et ex hoc patet quòd qui ponit hanc materiam esse corpus peccat, & similiter qui ponit illud, quod defert dimensiones subiectum habens formam in actu, ut existimat Auicen. Et hoc quidem uerificato dicamus quòd generatio & corruptio; aut est alteratio in substantia, aut congregatio & segregatio, & quomodocunq; fuerit, non erit nisi ex aliquo, & ideo antiqui conueniunt in hac propositione: & quia non intelligebant naturam istius subiecti, negauerũt quidam generationem & corruptionem, & quidam posuerunt omnem transmutationem de genere alterationis, & quidam appropriauit generationem et corruptionem, & congregationem & segregationem. Quod autem indiuiduum substantiæ s. compositum ex materia & forma fit et transmutetur secundum totum de non esse in esse sine aliquo differente transmutationem, impoßibile est omnino; nisi non esse indiuidui compositi mutaretur in esse indiuidui substantiæ compo-

Cõtra tres leges.

fiti,& morari in hoc est superfluum. Et quia corpus cœleste caret potentia ad aliquam dispositionem nisi potentia, ad ubi, ideo istud subiectum caret potentijs, & quia caret hoc subiecto, ideo caret forma quæ substentatur per hoc subiectum, & fuit necesse ut forma eius esset liberata ab hoc subiecto & ut non haberet constitutionem per corpus cœleste, sed corpus cœleste constituitur per illam, ut scies alibi. Idē. 2. cap. de substantia orbis. et alibi.

Digreßio supra tex. 3. secundi physicorum, in qua reprehendit Auicen. opinantem naturam esse, demonstrari posse.

QVIA manifestum est per se quòd naturalia sunt illa quæ habēt principium, quo transmutātur & cessant à transmutatione per se, et secundū quòd sunt naturalia, & quòd per naturā mouētur & cessant & generantur & corrumpuntur, fuit manifestum ex hoc quòd natura est principium & causa quo trāsmutatur illud in quo est, & quiescit primò & per se, nō p accidēs. Et ista diffinitio naturæ est manifesta hic, & naturā esse est manifestum per se, ut post dicet Aristo. & est unū principiorū istius sciētiæ, & non est declarādū à primo philosopho, neq; est ex eis quæ nō sunt nota per se ut apparet ex uerbis Auicennæ, nisi intendat* quòd primus philosophus debet contradicere eis qui negant illud principium esse, ut contradicit falsis opinionibus inductis de primis principijs. Et iste homo inducit signum quòd ista diffinitio non est no-

Alia litera ubi intēdit.

Fundamentum Auicē.

Alia ratio pro Auicē.

Impugnatio eiusdē.

Non dubitamus an elemēta moueantur ex se, nō ex motore extrinseco. sed utrū motor in eis sit alius a moto, ex quo patet elemēta ab intrinseco moueri. Idem alibi pluries.

ta hic, quia iam declarauit in septimo & octauo quòd omne motum habet motorem & dixit illic quòd non est dubium in hoc, nisi de corporibus simplicibus. Et potest etiam ratiocinari super hoc, ex hoc quòd dixit Aristo. in 3. cœli & mundi, quoniam elementa habent grauitatem & leuitatem. Et hoc non est sicut existimauit, quoniam non dubitamus quòd ista mouentur ex se non ex motore extrinseco. s. quatuor elementa, et omnia corpora mota ex se. utrum autem motor in eis sit alius à moto, perscrutatus est in illo libro: & causa in hoc est hæc quòd Plato opinabatur, quoniam hoc est aliquid quod mouet se, & manifestum est quòd si hic esset aliquid quod moueret se, quòd illud esset dignius habere hoc nomē natura secundū hanc descriptionē, scilicet secundum quòd dicitur hic quòd naturalia sunt illa quæ non mouentur ex extrinseco, & manifestum est quòd quicquid non mouetur ex extrinseco, mouetur ex se. sed utrum iste motor in eis sit motum aut non motum quando mouet, aut est ipsum motum indiget declaratione.

Et quum notificauit quæ sunt naturalia. dixit: & sic natura erit principium &c. &, q. d. si naturalia sunt illa quæ habent principium quo mouētur & quiescunt ex se & per se, non per accidens; & natura est illa qua mouentur & quiescunt, necesse est ut natura sit princip ū quo mouetur et quiescit, illud in quo est per se & primo, non per accidens. & antecedens esse in hoc syllogismo est manifestū

per

per se, & similiter consequens. Et non debet aliquis dicere quòd ista diffinitio propter hoc est conclusio demonstrationis, quoniam est dictum in prioribus analeticis quòd per huiusmodi syllogismos hypotheticos nullum ignotum declaratur omnino, sed utuntur ad confirmandum illud quod est manifestum per se, tamen indiget modicula innuitione, sicut usitatur diuisio & inductio. Et dixit (primo & per se) quoniam illud quod est per se, est magis uniuersale quàm illud quod est primum, omne enim primum est per se, & non omne quod est per se est primum. ut dictum est in posterioribus. V. g. quoniam nauis mouetur ex principio in ipsa, sed non primo, sed mediante homine, Et addit (non per accidens) propter illud quod dixit, & accidit in quibusdam artificialibus ut principium sit in ipso facto, secundum hoc quòd accidit quibusdam ut subiectum artificij in quo agit, est subiectum artificij in quo inuenitur scientia artificij, ut ars medicinæ, quoniam subiectum eius in quod agit est corpus hominis secundum quòd est homo, & ipse est subiectum in quo inuenitur, & hoc non est per accidens necessarium, quoniam non omnis homo est aptus ut sit medicus, ita quòd medicus agat in se. ergo ars medicinæ & aliæ artes sunt paratæ primo & per se ut agant in alia à subiecto in quo sunt. Artes igitur sicut diximus sunt duobus modis. aut ars cuius principium est extrinsecum necessario ut ars edificato-

Occurrit tacite obiectioni.

Pro hoc uide primo priorum in digressione propria de syllogismis hypotheticis.

Artes sunt duobus modis.

ria, & aliæ artes, quorum subiectum in quod agit est aliud à subiecto in quo inueniuntur. ars autem medicinæ agit in se per accidens. Et dixit (quæ fiunt manu) quia pars medicinæ cui accidit agere in suum subiectum est pars theorica non practica. quoniam nullus flobothomat in suo corpore sed est dubium de arte saltitandi. Sed iste sermo non est nisi de artibus ex quibus proueniũt acta, non solummodo actiones; & similiter est de arte musicæ quæ est sine instrumento. utrum autem in istis principijs existentibus in rebus naturalibus est aliquid quod non sustentatur per naturã, perscrutandum est de eo, sed in hac scientia non consideratur nisi in unoquoq; generũ istorũ principiorũ, & in eis quæ accidunt illis. Et iam diximus quòd ista diffinitio nõ dicitur uniuoce neq; etiam equiuoce, sed secundum prius & posterius, & in talibus incipiendum est à communiori & ueniendũ ad propria, sicut fecit in diffinitione motus & loci. Et sciendũ est quòd subiectũ istius libri est natura & principia naturalia, quũ sint cõmunia omnibus rebus naturalibus, & ideo in hoc libro nõ diffinit corpus neq; alia, de quibus considerat naturalis, sicut fecit in principio cœli & mundi.

Diffinitio natura non dicitur uniuoce, neque equiuoce, sed secundũ prius & posterius.

Subiectum istius libri est natura & principia naturalia.

Digressio supra tex. 2 2. contra Auicen.

AVICENNA autem dicit quòd naturalis non loquitur nisi de materia propinqua unicuiq; enti; de prima autem non considerat nisi primus philosophus, & peccauit. cum enim audiuit in po-

sterioribus quod nullus artifex demonstrat causas sui subiecti de quo considerat. quoniam si demonstraret eas per res priores illis causis, tunc erit de genere superiori, quare illa declaratio erit de alia arte superiori quæ considerat de genere continente subiectū illius artis, cum hoc audiuit existimauit hoc esse impoßibile in tribus modis demonstrationum. s. in demonstratione simpliciter, & demonstratione, quia, & demonstratione propter quid: & non est ita. hoc. n. non est impoßibile nisi in demonstratione simpliciter, & demonstratione propter quid in demonstratione aūt, quia non est impossibile. sicut fecit Aristot. in demonstratione primæ materiæ, & primi motoris in hoc libro si fuerit de accidentibus proprijs entis transmutabilis. erit demonstratio naturalis, & si fuerit de accidentibus proprijs entis simpliciter, erit demonstratio metaphysica. & uidetur, quòd prima materia non potest declarari esse propriè nisi per signum naturale. primus autem motor impossibile est ut declaretur nisi per signum naturale. uia autem qua procesßit. Auicen. in probando primum principium, est uia loquentium, & sermo eius semper inuenitur quasi medius inter peripatheticos & loquentes. Cum autem causæ subiecti artis habuerint causas priores, tunc demonstratio illarum causarum per demonstrationem simpliciter in arte continente illam artem, & erit etiam per signa in illa arte, & hoc totum

Causę subiecti in scientia illius subiecti si latuerint poterunt demonstrari demonstratione signi, non autem demonstratione simpliciter, nocet demonstratione ꝑpter quid.

Idem alibi.

Prima materia nō pōtest declarari esse propriè nisi per signum naturale primus autem motor im-

numerum diuersorum generum, & propter hoc fuerunt libri positi in hac parte plures, sicut accidit in logica & in alijs partibus speculatiuis. Causæ autem quare pars communis est prior partibus proprijs sunt tres in his artibus prima est quòd cõmune est notius naturaliter proprio apud nos. secunda quòd idem in disciplina non erit pluries iteratũ. tertia quòd propositiones usitatæ in hoc essent primæ & propriæ uerbi gratia, qui demonstrat in triangulo angulos esse equales duobus rectis, demonstrat hoc per propositiones primas. qui autem demonstrat hoc in triangulo diuersorum laterum uel equalium laterum, tunc propositiones quibus utitur non erunt primæ. similiter qui demonstrat essentiam primæ materiæ homini, uel animali, uel alijs rebus particularibus propter hoc oportet præponere partem communem propriæ, sicut librum priorum, & librum peri hermenias ante posteriora & dialecticam & alias. Diuisiones autem huius libri sunt octo sermones, & quilibet sermo partitur in partes maiores & minores, & maiores in minores partiuntur. & nos narrabimus istas partes in proemio cuiuslibet sermonis. Proportio eius omnibus scientijs speculatiuis, scilicet scientiæ naturalis est secundum proportionem partis ad totum, quia scientiæ speculatiuæ sunt duobus modis. unus numeratur propter exercitium, sicut mathematica, alius propter perfectionẽ, propter quã ipsum ex-

Diuisio.

Proportio.

ercitium est, & est scientia naturalis & diuina. proportio autem istius libri ad scientiam naturalem est sicut proportio elementorum rei ad rem, quia iste liber comprehendit res quæ sunt sicut principia & radices uniuersales illorum in quibus uult alloqui naturalis. Via doctrinæ huis libri sunt species doctrinæ usitatæ in hac scientia, & sunt modi omnium disciplinarum, scilicet tres modi demonstrationum, scilicet signi, & demonstratio causæ, & demonstratio simpliciter, quamuis signum & causa sit plus usitata in hac scientia, & aliquando est usitata demonstratio simpliciter, & maneries disciplinæ quæ fit in diffinitione, diuisionis, & inductionis, & exempli, quia unoquoq; istorum trium utitur ars demonstratiua secundum modum datum in posterioribus, & usus quo utitur exemplo & inductione, est alius ab usu quo utitur rhetorica & dialectica. Nomen huius libri est auditus naturalis siue sermo naturalis, sed cum acciderit sermoni quòd audiatur, mutatum est loco sermonis auditus secundum transumptionem & alternationem, propter delectationem & extraneitatem existentem in uerbis mutatis secundum quòd declaratum est in rhetoricis, & appropriatur hoc nomine, quamuis sit commune arti huic, quia iste liber est principium & radix totius istius artis, & uocatur pars nomine totius, quia est in potentia omnes partes, sicut elementum est in potentia omnia generata ex eo.

Via doctrinæ.

Nomẽ libri

Nomen author. Nomen auctoris est Aristo. filius Nicomachi sapientissimus græcorum, qui composuit alios libros in hac arte, & in logica, & methaphysica, & ipse inuenit & compleuit has tres artes. inuenit, quia quicquid inuenitur scriptum ab antiquis in hac scientia non est dignum quòd sit pars artis huius, nec principiũ nec ambiguitas etiam, nedum quòd principia essent. compleuit, quia nullus eorum qui secuti sunt eum usque ad hoc tempus quod est mille & quingẽtorum annorum nihil addidit nec inuenit in eius uerbis errorem alicuius quantitatis, & talem uirtutem esse in indiuiduo uno miraculo sum & extraneum existit, & hæc dispositio cum in uno homine reperitur dignus est esse diuinus magis quàm humanus. & cum nos compleuimus capitula præcedentia ad hunc librum & compendiosæ exposuimus illi qui uult intelligere uerba libri huius, ad exponenda uerba libri iam debemus transire.

Laudes Aristo.

Digresfio super tex. 63. primi libri.

ET Hæ duæ transmutationes s. quæ est in accidentibus rei, et quæ est in substantia, cõueniunt in hoc: quoniã sunt alteratio eiusdẽ rei de una qualitate in aliã, et de una dispositione in aliã: Sed quia uiderunt, quòd quando res transmutatur in quibusdam istis dispositionibus, statim nomen & diffinitio eius transmutabuntur, & in quibusdam non, uocauerunt primum modum transmutationem in substantiam, & alterationem substantialem, & uo

cauerunt istas dispositiones substantiales. secundam uerò transmutationem. in qua neque nomen rei, nec eius diffinitio transmutatur, uocauerunt alterationem accidentalem, Et cum consideraverunt illud, quod defert utranque transmutationem inueniunt ipsum idem numero, & est corpus demonstratum. Videmus enim idem corpus in eodem loco transferri de carneitate in terrestreitatem, & de terrestreitate in uegetabilitatem, & mutabitur nomen eius & diffinitio, & uidemus etiam ipsum transferri de albedine in nigredinem, sed non amittit nomen & diffinitionem, Et ex hoc scitur, quòd corpus, quod est subiectum isti transmutationi permanet in nomine et diffinitione, et quòd est eius dispositio substantialis, qua fit unum numero. Corpus autem, cuius nomen & diffinitio mutãtur per transmutationem dispositionum, non est unum per dispositionem existentem in ipso dantem ei nomen & diffinitionem propriam. unde necesse est, ut istud subiectum sit unum, quia non habet formam dantem nomen & diffinitionem unam. Et est necesse etiam ut tres dimensiones quæ uidentur inseparabiles ab ipso, & eædem numero, quæ dicuntur corpus, sint accidentia, & unũ, quia subiectum eorum non habet nomen neque diffinitionẽ unam numero, non enim est subiectum habens formam substantialem; quoniam si essent de dispositionibus substantiæ non mutaretur nomen istius subiecti, neq; eius diffinitio per mutationẽ alicuius.

Idem primo capi. de substantia orbis. & alibi.

Idẽ. 12. Metafi. comment. 14

dispositionis eius, & esset tota transmutatio in accidentibus, & cum ita sit. est igitur unum subiectum numero non habens dispositionem substantialem, sed habens naturam recipiendi istas dispositiones substantiales. est igitur in potentia ens omnes dispositiones substantiales & accidentales, & hæc dicitur prima materia & primum hyle. etiam manifestum est quòd ista materia non denudatur à corporeitate, quoniam tunc haberet dispositionem substantialem, & haberet nomen & diffinitionem.

Idem primo capi. de substantia orbis.

Contra Auicen.

Et ex hoc patet quòd qui ponit hanc materiam esse corpus peccat, & similiter qui ponit illud, quod defert dimensiones subiectum habens formam in actu, ut existimat Auicen. Et hoc quidem uerificato dicamus quòd generatio & corruptio; aut est alteratio in substantia, aut congregatio & segregatio, & quomodocunq; fuerit, non erit nisi ex aliquo, & ideo antiqui conueniunt in hac propositione: & quia non intelligebant naturam istius subiecti, negauerũt quidam generationem & corruptionem, & quidam posuerunt omnem transmutationem de genere alterationis, & quidam appropriauit generationem et corruptionem, & congregationem & segregationem. Quod autem indiuiduum substantiæ. s. compositum ex materia & forma fit et transmutetur secundum totum de non esse in esse sine aliquo differente transmutationem, impoßibile est omnino; nisi non esse indiuidui compositi mutaretur in esse indiuidui substantiæ compo-

Cõtra tres leges.

siti, & morari in hoc est superfluum. Et quia corpus cœleste caret potentia ad aliquam dispositionem nisi potentia, ad ubi, ideo istud subiectum caret potentijs, & quia caret hoc subiecto, ideo caret forma quæ sustentatur per hoc subiectum & fuit necesse ut forma eius esset liberata ab hoc subiecto & ut non haberet constitutionem per corpus cœleste, sed corpus cœleste constituitur per illam, ut scies alibi. Idē. 2. cap. de substantia orbis. et alibi.

Digreßio supra tex. 3. secundi physicorum, in qua reprehendit Auicen. opinantem naturam esse, demonstrari posse.

QVIA *manifestum est per se quòd naturalia sunt illa quæ habēt principium, quo transmutātur & cessant à transmutatione per se, et secundū quòd sunt naturalia, & quòd per naturā mouētur & cessant & generantur & corrumpuntur, fuit manifestum ex hoc quòd natura est principium & causa quo trāsmutatur illud in quo est, & quiescit primò & per se, nō p accidēs. Et ista diffinitio naturæ est manifesta hic, & naturā esse est manifestum per se, ut post dicet Aristo. & est unū principiorū istius sciētiæ, & non est declarādū à primo philosopho, neq; est ex eis quæ nō sunt nota per se ut apparet ex uerbis Auicennæ, nisi intendàt* quòd primus philosophus debet contradicere eis qui negant illud principium esse, ut contradicit falsis opinionibus inductis de primis principijs. Et iste homo inducit signum quòd ista diffinitio non est no-* Alia litera ubi intēdit. Fundamentum Auicē.

ta hic, quia iam declarauit in septimo & octauo quòd omne motum habet motorem & dixit illic quòd non est dubium in hoc, nisi de corporibus simplicibus. Et potest etiam ratiocinari super hoc, ex hoc quòd dixit Aristo. in 3. cœli & mundi, quoniam elementa habent grauitatem & leuitatem. Et hoc non est sicut existimauit, quoniam non dubitamus quòd ista mouentur ex se non ex motore extrinseco .s. quatuor elementa, et omnia corpora mota ex se. utrum autem motor in eis sit alius à moto, perscrutatus est in illo libro: & causa in hoc est hæc quòd Plato opinabatur, quoniam hoc est aliquid quod mouet se, & manifestum est quòd si hic esset aliquid quod moueret se, quòd illud esset dignius habere hoc nomẽ natura secundũ hanc descriptionẽ, scilicet secundum quòd dicitur hic quòd naturalia sunt illa quæ non mouentur ex extrinseco, & manifestum est quòd quicquid non mouetur ex extrinseco, mouetur ex se. sed utrum iste motor in eis sit motum aut non motum quando mouet, aut est ipsum motum indiget declaratione.

Alia ratio pro Auicẽ.

Impugnatio eiusdẽ.

Non dubitamus an elemẽta moueantur ex se, nõ ex motore extrinseco. sed utrũ motor in eis sit alius a moto, ex quo patet elemẽta ab intrinseco moueri. Idem alibi pluries.

Et quum notificauit quæ sunt naturalia. dixit: & sic natura erit principium &c. &, q. d. si naturalia sunt illa quæ habent principium quo mouẽtur & quiescunt ex se & per se, non per accidens, & natura est illa qua mouentur & quiescunt, necesse est ut natura sit princip ũ quo mouetur et quiescit, illud in quo est per se & primo, non per accidens: & antecedens esse in hoc syllogismo est manifestũ per

per se, & similiter consequens. Et non debet aliquis dicere quòd ista diffinitio propter hoc est conclusio demonstrationis, quoniam est dictum in prioribus analeticis quòd per huiusmodi syllogismos hypotheticos nullum ignotum declaratur omnino, sed utuntur ad confirmandum illud quod est manifestum per se, tamen indiget modicula inuitione, sicut usitatur diuisio & inductio. Et dixit (primo & per se) quoniam illud quod est per se, est magis uniuersale quàm illud quod est primum. omne enim primum est per se, & non omne quod est per se est primum. ut dictum est in posterioribus. V. g. quoniam nauis mouetur ex principio in ipsa, sed non primo, sed mediante homine. Et addit (non per accidens) propter illud quod dixit, & accidit in quibusdam artificialibus ut principium sit in ipso facto, secundum hoc quòd accidit quibusdam ut subiectum artificij in quo agit, est subiectum artificij in quo inuenitur scientia artificij, ut ars medicinæ, quoniam subiectum eius in quod agit est corpus hominis secundum quòd est homo, & ipse est subiectum in quo inuenitur, & hoc non est per accidens necessarium, quoniam non omnis homo est aptus ut sit medicus, ita quòd medicus agat in se. ergo ars medicinæ & aliæ artes sunt paratæ primo & per se ut agant in alia à subiecto in quo sunt. Artes igitur sicut diximus sunt duobus modis. aut ars cuius principium est extrinsecum necessario ut ars edificato-

Occurrit tacite obiectioni.

Pro hoc uide primo priorum in digresssione propria de syllogismis hypotheticis.

Artes sunt duobus modis.

ria,& aliæ artes,quorum subiectum in quod agit est aliud à subiecto in quo inueniuntur: ars autem medicinæ agit in se per accidens. Et dixit (quæ fiunt manu) quia pars medicinæ cui accidit agere in suum subiectum est pars theorica non practica. quoniam nullus flobothomat in suo corpore sed est dubium de arte saltitandi. Sed iste sermo non est nisi de artibus ex quibus proueniũt acta, non solummodo actiones, & similiter est de arte musicæ quæ est sine instrumento. utrum autem in istis principijs existentibus in rebus naturalibus est aliquid quod non sustentatur per naturã, perscrutandum est de eo, sed in hac scientia non consideratur nisi in unoquoq; generũ istorũ principiorũ, & in eis quæ accidunt illis. Et iam diximus quòd ista diffinitio nõ dicitur uniuoce neq; etiam equiuoce, sed secundum prius & posterius, & in talibus incipiendum est à communiori & ueniendũ ad propria, sicut fecit in diffinitione motus & loci. Et sciendũ est quòd subiectũ istius libri est natura & principia naturalia, quũ sint cõmunia omnibus rebus naturalibus, & ideo in hoc libro nõ diffinit corpus neq; alia, de quibus considerat naturalis, sicut fecit in principio cœli & mundi.

Diffinitio natura non dicitur uniuoce, neque equiuoce, sed secundũ prius & posterius.

Subiectum istius libri est natura & principia naturalia.

Digressio supra tex. 2 2. contra Auicen.

AVICENNA autem dicit quòd naturalis non loquitur nisi de materia propinqua unicuiq; enti; de prima autem non considerat nisi primus philosophus, & peccauit. cum enim audiuit in po-

sterioribus quod nullus artifex demonstrat causas sui subiecti de quo considerat. quoniam si demonstraret eas per res priores illis causis, tunc erit de genere superiori, quare illa declaratio erit de alia arte superiori quæ considerat de genere continente subiectũ illius artis, cum hoc audiuit existimauit hoc esse impoßibile in tribus modis demonstrationum. s. in demonstratione simpliciter, & demonstratione, quia, & demonstratione propter quid: & non est ita. hoc. n. non est impoßibile nisi in demonstratione simpliciter, & demonstratione propter quid in demonstratione aũt, quia non est impossibile. sicut fecit Arist. in demonstratione primæ materiæ, & primi motoris in hoc libro. si fuerit de accidentibus proprijs entis transmutabilis. erit demonstratio naturalis, & si fuerit de accidentibus proprijs entis simpliciter, erit demonstratio metaphysica. & uidetur quod prima materia non potest declarari esse propriè nisi per signum naturale. primus autem motor imposssibile est ut declaretur nisi per signum naturale. uia autem qua processit. Auicen. in probando primum principium, est uia loquentium, & sermo eius semper inuenitur quasi medius inter peripatheticos & loquentes. Cum autem causæ subiecti artis habuerint causas priores, tunc demonstratio illarum causarum per demonstrationem simpliciter in arte continente illam artem, & erit etiam per signa in illa arte, & hoc totum

Causæ subiecti in scientia illius subiecti si latuerint poterunt demonstrari demonstratione signi, non autem demonstratione simpliciter, nocet demonstratione ꝑpter quid. Idem alibi. Prima materia nõ potest declarari esse propriè nisi per signum naturale primus autem motor im-

possibile est ut declaretur nisi per signum naturale consimile alibi plures.

erit quando causæ subiecti artis latuerint.

Digressio supra tex. 48. secundi libri.

SED ista quæ non sunt necessaria, neq; possibilia in maiori parte quædã sunt possibilia æqualiter & quædam in minori parte. Quærendum igitur utrum casus inueniatur in utroque. Sed si existimauerimus quòd potentia istius sermonis est potentia syllogismi hypothetici diuisiui necesse est secundum Aristote. ut casus sit in utroque. Sed posteriores peripathetici ut narrauit Auicen. dicunt quòd casus inuenitur in eis quæ sunt possibilia in minori parte, non in eis quæ sunt æqualiter, & hæc est sententia Themistij. Auicenna autem dicit quòd casus est in utroque & narrauit quòd illi ratiocinantur super hoc dicentes quòd illa quæ sunt & non sunt æqualiter, cum attribuuntur potentiæ actiuæ, sunt ut ambulatio & quies. cum enim aliquis ambulat non dicimus, quòd ambulatio eius fuerit casu. neque si quieuerit quòd quies eius fuerit casu. Auicenna autem contradixit huic sic, non est impossibile inuenire unum quod dicatur esse necessarium in respectu alicuius, & casuale in respectu alterius, & similiter erit possibile in maiori parte in respectu alicuius, & in minori parte in respectu alterius.

Op. Themistii & ratio opinionis.

Auicẽna cõtra Themistium uide Auicen. primo suæ sufficientiæ capi. 13.

Et quasi intendit quòd ambulatio si attribuitur potentiæ motiuæ in loco erit casualis, quia non est in natura istius potentiæ mouere plusquam quiescere, & si attribuitur ad appetitũ quod facit mo

tum non erit casualis. Sed si hoc fuerit non erit hoc contingens ut in paucioribus naturaliter, neque ut in pluribus, neque necessariũ, quod est inopinabile. Et manifestum est quòd quãdo dicimus quòd contingit mihi quòd comedi cum societate, & hoc est casu, & dicitur sine casu, ut me comedere per appetitum, ergo cõtingens æquale impossibile est ut inueniatur ex eo altera duarum actionum nisi ex altera causa coniuncta cum eo; quoniam neutra actio est dignior ut sit reliqua, & cũ ista sit actio, non inuenitur ex eo quod est contingens equaliter nisi ex aliqua causa extrinseca cõiuncta cum eo. Ista igitur causa si fuerit ut in pluribus, tunc illa actio non dicetur fieri casu. s. prouentus illius actionis ab eo fuerit in maiori parte, et si fuerit in minori parte, erit in paucioribus. cum igitur actio prouenit ab aliquo contingente per se & primo, necessario autem est in minori parte aut in maiori, à contingente autem æqualiter nulla actio prouenit secundum quòd est cõtingens æqualiter. Quoniam natura eius est natura materiæ non natura formæ. Actiones igitur quæ non sunt necessariæ neque contingentes ut in pluribus, necessario proueniunt in minore parte, & secundum hoc casus non erit in contingenti æqualiter, neq; etiam Aristot. dimisit unũ modum actionum, in quibus inuenitur casus. Et debes scire quòd differentia inter contingens ut in pluribus & necessarium non est quòd contingens ut in plu

Auerrois cõtra Auicennam.

A contingẽte equaliter nulla actio uenit secundum quòd est contingens æqualiter.

Necessario quòd ex hoc soluitur rõ. Auicen.

ribus habet impedimentum ut in paucioribus, & necessarium non habet impedimentum, ut dicit Auicenna. secundum enim hoc sequitur, ut omnia sint naturaliter necessario, immo contingens ut in pluribus est illud, in cuius natura est possibilitas ut actio eius deficiat in minori parte. & ideo inuenitur illic impedimentum extrinsecum: necessarium uero quia non habet hoc in sua natura, non inuenitur impedimentum illi extrinsecum. si ergo non inuenitur impedimentum extrinsecum, contingeret tunc ut possibilitas in illo esset ociosa, & si igitur inuenitur ei quod est necessarium impedimentum, tunc esset impedimentum ociosum, & natura nihil agit ociose. Et cum contingentia dicitur de causa agente, & recipiente, perscrutandum est de istis perfecte, dicamus igitur quòd prima materia est parata ad recipiendum duo cōtraria æqualiter, & ideo receptio utriusq; contrariorū est ei naturalis, & similiter apparet de anima concupiscibili. s. ipsam esse præparatam ad actiones contrarias æqualiter. Istud igitur cōtingens non habet causas agentes contraria æqualiter in omni tempore. s. illud quod est naturale, & si non, tunc natura ageret ociose. unde necesse est ut illæ actiones attribuantur agenti. s. quod fuit alterum contrariorum, ita secundum quòd in pluribus nō casu, & si esset hic aliquid quod agit & non agit æqualiter, tūc natura ageret ociose. potentia.n. ad esse & non esse esset æqualis in eo per se, & cū

Primo sue sufficientie cap. 13.

Prima materia est parata ad recipiendū duo contraria equaliter.

dicimus quòd potētia ad esse in prima materia est æqualis potentiæ ad non esse, intēdimus quòd duo contraria inueniuntur in ea in temporibus æqualibus oppositis, ut pluuiam esse & non esse æqualiter, sed hoc in hyeme, & hæc in estate, & causarum alternatio agentiū hæc duo cōtingētia æqualiter est necesse in temporibus æqualibus, & actio eorum in causatis est in maiori parte, & sunt corpora cœlestia, & ideo sunt causæ eorum quæ sunt & non sunt æqualiter. Apparet igitur ex hoc quòd contingens æqualiter non inuenitur in potētias agentibus per se, sed in potentijs passiuis, & earum in eis, quarum præparatio ad receptionē duorum contrariorum est æqualis, siue sit anima aut non anima, in potentijs autem passiuis quæ dignius recipiunt alterum contrariorum quàm reliquum, non est contingentia æqualiter, et tamen cōtingēs æqualiter inuenitur in passione, nō in actione. non enim inueniuntur actiones quæ sunt æqualiter, passiuum enim non exit ad actum nisi à potentia actiua, & hæc est causa quare Aristo. dimisit in hoc capitulo contingens æqualiter. sermo autem dicēs, quòd omnia sunt necessaria, nullus est, & in metaphysica contradicitur.

Recapitulatio.

Proemium Auer. supra. 3. libro Physicorum.

CONSVETVDO sicut dixit Aristot. in 2. metaphysi. est maxima causa dependens à pluribus rebus manifestis per se, quemadmodum enim cùm homo fuerit assuetus ad aliquas

Aristot. 2. met. t. c. 14. Idem primo phy. cō. 71

actiones, licet noceant illi erunt faciles illi, & credit quòd sint utiles, similiter cum fuerit assuetus credere sermones falsos à pueritia, erit illa cõsuetudo causa ad negandum uerum manifestum, sicut quidam cum usitati sunt comedere uenenũ in tantum quòd erat eis cibus, sic accidit modernis dicentibus quòd generatio fuit ex non ente, & causa istius existimationis fuit consuetudo. Et tu potes scire hoc ex hoc quod dixit Aristo. quòd omnes antiqui conueniunt in hoc quòd nihil generatur ex nihilo, & iam uidi quosdam socios dubitantes in hac quæstione, tamen obuiaui huic aliquantulum in tractatu de substãtia orbis. Et ista mala consuetudo auferri potest per habere cõsuetudinem audiendi contraria sua, quemadmodum igitur malitiæ acquisitæ per malam consuetudinem obuiamus per cõsuetudinem habituum bonorum oppositorum illis, similiter credere res falsas destruitur per habere consuetudinem rerum uerarum, & ista consuetudo est impediens multos intellectus perfectos recipere ueritatem. Et ideo uidemus modernos loquentes dicere, quòd qui in principio adiscit philosophiam, non potest adiscere leges, & qui primo adiscit leges non ei abscondetur post aliæ scientiæ. te bene dixerũt, in quo.n. congregatur cõsuetudo & cõprehensibilitas ueritatis, ille nõ habet impedimentũ à ueritate sed impedimẽtũ semper à falsitate, uel saltẽ ab eo in quo non est ueritas neq; falsitas ut in legibus. sed qui

Primo phy sic. tex. cõ 34.

habet cõsuetudinẽ recipiendi falsum, aptus est ut impediatur à ueritate, quẽadmodũ in quo congregatur cum nutrimento panis qui est cibus temperatus consuetudo nutrimenti, rectum est ut non impediatur in aliqua hora ab hoc quin nutriatur ab eo, & quin non accidat ei nocumẽtum, sed qui assuetus est ad aliquid aliud quàm ad panem, bene potest impediri à nutrimẽto illius. Et ex hoc *modo, scilicet per consuetudinem extimatur quòd apologi propositi ciuitatum corrumpunt multa principia naturæ, & hoc est per assuetudinem.*

Et ideo *fides uulgi est fortior quàm fides philosophorum; quoniam uulgus non assueuit audire aliud, philosophi autem audiunt multa, & ideo quando disputatio & consideratio consequens est omnibus, corrumpitur fides uulgi, & ideo quædam leges prohibent disputare.* Et potest *bene uidere quantum operatur audire res extraneas in opinione quæ est per consuetudinẽ & hoc tempore; homines enim multi cum intrauerunt res speculatiuas & audierunt res extraneas eis cum fuerint assueti statim corrumpetur opinio, quam habuerunt ex assuetudine, & non fuerint tantum assueti ad istas res extraneas ut possint recipere, & fuit destructa apud eos maior pars legum, & multiplicati sunt homines apud eos qui dicebãtur* Zenodic. Et Algazel *fuit maior causa huius cum suis comparationibus mixtis.* Et *diximus hoc.*

Digressio *super tex. 4. tertij libri. qua quæritur*

utrum motus sit in pluribus prædicamentis.

ET quæritur de hoc quod dixit hic, quòd motus non inuenitur in uno prædicamento, et dictum est in libro de prædicamentis, ipsum esse in prædicamento passionis, & secundũ hoc aut nõ debemus computare prædicamentũ passionis aut non debemus dicere ipsum inueniri pluribus uno prædicamento. *Solutio.* Ad hoc autem dicamus, quoniam motus secundum quòd non differt à perfectione ad quam uadit, nisi secundum magis & minus, necesse est ut sit de genere illius perfectionis, motus enim nihil aliud est quàm generatio partis post aliam illius perfectionis, ad quam intendit motus donec perficiatur & fit in actu. *Motus nihil aliud est quàm generatio partis post aliã illius perfectionis ad quam intendit motus donec perficiatur et fit in actu, Sed oppositum uidetur dicere. 4. physi. c. 84.* Vnde necesse est ut motus qui est in substantia, inueniatur in genere substantiæ, & motus qui est in quantitate, in genere quantitatis, & similiter qui est in ubi & qualitate. secundum autem quòd est uia ad perfectionẽ quæ est alia ab ipsa perfectione, necesse est ut sit genus per se, uia enim ad rem est aliud ab ipsa re, & secundũ hoc fuit positum prædicamentum per se, & iste modus est famosior, ille autem est uerior, & ideo Arist. induxit illum modũ famosum in prædicamentis, & istum modum uerum in hoc libro.

Digressio super tex. 6.

ET manifestum est quòd ista diffinitio motus est communis motui nouo & æterno & similiter etiã apparet ex hac diffinitione continuatio motus. *Diffinitio motus communis est motui nouo & antiquo* motus enim quando quiescit erit perfectio eius

quod est in actu, unde uidemus quòd motus augmenti, & alterationis sunt plures motus, nō enim possumus dicere quòd augmentatum est motum uno motu de initio augmenti usque ad finem, apparet enim motus eius in tēpore sensibili. & similiter est dispositio in pluribus alterationibus. & impossibile est ut in toto tēpore augmenti sit motū, & nō comprehendatur à sensu. Motus igitur augmēti de initio motus ad finē componitur pluribus motibus & pluribus quietibus, in uno autē motu translati qui est de principio ad finē nō interponitur quies, & ideo cōtinuatio est manifestior in eo, & credimus hoc in augmēto, & alteratione, quia uidemus aliqua augeri per annum uno digito, & remotum est ut ille digitus diuidatur per oēs partes temporis illius anni, quoniā minimum tempus sensibile non habet ex eo partem sensibilem.

Digressio super tex. 60. qua quæritur utrum magnitudo diuidatur in infinitum. Et per consequens: utrum geometra mentiatur in suppositionibus suis.

SED est hic quæstio non modica, quemadmodum enim unum principiorum quæ ponit geometer est, quoniam possibile est accipere ad omnem lineam, lineam minorem illa. Similiter etiam ponit quoniam possibile est accipere ad omnem lineam, lineam maiorē illa, additio igitur mensuræ procedet in infinitum sicut eius diminutio, & hoc esse possibile apparet ex uerbis Alfarabij super

Solutio. hunc librum, & ex uerbis Auempace. sed si quis consideraueit uerba Aristot. uidebit ipsum dicere uerum. consideratio enim naturalis de mensura est secundum quòd est finis & existēs in materia. consideratio enim geometre secundum quòd est abstracta à materia, & cum mensura consideratur his duobus modis. inuenitur secundum dispositiones oppositas & conuenientes, conuenientia enim est in hoc, quoniam semper diminuitur siue consideretur secundum quòd est in materia, siue secundum quòd est in imaginatione. propositio igitur geometre est, quoniam possibile est imaginari ad omnem lineam, lineam minorem illa; & propositio naturalis conueniens isti est, quòd linea potest diminui in infinitum & propositio geometrica dicens quòd possibile est imaginari ad omnem lineam, lineam maiorem illa est uera naturalis uero dicens quòd omnis linea potest crescere in infinitum est falsa, quia contingit ex ea magnitudinem esse infinitam in actu, quia tunc esset possibile inueniri magnitudinem maiorem omni magnitudine. ergo est infinita necessario. Infinitum enim est maius omni magnitudine: & cum dicimus quòd possibile est inueniri magnitudinem maiorem omni magnitudine, intēdimus inuenire magnitudinem maiorem magnitudinibus infinitis.

Magnitudo siue consideretur ut in materia siue secundū quòd est in imaginatione semper diuiditur in infinitum. Sed oppositū uide cō. 72.4. phy.

Et uniuersaliter additio mensure qua utitur geometer est de capitulo propositionum opinabilium quæ sunt. q. fundamenta geometriæ absq; eo

quòd sunt extra animam, sicut ut cum imaginatur quòd figuræ habent positiones, & quòd cum punctus mouetur facit lineam, & quòd cum linea mouetur facit superficiem, & superficies corpora, & similiter uidetur ponere diminutionem esse semper non quòd extra animā est sic, & sicut geometer potest accipere magnitudinem cuiuslibet quātitatis, quod non potest naturalis, ita geometer cum posuerit magnitudinem cuiuscunque quantitatis potest accipere maiorem illa.

Propositiones mathematicæ ferè oēs ad imaginationē.

Digresſio ſupra tex 69. qua quæritur utrum sic est inter numerum & magnitudinem, s. quo ad posse in infinitum augeri.

Sed quæret aliquis in hac propositione dicente quòd in quacunque quantitate ponatur magnitudo in potentia in illa quantitate potest poni in actu, in quo differt ab hac positione. s. quòd in quacunque quantitate ponatur aliquis numerus demonstratus in potentia in illa quantitate potest in actu. unde existimatur quòd non est differentia in hoc quòd sit possibile infinitum esse in potentia in numero & in magnitudine. ut dictum est. Sed cum aliquis considerauerit hoc uidebit quòd additio, in qua non cessat infinitum esse, & non sequitur si ponatur ipsam exire in actu, quod est impossibile, est additio cuiuslibet partis generate possibilitas est alia a possibilitate alterius partis, & non sunt omnes partes unius possibilitatis demonstratæ. & hoc est sicut est dispositio in motu &

Possibilitates in rebus augmentabilibus in infinitũ sunt diuersarum dispositionũ & nõ sunt partes unius possibilitatis. secus est in nõ augmentabilibus.

tempore. in additione autem cuiuslibet partis possibilitas est pars unius possibilitatis demonstratæ. ista possibilitas quomodocunque ponatur in potentia sequitur ex ea ut inueniatur in actu in illa dispositione. Et si non contingeret ut potentia esset frustra. & additio quæ est in magnitudine demonstrata est de genere istius additionis. & additio quæ est in numero est de genere primæ additionis. et causa in hoc quòd potẽtiæ quæ sunt in additione uniuscuiusque partis partim mensuræ, omnes sunt partes unius potentiæ, et nõ est ita in numero, quoniam sicut mensura est una & continua & numerus non secundum hoc igitur intelligendus est iste locus.

Documentum supra tex. 74.

ET ista ratiocinatio, ut mihi uidetur est cõmunis, cum non sit manifestum per se hoc; sed hoc declarabitur propriè cum fuerit declaratũ quòd extra mundum non est uacuum neq; plenum. i. & non omne tangens habet naturam tangẽdi, quodlibet enim non tangit nisi illud quod est suum totum naturaliter, non enim quodlibet tangens tangit quodlibet, nedum ut quodlibet sit tangens. Et apparet quòd corpus circulare non est innatum tangere cum sit completum per se; & quòd corpus rectum est natum tangere cum sit finitum & completũ per aliud, & hoc inuenitur in corpore circulari, et in elementis ut post declarabitur.

Digreßio super tex. 20. quarti libri.

SED potest aliquis quaerere & dicere quòd iste sermo componitur ex propositionibus, quarũ prima est quòd forma & materia mouentur per motum corporis compositi ex ambobus. secunda aũt est, quoniã secundũ quòd mouentur indigent loco. Tertia uero est quòd si altera earũ est locus, necesse est ut locus habeat locum. Secunda autem et tertia sunt uerae. Prima uerò nõ, sequitur.n.ex ea quòd forma & materia sint in loco, quod nõ dicit Arist. declarabit.n.in vi.quòd oẽ transmutabile est corpus; & cũ ita sit, materia igitur et forma nõ mouentur nisi per accidens ergo si indigẽt loco, est per accidẽs, & est impossibile ut locus habeat locũ p accidens, ex hoc igitur apparet quòd ista contradictio non est uera neque essentialis.

Sed quia illud quod est per accidens, est duobus modis s. semper & raro, uidetur quòd illud quod est semper intret quoquo modo in numero demõstrationũ uerarũ non essentialiũ quae dicuntur demonstrationes dialecticae, & ista contradictio est huius generis sermonũ materia.n. & forma licet mouẽtur per accidens s. secundũ quòd sunt pars moti, tamẽ motus accidẽtalis inuenitur in eis semper cũ motu corporis, ex quo sequitur ut inueniatur in eis semper locus, licet per accidens, sequitur igitur si fuerit locus ut habeat locum semper ex necessario s. formã & materiam, licet per accidẽs sed est manifestum quòd locus non habet semper, neq; per se, neq; per accidens, nisi sit de gene

Solutio, Illud quod est per accidens est duobus modis semper & raro. Sed uide opposi. 8. physi. c. 36. ubi habet quòd illud quod est per accidens nõ est necessarium neque semper &c.

re accidentis quod accidit raro, & quando accid erit ultimo continenti rem moueri per motum corporis, cuius est ultimum, tunc igitur potest attribui loco motus per accidens, sed illud per accidens est raro, ex hoc igitur modo iste sermo potest esse de numero sermonum contradicentium demonstratiuorum. Et Alexan. respondet, quoniam cum fuerit positum quòd forma aut materia est locus, et locus est de quantitate, quia est æquale ei quod est in eo, sequitur quòd cum trāsfertur, ut sit æquale loco in quem transfertur, & sic forma erit in loco per se, locus enim qui est forma, aut materia est æqualis corpori translato. s. habenti formam & materiam, et corpus est æquale loco in quem transfertur, & sic forma aut materia utra earū sit locus erit æqualis loco in quem corpus transfertur, quia est æquale, æquali ei, & omne quod est æquale loco est in loco essentialiter. Et hoc quod dixit Alexan. non est sine dubitatione, quoniam locus secundum quòd est quantitas non mouetur, sed locus secundum quòd est locus per se est non mobilis naturaliter & essentialiter.

Contra Alexand.

Expositio integra Auer. super tex. 37.

ISTE sunt aliæ rationes, ex quibus declarat quòd impoßibile est dimensiones esse separatas per se extra materiam & formam, & omnia accidentia, sicut existimant dicentes uacuum esse. Et dixit (& si esset hic dimensio naturata). i. existens

per

per se extra subiectum i. si tres dimensiones quibus corpus diffinitur existunt per se sine subiecto.

Deinde dicit (*permanens in eadem dispositione*). *i. non transmutabilis, neq; translatabilis secundum quod existimant opinantes hoc.* Deinde dicit (*tunc loca essent infinita &c.*) *i. quoniam si locus esset dimensiones abstractæ à materia, in quibus dimensiones corporis subijcientur contingeret loca esse infinita, continget enim ut totum corpus locatum, & partes eius sint in loco essentialiter, quoniam si locus sit tres dimensiones in quibus subijciuntur dimensiones corporis, & corpus, & qualibet pars eius habet tres dimensiones necesse est ut subiectio totius in loco sit admodum subiectionis partis adeo quòd quãdo aer, aut aqua intrat in uas, subijcientur secundum tres dimensiones in tribus dimensionibus uasis. s. quæ sunt inane, & similiter contingit, ut medietas aquæ secundum tres suas dimensiones subijciatur in tribus dimensionibus quæ sunt medietas dimensionum primi loci, & sic de medietate medietatis, & sic proceditur in infinitum, ex quo contingit loca esse infinita, cùm hoc quòd contingit quòd dimensiones partis subijciuntur etiam in dimensionibus in quibus totum subiicitur, & sic erunt dimensiones in dimensionibus in infinitum, pars enim indiget dimensionibus per se, in quibus existat sicut totum existit & differt à toto, dimensiones partis quæ sunt suum ubi, indigent existere in dimensionibus*

totius quæ sunt suum ubi, & ita quòd sint diuersæ à dimensionibus totius. Et hoc intendebat cum dixit, *partes enim &c. i. quoniam quemadmodum secundum totum aqua quæ est in uase, indiget dimensionibus, in quibus subijciatur. ita partes aquæ indigent dimensionibus, in quibus subijciantur, quæ differunt à dimensionibus totius, quoniam si dimensiones partis, in quibus subijcitur essent partes dimensionũ, in quibus totũ subijcitur, tũc pars non esset in loco per se, neque totum etiam, totum enim etiam est pars totius corporis continentis, & illud corpus alterius corporis continentis, ita quòd sit pars totius mundi, & continget in dimensionibus, in quibus subijcitur totum, ut indigeant dimensionibus, in quibus subijciantur, & ille dimensiones alijs dimensionibus, & sic in infinitum.*

Deinde *induxit etiam aliud impossibile, & dixit, & cum hoc erit translatum &c. idest, & cum posuerimus dimensiones esse separatas, in quibus subijciuntur dimensiones corporis, continget ut locus moueatur essentialiter, & indigeat loco, quoniam cum uas transfertur de loco in locum, & in eo fuerit aqua, aut aer, continget necesse sicut uas secundum totum mutat locum, ut dimensiones, in quibus est aqua in uase mutent locum, & sic locus indiget loco, & cum transfertur ad alium locum, fient in eo aliæ dimensiones permanentes in uase quæ mouentur per motum eius. & sic contingit ut in uase sint*

loca infinita, quia crescunt in uase per motum, & totum remanet, quia aqua remanet, & similiter contingit etiam in partibus aquæ. Et hoc intendebat cum dixit, *& locus partis, in quo mouetur quando transfertur totum uas non est alius locus. & similiter partes loci, & continget ut cum eo transferātur dimensiones, in quibus subijciantur aqua, & partes aquæ in uase, & cum transfertur continget, ut dimensiones quæ sunt in uase, subijciantur in dimensiones, ad quas transfertur uas, & sic locus mouebitur per se, & erunt multa loca insimul.* Deinde dicit *locus enim in quo est aer &c. i. dicimus enim secundum nostram sententiam quòd uas in quo est aer, aut aqua, aut partes aquæ, est illud quod transfertur per se, et aqua existit in uno loco qui est uas, non quia aqua, aut partes eius transferuntur per se, per translationem uasis. ita quòd sint in loco qui est pars loci, ad quē transfertur totum uas, qui est pars loci totius mūdi.* Et hic sunt multa impossibilia manifestiora istis quæ sequuntur expositione dimensionū separatarū, quæ post dicet Aristot. quando loquetur de uacuo:, sed ista impossibilia quæ hic dixit, sequuntur expositione dimensionis separate, non secundū quòd est dimēsio separata, sed secūdū quòd ponitur locus. Et Alex. dicit in hoc capit. quod est ualde difficile, et exponit ipsum duabus expositionibus. dixit enim quòd cum dixit Arist. *aqua enim, et aer quando transferuntur etc.* forte intē- *Prima expositio Alexandri.*

dit, quoniam si locus esset dimensio, contingeret ut partes aquæ quādo aqua transfertur, agerent illud quod agit aqua quæ est in uase quando uas transfertur. i. quoniā dimensiones in quibus partes subijciuntur debent transferri cum ipsis partibus sicut contingit si aqua esset in uase in dimensione, ut dimensio in qua est transferatur cum uase. & dicit quòd similitudo inter hæc duo quæ fecit consecutionem est, quoniā utrunq; est pars totius, & pars non mouetur per se. s. quoniam aqua quæ est in uase est pars congregati sicut pars aquæ translatæ est pars totius aquæ, & cum illud quod contingit in utraq; parte est idem, & uas quādo transfertur, & aqua existit in eo transfertur cum eo dimensio, in qua est aqua, & cōtingit ut subijciatur in alia dimēsione, ita est de omnibus partibus cuiuslibet moti, & cum ita sit, quodcūq; corpus transfertur, necesse est ut per translationem eius transferātur dimensiones partium eius, & subijciātur in dimensionibus loci ad quē trāsferūtur, & sic in illo loco congregātur duæ dimēsiones uni parti. & similiter de alijs partibus, & deinde quādo secunda trāsfertur, transferūtur cum unaquaq; parte duæ dimēsiones, et subijciuntur in tertia dimēsione, et sic una pars in secūda translatione. s. in secundo loco habebit dimensiones tres. & sic quanto magis corpus mouebitur in loco, tanto magis habebit dimensiones, & sic una pars habebit dimensiones infinitas insimul. Secunda

Secūda expositio eiusdem.

expositio est, & est manifestior, ut dixit, & est ut contradictio fit de partibus corporis quod est in uase tantum, hoc.n. manifestum .s. quòd si locus sit dimensio quòd necesse est cum aqua quæ est in uase, per translationem uasis transferatur dimensio quæ est in ipso, ex quo sequitur, ut aqua quæ est in uase habeat loca infinita, & hoc sicut dixit est manifestius .s. aquam quiescere essentialiter in uase, & moueri per accidens quàm partes esse in toto hoc modo, & etiam prima ratiocinatio non sequitur nisi postquam ponitur partes moueri per accidens, & forte hoc non cõcedetur, nisi post concessionem eius quòd est locus esse continens, qui uero ponit dimensionem quæ est inter superficies continentis esse locum, opinatur partes esse in loco essentialiter. Et ideò uidetur quòd nostra expositio est rectior, quia est fundata super hoc quòd partes sunt in loco essentialiter, & hoc sequitur ex sermone eorum, et impoßibile ad quod inducitur, est etiam manifestũ .s. quòd unum translatum transfertur in locis infinitis, & secundum hanc expositionem induxit aquã in uase, ut appareat quòd contingit eis quòd pars debet esse in loco essentialiter, sicut aqua in uase est in loco essentialiter.

Laudat expositionem propriam.

Expositio integra Auerro. supor tex 41. cum Digreßione utrũ octaua sphæra sit in loco.

CVM declarauit quòd locus est primum continens, & declarauit prius quòd non omne corpus

est cōtentum, quoniam si ita esset tunc infinitum esset in actu, sequitur ex istis duobus ut non sit omne corpus secundum totū in loco essentialiter, sed illud extra quod est corpus, illud autem extra quod nō est corpus nō est secundū totū in loco essentialiter. et ista est dispositio totius .s. quòd non est in loco essentialiter, cū nihil sit extra ipsum, et ideo dixit, dicamus nūc igitur &c. Deinde incepit declarare quid sequitur ex hac positione .s. quòd oē extra quod nihil est nō est in loco secundū totū, & ideo dixit (& ideo si posuerimus totū &c.) i. propter hoc si posuerimus totū esse aquā, tūc aqua non esset in loco secundū totū, et esset immobilis secundū totum, & tunc partes eius necessario mouerentur in loco cum essent contente, & ideo partes mundi possunt moueri modis tribus motuum s. quoniā quædā partes mouētur circulariter, & quædā superius, & est oē in quo est raritas ut aer & ignis, & quædā inferius, & est oē in quo dēsitas est, ut aqua & terra. ergo dispositio in toto manifesta est, & nō accidit in eo quæstio, & similiter non accidit quæstio in sphæris contentis de numero sphærarū cœlestiū in sphæra aūt octaua nō contenta, si non accidit ei motus proprius, & totus orbis qui mouetur motu diurno, accidit in eo magna quæstio, quoniam manifestum est ipsum moueri, & cum omne motum sit in loco necesse est ut totus orbis sit in loco. ergo sumus inter duo, aut ponere quòd aliquod motum non est in

loco, aut ponere quòd locus est inane & dimensio. Ioannes uero propter hoc obedit huic .s. locum esse & dimensionem & uacuū non finem continē tē: ut dicit Aristo. licet apud ipsum nō possit inane separari à corpore, quoniam dicentes uatuum esse sunt bipartiti, alij .n. dicunt ipsum separari à corporibus, & alij non, quorum est Ioānes grammaticus. Aristo. dicit, cum hoc post, quòd cœlum et anima sunt in loco per accidens, et in hoc dubitauerunt omnes expositores. Themistius uero dicit respondendo quòd corpus cœleste nō est in loco secundum totū, sed secundū partes .s. secundum orbes quos continet maximus orbis, sicut est dispositio in toto mundo, fingit enim quòd causa in hoc est, quoniam corpus cœleste non est mobile secundum totum, sed secundum partes, & apud ipsum partes cœli sunt in loco, quia continent suas partes, sed quia corpus altissimum. Verbi gratia orbis stellarum fixarum non continetur ab aliquo, concessit quòd hoc corpus est in loco propter suas partes intrinsecas tantum, scilicet quæ sunt in concauo eius, iste enim partes mouentur circa conuexum .s. conuexum corporis circa quod reuoluuntur quasi circundet ipsas licet sit intra. Et hoc idem contingit toti orbi quando mouetur motu diurno .s. quòd est in loco secundū partes quæ sunt concauo, si dixerimus quòd motus stelle est alius à motu orbis: ergo melius est dicere quòd totū corpus cœleste ē in loco sicut dici

Op. Ioannis grāmatici. Improbatio prima. Secunda ratio. infra. t. c. 45.

Op. Themistij.

Prima ratio contra Themistiū.

mus in corpore ultimo .s. secundum partes quæ sunt in concauo, aut dicamus ipsum esse in loco utroq; modo .s. quia partes eius sunt in loco præter ultimum, & quia partes concaui sunt in loco, si posuerimus quòd motus diurnus est totius orbis essentialiter, & non stellati, & hoc est necesse secundum scientiam naturalem. Et in hoc quod dixit Themistius sunt quæstiones non modicæ, quoniam quomodo dicitur sphæra moueri secundum omnes partes, & non mouetur secundum totum, & totum nihil aliud est quàm partes. Et etiam uidemus Arist. in ultimo sexti quando loquitur de quæstione Zenonis de motu sphærico, ponere sphæram moueri secundum totum, & secundum partes, & quòd secundum totum mutat loca diuersa secundum formam tantum, secundum autem partes, secundum formam & subiectum, ut in illo declarabitur, nihil est igitur hoc quod dicit Themistius quòd causa in hoc quòd sphæra nõ est in loco simpliciter est, quia mouetur secundũ partes non secundum totum. Si igitur aliquis dixerit quòd hæc est intentio Arist. cum dixit, secundum enim quod est totum &c. Dicemus ad hoc quòd cum dixit, secundum enim quòd est totum non transmutat locum, non intendit corpus quod mouetur circulariter, sed intendit totũ mundum, & cum dixit de alio modo quòd mouetur circulariter intendit quòd toti attribuitur motus circularis propter quasdam partes .s. corpora cœ-

Secunda ratio.

Totũ nihil aliud est quã partes. in tex. 85.

Obiectio pro Themistio.

Solutio.

lestia sicut attribuitur ei rectus motus propter motum elemētorum, quae sunt etiam quaedam partes eius. Deinde dicit (iste enim locus est locus partiū) .i. locus eius quod mouetur circulariter, cum illud quod mouetur circulariter est pars totius, locus enim simpliciter corporis quod mouetur circulariter est locus eius partium, sicut uidemus Themistium intelligere ex uerbis Aristo.

Et etiam secundum expositionem Themistij, cum Aristo. dicit, quòd cœlum est in loco per accidens, intendit, quia alterum cœlorum est in loco s. orbium, & illud quod apud Arist. attribuitur alicui propter suam partem, est aliud ab eo quod attribuitur alicui per accidens, & ideo omnibus expositoribus, ut dicit Themistius, displicet ut cœlum sit in loco per accidens, & dicunt ipsum esse in loco secundum partes. Themistius uero dicit quòd Aristo. utitur hic illo quod est per accidens large de eo quod est commune ad accidens, & ad partem, & hoc deberemus dicere si non inueniremus aliquem modum unum secundū quem diceremus cœlum esse in loco per accidens. omnes igitur homines ut apparet de eis non potuerunt intelligere uerba Aristo. recte. Auempace uerò respondit in hoc loco sic, quoniam sphaera secundum quòd est sphaera non est in loco, quia aliquid extrinsecum continet illam, & quòd hoc propriū est corpori recto, non corpori rotundo, & locus sphaerae qui fingitur ab isto secundū quòd est sphae

Quarta rō in Themistium.

Illud quod apud Aris. attribuitur alicui propter suam partem est aliud ab eo quod attribuitur alicui per accidens.

Auempace hyspani opinio.

ra est conuexum centri, circa quod reuoluitur, quasi igitur locus eius est superficies conuexi qđ continet sphæra, & est quodammodo continens sphæram. Et nititur dicere quòd diffinitio quam induxit Arist. in loco, quoniam est continens diuisum à re, debet intelligi in corporibus rectis ab extrinseco, & in rotūdis ex intrinseco. Et dicit quòd causa in hoc est, quoniam corpus rotūdum finitur per se, & corpus rectarum dimensionum finitur per aliud, & ideo corpora recta .s. elementa indigent in hoc quòd finiantur rotundo, rotundū uero nō indiget corpore extrinseco, et causa in hoc est, quoniā linea rotunda est perfecta & non pōt recipere additionē aut diminutionē, linea uero recta est diminuta. Et secundū hoc quòd sphæra erit in loco simpliciter & essentialiter sicut erunt corpora recta, & omnis sphæra sphærarū cœlestiū quā cōtinet alia sphæra habebit hoc p accidēs, & secundū hoc oē corpus simpliciter erit in loco essentialiter, et uidetur mihi quòd hoc quod narrauit Auempace est opinio Alfarabij. Alfarabius enim est qui posuit se cōtradicentem quæstionibus Ioānis. Et una illarū quæstionū est ista quæ inuenitur in libris nostris, sicut inuenitur ex uerbis Auempace, & non incidit in manus nostras. Et cum ita sit hoc quod dicit Aristot. quòd omne corpus extra quòd nihil est non est in loco, et quòd omne corpus extra quod est aliquid est in loco est falsum, apparet.ij. ex sermone eius in hoc loco quòd corpora

Improbatio prima.

Secunda.

naturalia apud ipsum sunt tribus modis, est enim modus qui est in loco essentialiter .s. corpora recta, & modus qui est in loco per accidens, & hic est corpora rotũda, & modus qui est in loco propter suas partes, & hic est totus mundus .s. corpus compositũ ex corporibus simplicibus quinque, & totum hoc manifestum est ex suis uerbis.

Nos autem reuertamur & dicamus, quoniã cũ sit notũ per se, quòd locus secundũ quòd est locus est æqualis locato: manifestũ est quòd superficies conuexi centri sphære nõ est locus simpliciter, nõ n. est equalis nisi superficiei concaue, nõ omnibus superficiebus sphære, & locus est equalis locato, quia omnes superficies eius sunt equales omnibus superficiebus locati, æqualitas enim dicitur duobus modis, dicitur n. secundũ continentiã, & secundum hoc dicitur quòd circulus est æqualis figuræ rectorũ laterũ, & dicitur etiã quando duo æqualia habent mẽsuram cõmunem qua mẽsurẽtur, & secũdũ hoc dicitur corpus esse æquale corpori, et superficies superficiei, & ista æqualitas non est uera de loco, nisi inane esset, æqualitas igitur propria loco est æqualitas secundũ cõtinẽtiã, ex hoc igitur apparet manifeste quòd sphæra secundum quòd est sphæra nõ est in loco simpliciter nisi accidat ei hoc, sicut accidit sphæris cœlestibus, quas continet alia sphæra extrinseca. Et hoc apparet etiã ex hoc, quoniam primũ notũ est de loco, quòd collatio rei ad ipsum est sicut collatio contenti ad

Auer. solutio, & tertia improbatio.

Æqualitas dicitur duobus modis.

Quarta.

continens, ſicut dicimus quòd aqua in cypho non eſt ſicut collatio totius ad partem, ſed dicere ſphæram eſſe in centro eſt ſicut dicere totum eſſe in parte, non ſicut dicere aquam eſſe in uaſe, & ideo ſi conuexum centri dicatur eſſe continens ſphæram; & ideo illud extrinſecum dicatur eſſe continens, erit ſecundum æquiuocationem, quia in altero ſunt uere proprietates loci, eſt enim continens & æquale, & res eſt in eo ſicut aqua in cypho, hoc igitur totum demonſtrat ueritatem opinionis Ariſtot. & falſitatem eius quòd intendit Auempace, & quòd impoßibile eſt exponere uerba Ariſto. ita quòd diffinitio quam induxit de loco ſit cõmunis corpori ſimplici & rotundo. Nos autem dicamus, quoniam cum ſit fixum ſecundum totum, neceſſe eſt ut hoc modo ſit quieſcens, et quia quies eſt ei propter quietem centri quod eſt in terra, et quies eſt, quia eſt in loco eſſentialiter, ideò dicitur cœlum eſſe in eodem loco, & non tranſmutatur ab eo per accidens. i. quia centrum eius eſt in loco eſſentialiter, & hæc eſt intentio ſermonis Ariſto. dicentis, quòd cœlum eſt in loco per accidens, utrum uerò dicatur moueri in eodem loco in quo eſt per accidens, cum nihil ſit extra ipſum ſecundum partes, aut ſecundum totum declarabitur, cũ Ariſto. declarauerit ipſum moueri ſecundum totum, & mutare locum in quo eſt per accidens in forma eius non in materia. eſt igitur motum & quieſcens in ſuo loco per accidens, ſcilicet

Opinio propria.

propter centrũ quod est in loco essentialiter, omne enim quod inuenitur in aliquo per accidens, inuenitur in eo propter aliquod habẽs illud per se, & hæc est intentio eius cùm dixit de aqua & de quolibet corpore continente, ipsum uerò secundũ totum quodammodo est mobile &c. & secundum hoc erit opinio Aristot. *quòd omne corpus est in loco, & quod omne motum est in loco; sed istorũ quoddam est in loco per accidens, & quoddam est in loco per se. & secundum hoc diuiditur motum, quoniam aliud mouebitur in loco essentialiter, & aliud mouebitur in loco per accidens. apparet igitur ex hoc quòd omne corpus attribuitur loco in motu, & quiete; aut per se, aut per accidens, & quòd nullum corpus est, quod non est in loco, sicut* Alex. *intendebat in expositione loci huius: ut post uidebitur.* Et *apparet ex hoc quòd corpora attribuuntur loco tribus modis per se, & per accidens, & secundum partem, ut intendebat* Aristo. *& quòd omnes expositores non potuerunt attingere hanc expositionem, & quod* Auempace *dimisit sermonem* Aristo. *& errauit multum.* Sed *quæritur super hoc si corpus cœleste est ĩ loco per accidens. ergo mouetur per accidens, declarabitur enim in hoc lib. quòd est primum mobilium simpliciter, & sic illud quod est per accidens erit prius illo quod est per se.* Ad *hoc autem dicendum est quòd illa quæ mouentur per se indigent aliquo quiescente circa quod mouentur, ut decla-*

Obiectio.

Solutio.

dit, quoniam si locus esset dimensio, contingeret ut partes aquæ quãdo aqua transfertur, agerent illud quod agit aqua quæ est in uase quando uas transfertur. i. quoniã dimensiones in quibus partes subijciuntur debent transferri cum ipsis partibus sicut contingit si aqua esset in uase in dimensione, ut dimensio in qua est transferatur cum uase. & dicit quòd similitudo inter hæc duo quæ fecit consecutionem est, quoniã utrunq; est pars totius, & pars non mouetur per se. s. quoniam aqua quæ est in uase est pars congregati sicut pars aquæ translatæ est pars totius aquæ, & cum illud quod contingit in utraq; parte est idem, & uas quãdo transfertur, & aqua existit in eo transfertur cum eo dimensio, in qua est aqua, & cõtingit ut subijciatur in alia dimẽsione, ita est de omnibus partibus cuiuslibet moti, & cum ita sit, quodcũq; corpus transfertur, necesse est ut per translationem eius transferãtur dimensiones partium eius, & subijciãtur in dimensionibus loci ad quẽ trãsferũtur, & sic in illo loco congregãtur duæ dimẽsiones uni parti. & similiter de alijs partibus, & deinde quãdo secunda trãsfertur, transferũtur cum unaquaq; parte duæ dimẽsiones, et subijciuntur in tertia dimẽsione, et sic una pars in secũda translatione. s. in secundo loco habebit dimensiones tres. & sic quanto magis corpus mouebitur in loco, tanto magis habebit dimensiones, & sic una pars habebit dimensiones infinitas insimul. Secunda

Secũda expositio eiusdem.

expositio est, & est manifestior, ut dixit, & est ut contradictio fit de partibus corporis quod est in uase tantum, hoc.n.manifestum .s. quòd si locus sit dimensio quòd necesse est cum aqua quæ est in uase, per translationem uasis transferatur dimensio quæ est in ipso, ex quo sequitur, ut aqua quæ est in uase habeat loca infinita, & hoc sicut dixit est manifestius .s. aquam quiescere essentialiter in uase, & moueri per accidens quàm partes esse in toto hoc modo, & etiam prima ratiocinatio non sequitur nisi postquam ponitur partes moueri per accidens, & forte hoc non cõcedetur, nisi post concessionem eius quòd est locus esse continens, qui uero ponit dimensionem quæ est inter superficies continentis esse locum, opinatur partes esse in loco essentialiter. Et ideo uidetur quòd nostra expositio est rectior, quia est fundata super hoc quòd partes sunt in loco essentialiter, & hoc sequitur ex sermone eorum, et impossibile ad quod inducitur, est etiam manifestũ .s. quòd unum translatum transfertur in locis infinitis, & secundum hanc expositionem induxit aquã in uase, ut appareat quòd contingit eis quòd pars debet esse in loco essentialiter, sicut aqua in uase est in loco essentialiter.

Landat ex positionem propriam.

Expositio integra Auerro. supor tex 41. cum Digreßione utrũ octaua sphæra sit in loco.

CVM declarauit quòd locus est primum continens, & declarauit prius quòd non omne corpus

loco, aut ponere quòd locus est inane & dimensio. Ioannes uero propter hoc obedit huic .s. locum esse & dimensionem & uacuũ non finem continẽtẽ ut dicit Aristo. licet apud ipsum nõ possit inane separari à corpore, quoniam dicentes uatuum esse sunt bipartiti, alij .n. dicunt ipsum separari à corporibus, & alij non, quorum est Ioãnes grammaticus. Aristo. dicit, cum hoc post, quòd cœlum et anima sunt in loco per accidens, et in hoc dubitauerunt omnes expositores. Themistius uero dicit respondendo quòd corpus cœleste nõ est in loco secundum totũ, sed secundũ partes .s. secundum orbes quos continet maximus orbis, sicut est dispositio in toto mundo, fingit enim quòd causa in hoc est, quoniam corpus cœleste non est mobile secundum totum, sed secundum partes, & apud ipsum partes cœli sunt in loco, quia continent suas partes, sed quia corpus altissimum. Verbi gratia orbis stellarum fixarum non continetur ab aliquo, concessit quòd hoc corpus est in loco propter suas partes intrinsecas tantum, scilicet quæ sunt in concauo eius, iste enim partes mouentur circa conuexum .s. conuexum corporis circa quod reuoluuntur quasi circundet ipsas licet sit intra. Et hoc idem contingit toti orbi quando mouetur motu diurno .s. quòd est in loco secundũ partes quæ sunt concauo, si dixerimus quòd motus stelle est alius à motu orbis: ergo melius est dicere quòd totũ corpus cœleste ẽ in loco sicut dici

Op. Ioannis gramatici. Improbatio prima. Secunda ratio. infra. t. c. 45.

Op. Themistij.

Prima ratio contra Themistiũ.

mus in corpore ultimo .s. secundum partes quæ sunt in concauo, aut dicamus ipsum esse in loco utroq; modo .s. quia partes eius sunt in loco præter ultimum, & quia partes concaui sunt in loco, si posuerimus quòd motus diurnus est totius orbis essentialiter, & non stellati, & hoc est necesse secundum scientiam naturalem. Et in hoc quod dixit Themistius sunt quæstiones non modicæ, quoniam quomodo dicitur sphæra moueri secundum omnes partes, & non mouetur secundum totum, & totum nihil aliud est quàm partes. Et etiam uidemus Arist. in ultimo sexti quando loquitur de quæstione Zenonis de motu sphærico, ponere sphæram moueri secundum totum, & secundum partes, & quòd secundum totum mutat loca diuersa secundum formam tantum, secundum autem partes, secundum formam & subiectum, ut in illo declarabitur, nihil est igitur hoc quod dicit Themistius quòd causa in hoc quòd sphæra nõ est in loco simpliciter est, quia mouetur secundũ partes non secundum totum. Si igitur aliquis dixerit quòd hæc est intentio Arist. cum dixit, secundum enim quod est totum &c. Dicemus ad hoc quòd cum dixit, secundum enim quòd est totum non transmutat locum, non intendit corpus quod mouetur circulariter, sed intendit totũ mundum, & cum dixit de alio modo quòd mouetur circulariter intendit quòd toti attribuitur motus circularis propter quasdam partes .s. corpora cœ-

Secunda ratio.

Totũ nihil aliud est quã partes. in tex. 85.

Obiectio pro Themistio.

Solutio.

lestia sicut attribuitur ei rectus motus propter motum elemētorum, quæ sunt etiam quædam partes eius. Deinde dicit (iste enim locus est locus partiū) .i. locus eius quod mouetur circulariter, cum illud quod mouetur circulariter est pars totius, locus enim simpliciter corporis quod mouetur circulariter est locus eius partium, sicut uidemus Themistium intelligere ex uerbis Aristo.

Et etiam secundum expositionem Themistij, cum Aristo. dicit, quòd cœlum est in loco per accidens, intendit, quia alterum cœlorum est in loco s. orbium, & illud quod apud Arist. attribuitur alicui propter suam partem, est aliud ab eo quod attribuitur alicui per accidens, & ideo omnibus expositoribus, ut dicit Themistius, displicet ut cœlum sit in loco per accidens, & dicunt ipsum esse in loco secundum partes. Themistius uero dicit quòd Aristo. utitur hic illo quod est per accidens large de eo quod est commune ad accidens, & ad partem, & hoc deberemus dicere si non inueniremus aliquem modum unum secundū quem diceremus cœlum esse in loco per accidens. omnes igitur homines ut apparet de eis non potuerunt intelligere uerba Aristo. recte. Auempace uerò respondit in hoc loco sic, quoniam sphæra secundum quòd est sphæra non est in loco, quia aliquid extrinsecum continet illam, & quòd hoc propriū est corpori recto, non corpori rotundo, & locus sphæræ qui fingitur ab isto secundū quòd est sphæ

Quarta rō in Themistium.

Illud quod apud Aris. attribuitur alicui propter suam partem est aliud ab eo quod attribuitur alicui per accidens.

Auempace hyspani opinio.

ra est conuexum centri, circa quod reuoluitur, quasi igitur locus eius est superficies conuexi qđ continet sphæra, & est quodammodo continens sphæram. Et nititur dicere quòd diffinitio quam induxit Arist. in loco, quoniam est continens diuisum à re, debet intelligi in corporibus rectis ab extrinseco, & in rotūdis ex intrinseco. Et dicit quòd causa in hoc est, quoniam corpus rotūdum finitur per se, & corpus rectarum dimensionum finitur per aliud, & ideo corpora recta. s. elementa indigent in hoc quòd finiantur rotundo, rotundū uero nō indiget corpore extrinseco, et causa in hoc est, quoniā linea rotunda est perfecta & non pōt recipere additionē aut diminutionē, linea uero recta

Improbatio prima.

est diminuta. Et secundū hoc quòd sphæra erit in loco simpliciter & essentialiter sicut erunt corpora recta, & omnis sphæra sphærarū cœlestiū quā cōtinet alia sphæra habebit hoc p accidēs, & secūdū hoc oē corpus simpliciter erit in loco essentialiter, et uidetur mihi quòd hoc quod narrauit Auempace est opinio Alfarabij. Alfarabius enim est qui posuit se cōtradicentem quæstionibus Ioānis. Et una illarū quæstionū est ista quæ inuenitur in libris nostris, sicut inuenitur ex uerbis Auempace,

Secunda.

& non incidit in manus nostras. Et cum ita sit hoc quod dicit Aristot. quòd omne corpus extra quod nihil est non est in loco, et quòd omne corpus extra quod est aliquid est in loco est falsum, apparet.n. ex sermone eius in hoc loco quòd corpora

naturalia apud ipsum sunt tribus modis, est enim modus qui est in loco essentialiter .s. corpora recta, & modus qui est in loco per accidens, & hic est corpora rotūda, & modus qui est in loco propter suas partes, & hic est totus mundus .s. corpus compositū ex corporibus simplicibus quinque, & totum hoc manifestum est ex suis uerbis.

Nos autem reuertamur & dicamus, quoniā cū sit notū per se, quòd locus secundū quòd est locus est æqualis locato: manifestū est quòd superficies conuexi centri sphære nō est locus simpliciter, nō n. est equalis nisi superficiei concaue, nō omnibus superficiebus sphære, & locus est equalis locato, quia omnes superficies eius sunt equales omnibus superficiebus locati, æqualitas enim dicitur duobus modis, dicitur .n. secundū continentiā, & secundum hoc dicitur quòd circulus est æqualis figuræ rectorū laterū, & dicitur etiā quando duo æqualia habent mēsuram cōmunem qua mēsurētur, & secūdū hoc dicitur corpus esse æquale corpori, et superficies superficiei, & ista æqualitas non est uera de loco, nisi inane esset, æqualitas igitur propria loco est æqualitas secundū cōtinētiā, ex hoc igitur apparet manifeste quòd sphæra secundum quòd est sphæra nō est in loco simpliciter nisi accidat ei hoc, sicut accidit sphæris cœlestibus, quas continet alia sphæra extrinseca. Et hoc apparet etiā ex hoc, quoniam primū notū est de loco, quòd collatio rei ad ipsum est sicut collatio contenti ad

Auer. solutio, & tertia improbatio.

Equaliter dicitur duobus modis.

Quarta.

continens, sicut dicimus quòd aqua in cypho non est sicut collatio totius ad partem, sed dicere sphæram esse in centro est sicut dicere totum esse in parte, non sicut dicere aquam esse in uase, & ideo si conuexum centri dicatur esse continens sphæram; & ideo illud extrinsecum dicatur esse continens, erit secundum equiuocationem, quia in altero sunt uere proprietates loci, est enim continens & æquale, & res est in eo sicut aqua in cypho, hoc igitur totum demonstrat ueritatem opinionis Aristot. & falsitatem eius quod intendit Auempace, & quòd impoßibile est exponere uerba Aristo. ita quòd diffinitio quam induxit de loco sit cōmunis corpori simplici & rotundo. Nos autem dicamus, quoniam cum sit fixum secundum totum, necesse est ut hoc modo sit quiescens, et quia quies est ei propter quietem centri quod est in terra, et quies est, quia est in loco essentialiter, ideo dicitur cœlum esse in eodem loco, & non transmutatur ab eo per accidens. i. quia centrum eius est in loco essentialiter, & hæc est intentio sermonis Aristo. dicentis, quòd cœlum est in loco per accidens, utrum uerò dicatur moueri in eodem loco in quo est per accidens, cum nihil sit extra ipsum secundum partes, aut secundum totum declarabitur, cū Aristo. declarauerit ipsum moueri secundum totum, & mutare locum in quo est per accidens in forma eius non in materia. est igitur motum & quiescens in suo loco per accidens, scilicet

Opinio propria.

propter centrũ quod est in loco essentialiter, omne enim quod inuenitur in aliquo per accidens, inuenitur in eo propter aliquod habẽs illud per se, & hæc est intentio eius cùm dixit de aqua & de quolibet corpore continente, ipsum uerò secundũ totum quodammodo est mobile &c. & secundum hoc erit opinio Aristot. *quòd omne corpus est in loco, & quod omne motum est in loco; sed istorũ quoddam est in loco per accidens, & quoddam est in loco per se. & secundum hoc diuiditur motum, quoniam aliud mouebitur in loco essentialiter, & aliud mouebitur in loco per accidens. apparet igitur ex hoc quòd omne corpus attribuitur loco in motu, & quiete; aut per se, aut per accidens, & quòd nullum corpus est, quod non est in loco, sicut* Alex. *intendebat in expositione loci huius: ut post uidebitur.* Et *apparet ex hoc quòd corpora attribuũntur loco tribus modis per se, & per accidens, & secundum partem, ut intendebat* Aristo. *& quòd omnes expositores non potuerunt attingere hanc expositionem, & quod* Auempace *dimisit sermonem* Aristo. *& errauit multum.* Sed *quæritur super hoc si corpus cœleste est ĩ loco per accidens. ergo mouetur per accidens, declarabitur enim in hoc lib. quòd est primum mobilium simpliciter, & sic illud quod est per accidens erit prius illo quod est per se.* Ad *hoc autem dicendum est quòd illa quæ mouentur per se indigent aliquo quiescente circa quod mouentur, ut decla-*

Obiectio.

Solutio.

rat Aristo in lib. de motibus animalium localibus, & hoc quiescens forte erit locus per se, quando fuerit continens rem motam, & forte erit locus per accidens quando non fuerit continens rē motam in omnibus partibus, sicut est dispositio in corporibus cœlestibus. ergo locum esse per se nō est de necessitate essendi rem motam per se; sed dignius est ut sit de necessitate essendi quietem naturaliter, quiescēs.n. quiescit propter similitudinem cōtinentis, & mouetur propter priuationem similitudinis inter ipsum & continens & hoc erit quando mouetur in continēte, & ideo causa motus eius quod mouetur in continēte est extra naturā, & est rem motam esse extra suum ubi naturale, & hæc est dispositio corporum simplicium quæ mouentur motu locali. s. quatuor elementorum. quod autem mouetur non in continente, sed circa quiescens aliquod tantum est illud, cuius motus non est per accidens extrinsecum à natura, & est dispositio corporis rotundi, & hoc quod accidit quibusdam corporibus cœlestibus, scilicet quia sunt in loco, quia continentur ab alijs est per accidens, secundum hoc igitur est intelligendus iste locus ut mihi uidetur. Alexand. uero opinatur quòd sphæra stellarum fixarum non est in loco, & dicit hanc esse opinionem Aristot. dicit enim quòd non est in loco nisi eo modo quo mouetur et non mouetur per se, neque per accidens, neque secundum partes aut totum. ergo non est in loco, &

Opinio Alexand.

uerificat ipsum non moueri per se, quia impossibile est, ut moueatur secundum totum, aut secundũ partes, secundum uero totum, quoniam non mutat locum secundum autem partes, quia non sunt diuise à toto, & quia totum etiam est quiescens, et similiter dicit quòd non mouetur per accidens. illud enim quod mouetur per accidens non mouetur secundum partes per accidens, nisi quia motus totius est per se, & similiter non est in actu, quia nõ sunt distinctè, neque in potentia, quia nunquam distinguentur, & propter hoc dicit præcisè quòd motus circularis non est in loco, & quòd non est translatio, & dicit quòd non est impossibile corpus esse nõ in loco, locus.n. non est corporis essentialiter, quoniã non accipitur in diffinitione corporis, neq; corpus in diffinitione loci. Et cũ locus qui est finis est in cõtinẽte nõ contento. Et nos dicimus. ponatur quòd non est de necessitate corporis ut sit in loco. nõ.n. est de necessitate moti ut sit in loco aut per se, aut per accidẽs, quoniã cũ sphæra non fuerit in loco per se, neq; per accidẽs non erit in loco, & cũ non fuerit in loco, quomodo igitur mouebitur, nisi dicatur quòd locus non est de necessitate motus, & totũ hoc est impossibile. Improbatio.

Digreßio super tex. 45. cõtra Auic. dicentẽ cœlũ nõ esse in loco, neq; per se, neq; per accidens.

ET debes scire quòd Auic. opinatur quòd corpus cœleste nõ est in loco, neq; per se, neq; per accidens, dicit enim quòd motus rotundi non est

translatio, sed motus in situ, & non est necessariũ in motu secundum situm ut sit in loco. Et hoc est contra Arist. & contra uerum, primo uero quoniam in situ non est motus, ut declaratum est in quinto. Et etiam quoniam locus est prior situ & acceptus in diffinitione eius, quomodo igitur habebit aliquem sitũ, & nõ habebit locum? Et etiã manifestũ est per se, quòd motus sphæræ est trãslatio, & translatio est in loco, & hoc manifestũ est in suis partibus, quoniã mutant locum, tota uerò sphæra non mutat locũ ut existimatur. Et Arist. declarat in ultimo sexti, quòd sphæra mutat locũ secundum formã non secundum subiectum, ut declarabitur in illo loco. Et existimauit Auicenn. quòd motus qui mutat locum in forma non in subiecto est motus in situ, & hic est error manifestus, & intelligo per formam hoc quod transfertur circa conuexum centri ex conuexo perfectæ rotunditatis, ad conuexum perfectæ rotunditatis, cum conuexum diuidatur in multa conuexa, quorum unumquodque est perfectæ conuexitatis et rotunditatis. Est igitur unum secundum subiectum non secundum formam, et ideo translatio corporis rotundi secundum totum circa totalitatem centri est mutatio loci secundum formam eius, non secundum subiectum, et quia isti translationi accidit diuersitas situs .s. situs totius sphæræ ad totum centrum uocauit ipsum Auicen. situalem, & dicere motum esse situalem, quia mutatur de situ in sitũ, est

Improbatio.

6.phy. 85.

est aliud quàm dicere motum esse situalem, quia est in ipso situ. Et hoc ignorauit Auicenn. aut uitiosè protulit. Et mouit ipsum ad dicendum hoc quod dixit Alexand. quòd orbis stellatus non est in loco per se, neq; per accidens, & quòd iste motus non est in loco, & quod non est translatio, & hoc totum nihil est. Causa deceptionis Auicen.

Documentum super tex. 64.

ET apparet ex hoc sermone bene quòd uacuũ non est locus, quoniam si uacuũ esset locus, in quo non erit corpus & transfertur ad ipsum corpus essent in eo superius & inferius, sed in eo nõ sunt superius & inferius. ergo in eo non est locus, & cum non fuerit locus, non erit ens, quoniam in diffinitione eius dicitur quòd est locus. & hoc intendebat per hunc sermonem, & sermo eius erit talis, manifestum est, quòd uacuum cum non fuerit locus ad quem transferuntur corpora naturaliter, non erit ens, & forte quia sermo continet duas conclusiones insimul promisit in principio sermonis primam conclusionem, & propalauit in ipso sermone secundam conclusionem. et demonstrauit per hoc quòd sermo continet duas conclusiones insimul. et hoc secundum suum morem in abbreuiatione. Deinde dicit (quis igitur motus etc.) idest et cum sit declaratio quòd non est causa motus qui existimatur quòd est dignius ut uacuum sit causa eius. s. motus translationis, sequitur ut non sit causa alicuius motus omnino, & cum non

fuerit causa illius non sequitur expositione motus uacuum esse, sed econtrario. s. uacuum non esse. Expõ. Alex. *Et Alexand. exponit hunc sermonem, ita quòd si natura sit causa translationis corporum naturalium, uacuum non est causa translationis, & cum non fuerit causa translationis non erit causa alicuius, & cum non fuerit causa alicuius, non erit ens omnino, & ista contradictio est propria ponentibus uacuum, quia est causa agens translationis ad superius non ponentibus ipsam causam materialem translationis.*

Expositio integra Auer. super tex 65.

HAEC *est secunda declaratio quòd uacuum separatum non est, & differt à prima, quoniam in prima posuit uacuum esse non consimilium partium, & quod in eo non est potentia similis moto. ita quòd motum attrahatur ad ipsum ex illa potentia, sicut attrahitur ad continens sibi proprium, in hoc uero. q. concedit quòd in uacuo est potentia similis moto, & quod motum attrahitur ad illam, sed cum hoc fuerit positum: & fuerit manifestum quòd si in uacuo sit potentia est consimilis, necesse est cum idem corpus fuerit positum in uacuo, aut non moueatur omnino propter æqualitatem attractionis ex qualibet parte æqualiter, aut ut moueatur secundum totum ad loca contraria, aut diuidatur, sed ipsum secundum totum moueri ad loca contraria est impossibile, & ipsum etiam quiescere in omni loco est impossibi-*

lo, & diuisio eius etiam non sentitur. Et ipse expressit in hoc sermone primam istarum diuisionum & tacuit duas, quia intelliguntur ex dictis. Et forte contentus est in hac diuisione, & erit argumentum per se, scilicet quando motus naturalis fuerit consideratus in eo tantum. q. d. & etiã argumentum secundum est, quoniam cum posuerimus quòd hoc nomen uacuum significat locum corporis, & posuerimus ipsum secundum quòd est locus habere potentiam per quam attrahuntur ad ipsum corpora quæ quiescunt in eo naturaliter cum fuerit in eo, & mouentur ad illud cum fuerit extra, ad modum eius quod sentitur de loco, & posuerimus in hoc uacuo aliquod corpus non poterimus dicere ipsum moueri naturaliter per attractionem eius à continente, sicut dicimus hoc de loco, sequitur. n. ex hoc ut idem corpus secundũ totũ moueatur ad loca contraria. Et Alex. exponit hũc sermonẽ ita, quòd illud quod sequitur ĩ eo, nõ sequitur, nisi quia uacuum ponitur infinitũ, sicut sequitur in tertio, ut motus non sit in corpore infinito, & coegit ipsum ad hoc quòd expositio nostra existimatur quòd Aristot. diceret eam post pro ratione alia ab ista. Deinde dicit (& per hunc eundem sermonem &c.) & illud quod contingit dicentibus uacuum esse ex hoc. s. quoniã in eo nõ erit superius & inferius naturaliter; neq; aliquid propter quod eadem res quiescit in alio loco & moueatur in alio contingit idem ponen-

Expõ Alex.

tibus locum esse dimensiones separatas à mate-ria. Deinde dicit (*quæritur igitur ab eis*) i. quoniam cum interrogantur de causa quare quædam corpora mouentur in aliquo loco, & quiescunt in alio loco non possunt dare causam, dimẽsiones .n. quando abstrahuntur à materia non habebunt potentiam nedum ut habeant potentiam non consimilis, ita quòd faciat quietem in aliquo loco, & motum in alio, & similiter etiam quando interrogantur de differentijs quibus locus diuiditur in superius & inferius, non possent dare aliquid ex dimensionibus, & totũ hoc est contrarium ei quod accidit dicentibus locum esse ultimum continens.

Et cum declarauit quòd idem impossibile contingit dicentibus locum esse dimensiones, & dicentibus uacuum, dedit causam in hoc, & dixit (*necesse est.n. &c.*) i. & hoc impossibile contingit utrisq;, quoniam ambo ponunt uacuum & locum esse dimensiones, quoniam non differunt apud eos nisi secundum modum .s. quia cum accipitur secundum quòd in eo existit corpus dicitur locus, & cum accipitur secundum quòd in eo non est corpus dicitur uacuum. Deinde induxit aliud inopinabile cõmune eis, & dixit (*& quæritur quomodo &c.*) i. & dicẽtes quòd dimẽsiones sunt locus et uacuũ, non possunt dare causam ex qua corpus secundum totum est in loco per se, & secundum partes in loco per accidens, manifestum est enim quòd cũ pars non fuerit separata à toto quòd non erit in

Vacuum et locus apud antiquos non differunt nisi secundũ modum.

Pars cum nõ ponitur separata a

loco per se, sed in toto, & hoc intendebat cum dixit (hoc enim non aptatur &c.) i. & interrogantur etiam quomodo aliquid secundum totum est in loco per se, & secundum partes in loco per accidens, cum posuerit dimensiones separatas esse locum & uacuum: hoc enim non adaptatur cum res secundum totum fuerit posita in loco qui est dimensiones separate, & illud corpus totale fuerit permanens in sua dispositione non corruptum diuidendo se in suas partes. pars. n. cum non ponitur separata à toto non est in loco per se, sed in toto, & secundum hoc sequitur ut dispositio de toto & parte sit eadem. s. quòd utraq; sit in loco per se, & hoc prædictum est in cap. de loco. Deinde dicit (neq; etiam si locus non fuerit non erit uacuũ) i. neq; etiam si locus non fuerit, cum est dimensio separata erit uacuum, uacuum enim aut est priuatio omnium rerum demonstratarum. s. decem prædicamentorum, aut est dimensio separata. Dixit Alex. & in quibusdam libris non inuenitur ex hoc capitulo. s. ex postremo nisi hoc quod dixit. interrogatur quomodo aliquid erit in uacuo, & secundum hoc iste sermo non erit ratio per se, sed coniunctus sermoni prædicto.

toto nõ est in loco per se, sed in toto.

Digreßio super tex. 71. mota ab Auempace, nunquid graue simplex moueretur in non tempore dato uacuo, & eius opinio.

AVEMPACE autem bene mouit hic quæstionem. dicit. n. quòd non sequitur ut proportio

motus eiusdem lapidis in aqua ad motum eius in aere sit sicut proportio spissitudinis aquæ ad spißitudinem aeris, nisi motus lapidis esset in tempore, propter hoc quòd mouetur in medio, & si hoc esset contingeret ut nullus motus esset in tempore, nisi propter impediens, medium enim uidetur impedire rem motam, & si ita esset. tunc corpora cœlestia mouerentur in instanti, cum nullum medium impediens sit illic, & dicit quòd proportio subtilitatis aquæ ad subtilitatem aeris est sicut proportio tarditatis accidentis motui in aqua ad tarditatem accidentem ei in aere, & hæc sunt uerba eius in septimo sui libri, dicit, & ista resistentia, quæ est inter plenum & corpus quod mouetur in eo est illa inter quam & potentiam uacui fecit Arist. proportionem in quarto. & non est sicut existimatur de eius opinione, proportio enim aquæ ad aerem in spißitudine non est sicut proportio motus lapidis in aqua ad motum eius in aere. sed proportio potentiæ continuitatis aquæ ad potentiam continuitatis aeris est sicut proportio tarditatis accidētis rei motæ ex illo, in quo mouetur. verbi gratia aqua ad tarditatem accidentem ei quando mouetur in aere, quoniam si esset sic ut extimauerunt aliqui, tūc motus naturalis esset uiolentus. ergo si illi non esset resistentia, quomodo esset motus, necesse est enim ut esset in instanti. quid ergo dicetur de motu circulari, & illic non est resistentia.

quoniam illic non est diuisio omnino. nam locus circuli idem est simpliciter, non itaq; euacuatur unus locus, & alius impletur, necesse est igitur ut motus circularis sit in instanti, sed nos uidemus in eo maximam tarditatem, ut in motu stellarũ fixarum, & maximam uelocitatem ut in motu diurno, & hoc non est, nisi propter distantiam motoris in nobilitate à moto, cum igitur fuerit nobilior; tunc illud quod mouetur ab eo, erit uelocius. & cum motor fuerit minoris nobilitatis erit propinquior moto. & tunc motus erit tardior, & hæc sunt uerba eius. Et *si hoc quod dixit concedatur, tunc demonstratio Aristot. erit falsa, quoniam si proportio subtilitatis medij ad subtilitatem alterius medij est sicut proportio tarditatis accidentis moto in altero eorum ad tarditatem accidentem ei in alio, non sicut proportio ipsius motus, non sequitur ut illud quod moueatur in uacuo moueatur in instanti; quoniam tunc non aufertur ab eo nisi tarditas, quæ accidit ei propter medium, & remanet ei motus naturalis, & omnis motus est in tempore. ergo illud quod mouetur in uacuo, mouetur in tempore necessario, & motu diuisibili, & nullum sequitur impoßibile. hæc igitur est quæstio Auempace.* Nos *autem dicamus quòd manifestum est per se, quòd si causa æqualitatis rerum motarum conuenientium in declinatione & figura,*

Improbatio opinio. Auempa.

Opinio. Auer.

& magnitudine quando mouentur in uno medio, aut in duobus mediis æqualibus in tenuitate & grossitudine est æqualitas medij, manifestum est quòd diuersitas eius in tenuitate secundum magis & minus est causa diuersitatis motus in uelocitate & tarditate, & quòd ista diuersitas, cuius causa est diuersitas medij, sequitur essentialiter subtilitatem. s. quòd augmentum illius diuersitatis sequitur augmentum subtilitatis, & diminutio illius diminutionem illius. ergo manifestum est quòd proportio * motuū ad proportionem mediorum est causa in spissitudine & tenuitate, & iste proportiones sunt manifeste per se. s. quòd cum fuerint duo mota æqualia in grauitate & figura & magnitudine, & moueantur in uno medio, quòd motus eorum erit æqualis in uelocitate, & quòd utrunq; pertransit æquale spacium in tempore equali, et cū duo media fuerint diuersa in tenuitate, quòd motus eorum diuersabitur diuersitate proportionali. & uniuersaliter manifestum est quòd causa diuersitatis & æqualitatis motuū est diuersitas & æqualitas proportionis motoris ad rem motam, cum igitur fuerint duo motores & duo mota; & proportio alterius motoris ad alterū motū fuerit sicut proportio reliqui motoris ad reliquū motū. tunc duo motus erūt æquales in uelocitate, et cū proportio diuersabitur, diuersabitur motus secundum illā proportionē. Et hoc idē est in motibus uiolentis et naturalibus, sed in uio

a.l. proportiones.

Vniuersaliter manifestū est quòd causa diuersitatis motuum est diuersitas & æqualitas proportionis motoris

lentis cum duo motores fuerint æquales in potentia diuersitas erit propter impediens, in naturalibus uero diuersitas, aut æqualitas est propter diuersitatem, aut æqualitatem proportionis motoris ad rem motam, et non sequitur ut in eis sit æqualitas apud æqualitatem mouentium in potentia, quando proportio diuersatur, sicut non sequitur hoc in uiolentis quando impediens diuersatur, quoniam impedientis diuersabitur proportio, istæ igitur sunt propositiones manifestæ per se. Et si hoc esset sicut dicit Auempace .s. quòd in talibus motibus non erit proportio motus ad motum, sicut proportio spissitudinis ad spissitudinem, sed sicut proportio tarditatis ad tarditatē, contingeret hoc in omnibus motibus uiolentis. ita quòd illud dictum in ultimo septimi .s. quòd cum aliquod corpus mouerit aliud corpus per aliquod spacium in aliquo tempore quod mouebit medietatem illius corporis per illud spacium in medietate illius temporis esset falsum. contingeret enim secundum Auempace ut proportio temporis ad tempus non esset, nisi sicut proportio tarditatis ad tarditatē. Et causa istius erroris fuit existimare quòd tarditas et uelocitas sunt motus additi motui et diminutiui ab eo, sicut linea quæ additur lineæ, aut diminuitur ab eo, cum igitur existimatur quòd uelocitas est additio super motum naturalem, et tarditas diminutio, et causa istius additionis et diminutionis fuerit resistētia,

ad rem motam. Nota differentiam inter motus naturales & uiolētos

Tex. c. 35.

Causa erroris Auempace.

sequitur ex hoc ut proportio resistentis ad resistens sit sicut proportio tarditatis ad tarditatem, non sicut proportio motus ad motum, quoniam quando quantitatibus proportionalibus additur eadem quantitas, aut diminuitur non remanebũt proportionales, & Auempace existimauit quòd motus sensibilis est illud quod remanet ex motu naturali, & existimauit quòd motus naturalis est quasi una mensura, ex qua diminuuntur duæ mensuræ secundum proportionem aliarum duarum quantitatum, & uidit quòd cum hoc accidit in quantitatibus, non sequitur ut proportio diminuti ad diminutum sit sicut proportio remanentis ad remanens, & existimauit quòd accidit motui naturali propter impediens aliqua diminutio secundum proportionem impedientis ad impediẽs, & existimauit sicut diximus quòd motus sensibilis est illud quod remanet ex motu naturali post diminutionem, sicut remanet ex magnitudine post diminutionem, & ideo iudicauit quòd non sequitur ut proportio motus sensibilis ad motum sensibilem sit sicut proportio impedientis ad impediens, sed sicut proportio tarditatis ad tarditatem, sicut non sequitur in quantitatibus, quæ diminuuntur in aliqua proportione, ut residuum sit in illa proportione, sed differunt, quia quando ex quantitate mathematica diminuitur aliqua quantitas in actu remanet residuum quantitatis in actu, & quando motui naturali accidit diminu-

tio, tunc motus naturalis non habebit esse nisi in potentia. ergo tunc motus sensibilis non erit, nisi motus non naturalis, qui est diminutio ex motu naturali, non motus naturalis cui accidit diminutio, & similiter cum aliquod motum mouetur uelocius motu naturali, tunc non erit illic motus naturalis & additio, sed additio tantum. uerumtamen dicimus quòd proportio tarditatis ad tarditatem est sicut proportio impedientis ad impediens, ut dicit Auempace, sed non est illic aliquid nisi tarditas, & ista quæstio est sophistica, sed est difficilis, quia est secundum communicationem, quoniã quia motus assimilatur lineæ existimatur quòd illud quod cõtingit in linea contingit in motu. Declaratum est igitur ex hoc sermone, *quòd proportio impediẽtis ad impediens est sicut proportio motus ad motũ, & hoc est in motibus uiolentis quãdo motor fuerit idem, & siue impedimentum fuerit ex medio, aut ex ipso moto, et quod hoc diuersatur in motibus naturalibus secundum diuersitatem proportionũ quæ sunt inter motores et res motas, cum nullum sit hoc impediens, sed secundũ diuersitatẽ proportionis excessus potentiæ motoris super rem motã ad excessum potentiæ secũdi motoris super rem motam. sed quæret aliquis cũ posuerimus quòd iste motus erit in medio impeditus à medio nõ sequitur, et si cõcesserimus quòd proportio motuum quæ fiunt in medio adinuicem, est sicut proportio impedientis ad impe-*

Epylogus.

Obiectio.

diens,ut quando idem motum mouetur in uacuo moueatur motu indiuisibili et in instāti, sed sequitur necessario,ut moueatur in tēpore,cuius proportio ad tempus in quo mouetur in medio, sit sicut proportio excessus potentiæ motoris super rem motam secundum quòd est mota tantum, scilicet absq; eo quòd illic sit impediens extrinsecū ad excessum potentiæ motoris super rem motam secundū quòd est impedita,unde existimatur etiā quòd licet concedantur illæ propositiones quibus usus est,tamen nō inducet ad impoßibile ad quod nititur inducere. Et ad hoc est dicendum quòd *isti motus qui sunt corporum simplicium mediantibus aqua & aere,non sunt motus impediti à medio,ut apparet in primo aspectu, quoniam si ita esset,tunc essent hic motus naturales qui nondum inuenti sunt, neque inuenientur,nisi esset possibile hæc corpora moueri sine medio, quod est impoßibile,nisi uacuum esset.* Et *causa in hoc est quia ista mota indigent medio, quoniam res mota,necessario debet habere cum motore aliquam resistentiam,qua potentia motoris excedat potentiam illius,et hoc est in motibus naturalibus, et si non,tunc quilibet motor moueret quodlibet corpus et propter diuersitatem istius proportionis quæ est ex resistenti inter motorē et rem motā simpliciter diuersatur motus corporū cœlestiū, ut quædam sint ueltociora quibusdam,et per hanc resistentiam motor non mouet rem motam, nisi*

Solutio.

quando potentia eius excedit potentiam rei motæ. res enim mota uniuersaliter est similis quodã modo motori et contraria alio modo. Et hoc intelligendum de nobilitate quam dicit Auempace in corporibus cœlestibus, motor enim cuius potẽtia est excedens, est nobilior motore cuius potentia est minor in excessu. et manifestũ est quòd ista resistentia inuenitur inter motorem et rem motã, quando res mota fuerit distincta per se, sicut est dispositio in corporibus cœlestibus. in elementis uerò res mota est in potentia, et motor in actu cum sint composita ex prima materia et formis simplicibus, et motor est forma, et res mota est materia, et quia hæc corpora non distinguuntur in rem motam et motorem in actu, impossibile est ea moueri sine medio. Et Aristot. declarauit quòd propter hoc fuit necesse illa nõ moueri ex se in octauo istius libri. si igitur hæc corpora simplicia mouerentur sine medio, non esset hæc resistentia inter motorem et rem motam, immo non esset hæc res mota omnino essentialiter, et si hoc contingeret ut non mouerentur in tempore, et in quolibet moto, ex hoc igitur, dixit Aristot. quòd si hæc corpora mouerentur in uacuo sequeretur ut mouerentur motu indiuisibili in tempore indiuisibili, et ponendo hæc corpora moueri in medio est naturale eis, et est causa in hoc quòd moueantur, non sicut existimatur quòd sunt mota ex se non motu naturali, sicut existimauit Auem

Nota à qua elemẽta habeant resistẽtiam in motu locali.

In elemẽtis res mota est in potentia & motor est in actu cum sint cõposita ex prima materia & formis simplicibus, & motor est forma & res mota est materia. Sed uide oppositũ. 4. ce. c. 22. ubi habet quòd forma est mouens & motũ. Tex. cõ. 28. 29. 30. 31. & 32.

pace. Auempace igitur fecit dubitare in hoc sermone in duobus locis. Vnus eorum est in quo dicit quòd proportio motus ad motum non est sicut proportio spißitudinis medij ad spißitudinem medij. Secundus autem est quòd isti motus sunt impediti ex medio & non naturales, & nullus peruenit ante ipsum ad istas quæstiones, & ideo profundius erat iste super alios. Et in exemplari à quo scripsimus inuenimus quoddam folium per se, & inscriptum erat hoc. Nos autem dicamus quòd necesse est quòd inter motorem & rem motam sit resistentia, motor enim mouet rem motam, secundũ quod est cõtrariũ, & res mota mouetur ab illo secundũ quòd est similis. & omnis motus erit secundũ excessum potentiæ motoris super rem motam, & diuersitas motuũ in uelocitate & tarditate est secundum hanc proportionem quæ est inter duas potentias, & ista resistentia aut erit ex ipso moto quando illud quod mouetur ex se uoluntate diuiditur in motorem in actu & rem motam in actu. sicut est dispositio in animalibus, & in corporibus cœlestibus, aut erit ex ipso medio in quo mouetur, & hoc erit quando res mota non diuiditur in motorem & rem motam in actu, sicut est dispositio etiam in corporibus simplicibus, aut resistentia erit ex utroque. s. ex re mota & ex medio, sicut est dispositio in animalibus, quæ mouentur in aqua aut aere. illa autem in quibus res mota ex se diuiditur in moto rem in actu

Laus magna de Auempace hyspano.

Resistentia in motu naturali quandoque est ex ipso moto et quandoque est ex ipso medio & quandoque ex parte utriusque respectu diuersorum &c.

& rem motam in actu, non necessario indigent medio, sed si fuerit erit per accidens. illa autem quæ mouentur ex se, quæ non diuiduntur in motorem & rem motam in actu necessario indigent medio, & hæc sunt corpora grauia & leuia, & si non mouerentur non in tempore cum nihil sit actu illic, quod resistat potentiæ motiuæ, & est impoßibile etiam ut habeant motus naturales, & sunt semper impedita, & ideo contingit quod cum posuerimus ista moueri in uacuo, ut moueatur non in tempore, & ut motus grauis & grauioris sit æqualis in uelocitate, quod est impossibile. quod igitur existimauit Auempa. est quod ista simplicia habent motus naturales sine medio.

Dubium super tex. 72.

ET Aristot. induxit hanc demonstrationem secundam propter hoc quod sciuit de quæstione accidente primæ demonstrationi, quoniam in propositionibus huius demonstrationis non est dubitandum, nisi in propositione dicente, quod possibile est imaginari corpus cuius proportio in subtilitate ad aerem sit sicut proportio temporis in quo est motus. uerbi gratia in aere aut in igne ad tempus motus in uacuo, dicitur enim quod ista propositio est falsa impoßibilis, non falsa poßibilis, impoßibile. n. est inueniri extra animam corpus subtilius igne. ergo imposibile quod existimabatur sequi non sequitur, quoniã tũc potest dici quod illud ĩpoßibile sequitur ex positione falsa nõ

Solutio. expoſito. Et uidetur quòd ita eſt de ſubtilitate et ſpisſitudine ſicut eſt de diuiſione lineæ, et ſuperficiei, quoniam quemadmodum linea ſecundũ quòd eſt linea poteſt diuidi in infinitum, quòd eſt impoſſibile ſecundũ quòd eſt linea terreſtris aut ignea, ita de ſubtilitate poteſt intelligi proceſſus in infinitum ex ſua natura. ſ. ſecundum quòd eſt ſubtilitas ſimpliciter non ſecundum quòd eſt ſubtilitas corporis mobilis, et ſecundum hoc hæc propoſitio poſita eſt falſa poßibilis ſecundum quòd fuit poſita, et ex falſo posſibili non ſequitur falſum impoßibile, et hoc modo declarationis multotiens utitur Ariſtot. & etiam Plato & eſt uera declaratio, quoniam non ponitur falſum in eo ſecundum quòd eſt falſum impoßibile; ſed ſecundum quòd eſt falſum poßibile.

Digreßio ſuper tex. 93.

ET iſta ratiocinatio componitur ex propoſitione dubitabili, & alia quæ uidetur imposſibilis niſi ſecũdum imaginationem, & eſt illa, in qua ponitur plures cœlos eſſe, & cũ ita ſit, põt aliquis dicere quòd illud falſum; quod ſequitur ex hoc ſermone, et eſt plura tẽpora eſſe inſimul nõ ſequitur expoſitione eius quòd tẽpus ẽ motus cœli, ſed

Solutio. ex poſitione eius quòd eſt plures cœlos eſſe uno, quod eſt falſum & impoßibile. Sed iſta declaratio eſt alterius modi, quoniam cum fuerint duo conſequentia ſe complete, & poſuerimus aliquid eſſe ipſum præcedens, aut diſponi, ut diſponeretur

per

per præcedens necessario sequetur consequens li cet sit impoßibile illud disponi per præcedens. uerbi gratia, quoniam dies sequitur ortum solis, manifestum est quòd in quacunque hora ponemus solem oriri, sequetur tunc diem esse, licet solem oriri in illa hora sit impoßibile, & similiter omne quod ponitur uolare, sequitur ut habeat alas, licet sit imposibile ipsum uolare, & quia tempus & cœlum sunt consequentia se, ut ponit aduersarius dicens tempus esse motum cœli, necesse est si posuerimus plures cœlos esse ut sint plura tempora, sed plura tempora esse est imposibile, ergo id ex quo sequitur hoc impoßibile, est imposibile, & est tempus esse motum cœli.

Ex hoc sumitur aliquam conscientiā necessariā esse cuius tamē antecedens & cōseques sunt impossibilia.

Digresio super tex. 98. qua quæritur utrum tempus consequitur omnem motum, & primo arguit quòd non consequitur motum imaginationis.

ET in hoc quod dicit est quæstio non parua, quoniam si tempus non sequitur aliquem motum existentem extra animam, sed sequitur motum imaginationis, & imaginatio non habet esse extra animam, quomodo igitur dicet Aristot. post ipsum sequi motum corporis cœlestis, & dat super continuationem temporis ex continuatione motus. Et etiam si sequitur motum corporis cœlestis, continget ut cæcus non percipiat tempus qui nunquam percipit motum cœli. Et etiam si sequitur omnem motum, contingetetiam ut tem-

Quod non sequitur motum corporis celestis.

Quod non sequitur omnem motum.

pus multiplicetur per multiplicationem motuū, quod est impoßibile. Apparet igitur quod tempus aut non habet esse extra animam, aut si habet sequitur oēm motū, & sic multiplicabitur per multiplicationem motuū, aut sequetur unū motum, et sic qui nō sentit illum motū non sentit tēpus, quod est impossibile.

Solutio.

Nos autem dicamus, quoniam nos sentire tempus est apud sentire quemlibet motū, et apud imaginari quamlibet transmutationē, manifestum est. Nos uero sentire tempus apud sentire quemlibet motum primo & essentialiter impoßibile est. quoniam si ita esset, contingeret ut tempus multiplicaretur per multiplicationem sensibilium, immo motuum imaginabilium. Si autem sentire tempus per sentire quemlibet motum non fuerit primo & essentialiter, sed propter hoc quia cum sentimus quemcunq; motum sentimus illum unum motum cui accidit tempus, non accidet quæstio prædicta. s. quòd qui nō sentiet illum motum unum non sentiet tempus, quoniam ille motus uidetur sentiri quando sentitur quicunq; motus siue fuerit imaginatus siue existens. Et apparet quando quis intuebitur hoc quòd tempus sentitur essentialiter & primo, quando nos sentimus nos esse in esse moto, & hoc sentire. s. nos esse in esse moto erit quando imaginati fuerimus quemcunq; motum, quoniam cum fuerimus in esse indiuisibili in transmutatione quod est instans non fiet tempus, neq; reputabimus ipsum fieri, cum autem fuerimus

in esse diuisibili secundũ transmutationẽ & nõ perceperimus nos esse in esse transmutabili nõ percipiemus omnino tempus, si aũt perceperimus nos esse in esse transmutabili, statim percipiemus tempus, & hoc manifestum est, & nos esse in esse transmutabili, sentitur per se, nos.n.sentimus quòd instans, in quo incepimus scribere hunc sermonẽ est aliud ab illo, in quo fuit cõpletus, motus igitur qui cũ sentitur, sentitur primo & essentialiter, tẽpus est motus, ex quo sentimus nos esse in esse transmutabili & nos transmutari, quia sumus in hoc esse. Nos igitur esse in esse transmutabili sentitur sicut diximus cum senserimus quẽcunq; motũ. sentire igitur nos esse in esse trãsmutabili est illud ex quo sequitur nos sentire tempus primo, & manifestũ est quòd nos nõ sentimus nos esse in esse trãsmutabili, nisi ex trãsmutatione cœli, et si esset poßibile ipsum quiescere, esset poßibile nos esse in esse nõ transmutabili, sed hoc est impoßibile. ergo necesse est ut sentiat hũc motũ qui nõ sentit motũ corporis cœlestis.s.per uisum, sed dormientes sentiunt ipsum post quã surgunt à somno ex hoc quòd rememorãt motus imaginationis in somno, cum autem somnus fuerit profundus & non fuerint rememorantes aliquam imaginationem somni, neq; aliquam transmutationem, tunc non percipiunt tempus, in quo dormierunt. Quod igitur debet intelligi ex sermone Aristo.in quo dicit (quòd cum nos nõ fuerimus transmutati &c.)

Motus qui cum sentitur, sentitur primo & essentialiter tẽpus est motus ex quo sentimus nos esse in esse transmutabili.

Si possibile esset cœlum quiescere possibile esset nos esse inesse non transmutabili.

Quomodo sit intelligẽdus sermo Aristot. in tex.98.

non est quòd cum motus non fuerit factus aut fuerit factus. sed cum nos non percepimus non reputabimus tempus fieri. sed cum nos non fuerimus transmutati in nobismetipsis, quia sumus in esse indiuisibili secundum transmutationem quod est instans, aut fuerimus in esse diuisibili secundum transmutationem, sed cum non percipimus hoc reputabimus tempus nõ fieri, sed una reputatio est uera, & altera non est uera, percipere.n. hanc transmutationem, est illa res quam sequitur percipere tempus essentialiter, cum tempus accidat huic transmutationi, & ideo coactus fuit Aristot. *ad hæc uerba. s. cum dixit, cum nos non fuerimus transmutati in nobismetipsis, & non dixit loco eius, cum non fuerit transmutatio, aut fuerit, sed non comprehendimus ipsam, ut apparet ex expositoribus.* Et *in hoc etiam peccauit* Gal. *qui intellexit quòd* Aristo. *intendebat per hoc quod dixit, cum nos non fuerimus transmutati in nobismetipsis quòd nos non comprehendimus tempus, cum non fuerimus moti per imaginationem. Sunt .n. tres intentiones, quarum una est, quòd nos nõ percipimus tempus, nisi quando fuerimus moti in anima nostra, & hoc existimauit* Galen. *& est corrupta per se. Secunda autem est, quòd nos non percipimus tempus nisi cum perceperimus aliquem motum quicunque fit, & hoc est percipere per accidens.* Tertia *uerò est quòd nos non percipimus motum, neque tempus, nisi cum perceperimus nos*

transmutari, quia sumus in esse transmutabili, & ista perceptio est perceptio quam sequitur tempus essentialiter, et non accidet ei aliqua quæstio.

Et uerba Aristot. manifesta sunt secundum hanc intentionem. ut cum dixit (si igitur nos non comprehenderimus determinare &c.) & secundum hunc modum possumus ponere tempus sequi motum corporis cœlestis, & quòd sentiet tempus qui nunquam sensit corpus cœleste, & ideo omnes cō ueniunt in hoc quòd tempus sequitur motum cœli. & ista quæstio nunquam potuit dilucidari mihi nisi post magnum tempus, & quicquid scripsi de tempore secutus sum expositores, sed hic nō. Et cum numerauit quòd tempus sentitur quando motus sentitur, dixit (& similiter etiam &c.) & intendebat per hoc declarare quòd tempus & iste motus sequuntur se ad inuicem perfectæ. s. motus qui cum sentitur, sentitur tempus primo & essentialiter. & cum declarauit quòd tempus non comprehenditur, nisi per comprehēsionem istius motus. s. comprehensi per intellectum, & quòd tempus non est motus, incepit narrare quòd ex hoc sequitur, ut sit accidens isti motui, & dixit (necesse est igitur ut tempus &c.) i. & cum uerum est quòd tempus & motus consequuntur se in esse, necesse est ut sit alterum duorum s. aut ut tempus sit ipse motus, aut aliquid consequens motum.

Quicquid cōmen. scripsit de tempore secutus est expositores sed hic non.

Deinde excepit ipsum esse motum ergo sequitur ut sit aliquid motus, aut consequens, aut causa,

quoniam cum ſequitur ipſum, aut erit prius, aut poſterius, ſed quia tempus non apparet in diffinitione motus, declaratur quòd non eſt cauſa eius. ergo remanet ut ſit accidens.

Digresſio ſuper tex. 102.

Obiectio.

ET poteſt aliquis dicere quòd ſi intendebat per numerum acceptum in diffinitione temporis muneratum .ſ. prius & poſterius in motu, quare non dixit quòd tempus eſt numeratū motus loco eius quod dixit quòd eſt numerus motus.

Solutio.

Dicamus igitur quòd hoc tempus numerat motum & menſurat illud eſt ei eſſentialiter, &.q. hoc modo aſſimilatur numero ſimpliciter, ipſum autem eſſe numeratum per aliquid eſt per accidens .ſ. quòd accidit tempori etiam menſurari & numerari, aut per accidens ſimpliciter, aut per motum, motui .n. accidit menſurare tempus, ut dicemus poſt. Et Themiſtius exponit hic numerum pro numerato, & non conſiderat hoc quod diximus.

Tēpori eſſentiale eſt numerare motum, ſed accidit ei numerari aut menſurari.

Quoniam uero numerus motus eſt tanquam genus temporis, manifeſtum eſt. numerus enim motus alius eſt partium motus ſecundū quòd ſunt inſimul, & alius eſt ſecundū quòd in eis inuenitur prius & poſterius .i. numerus prioris & poſterioris exiſtentium in motu, & manifeſtū eſt quòd tempus ſit quando motus numeratur per prius & poſterius. ergo tempus neceſſario eſt numerus prioris & poſterioris exiſtentiū in motu. Et intelligendū eſt ex hoc quòd dicimus ipſum eſſe nu

Documentū primum.

merum motus.i.numerum cuiuslibet motus, cum sit imposſibile imaginari ipſum, niſi ſecūdū quòd numerat motum, & ideo dicitur quòd eſt numerus motus. Et *intelligendū eſt per prius & poſterius exiſtētia in motu per cuius eſſe inuenitur tempus primo, & eſt ille per quem intelligimus nos tranſmutari.i. nos eſſe in eſſe tranſmutabili, & q.d. tempus eſt numerus cuiuslibet motus per prius & poſterius quæ ſunt in motu, in quo ſentimus nos eſſe in eſſe trāſmutabili, quoniā ſi eſſe tēporis eſſet per eſſe prioris & poſterioris in quolibet motu, tunc tempus multiplicaretur per multiplicationem motuum aut non haberet eſſe, niſi ſolummodo in mente, ſed ex hoc quòd eſt numerus omnium motuum hoc modo non ſequitur ipſum multiplicari per multiplicationem motuum, ut poſt declarabit Ariſto.* Et Alex.dicit *quòd hoc quod dicit numerus motus per prius & poſterius, non eſt intelligendum ipſum eſſe numeratum per numerum partium motus priorum & poſteriorum, neque numerus earum, ſed numerus prioris & poſterioris in motu.i. numeratum eorum, & per hoc diſtinguitur natura temporis a natura motus ſecundum diffinitionem.* Secundum Expoſitio Alex.

Dubium ſuper tex.109.

ET *quæret aliquis, ſi tempus quodammodo eſt continuum, & quodammodo diſcretum, quare diffinitum eſt per diſcretum cum dicitur ipſum eſſe numerum.* Dicamus igitur ad hoc Solutio.

quod extra mentem non est nisi motum, & motus & tempus non fiunt, nisi quando mens diuidit motum in prius & posterius, & hæc est intentio motus .i. motum esse numeratum, ergo substantia temporis quæ est in eo q. forma, est numerus, & quod est in eo .q. materia, est motus continuus. quoniam non est numerus simpliciter, sed numerus motus, continuatio igitur accidit ei gratia materiæ, & discretio .s. numerus gratia formæ, & est compositum ex duabus quantitatibus .s. discreta & continua, & ista oppositio accidit mensuris quando diuiduntur, & consideratio quæ est in decimo Euclidis est hoc modo de magnitudinibus, in illo .n. tractatu considerat de magnitudinibus sed secundum quod sunt numerus.

Illud quod est in substãtia temporis quasi forma est, numerus, & illud quod est quasi . materia est motus continuus.

Documentum super tex. 113.

ET intendebat per hoc declarare quòd causa in hoc quòd accidit tempori .s. quòd mensuratur per motum, est, quia motus est causa in eius secũdum quòd est subiectum illius, & ideo accidit ei cum fuerit imaginatum ipsum esse mensuram extensam per extensionem motus mensurari per motum secundum modum quo mensurat motum, sed differunt, quoniam motum mensurare ipsum est accidens motui, tempus uero mensurare motum est illi essentiale, cum essentia eius sit mensurare motum. Et quia dispositio temporis in hoc cum motu est sicut dispositio motus cum mensura .s. quoniam mensuram esse est causa in esse motus,

narrauit quòd similiter accidit quantitati etiam cum motu de mensuratione utriusque à reliquo sicut accidit tempori cum motu, & dixit (& etiam mensura mensuratur per motum &c.) Deinde dicit (& dicamus de tempore secundum motum) i. & mensuramus tempus per motum. Sed sciendum est quòd substantia motus non est in mensuratione spacij sicut substantia temporis est in mensuratione motus. Documētū.

Dubium super tex. 129.

ET *quæritur quomodo potest esse hoc, nos. n. uidemus transmutationes quasdam quæ fiunt nō in tempore, ut illuminatio totius orizontis à sole & totius domus à candela, & sicut factio formæ rei generatæ in actu, existimatur enim quòd hoc est aliquod indiuisibile. sumus enim inter duo, aut concedere hanc demonstrationem esse uniuersalem, & dicere sensum peccare in istis rebus, & quòd non comprehendit tempus propter uelocitatem earum: aut iste sermo erit particularis. s. quoniam non est uerus nisi de quibusdam transmutationibus in quibus inuenitur uelocius & tardius.*

Illuminatio fit in instāti. idem. 2. de anima. tex. cō. 70.

Et ad hoc dicemus quòd *transmutatio dicitur equiuoce de transmutatione quæ est per se, & de transmutatione quæ non est per se, sed est finis transmutationis. finis enim rei non est de natura rei, & quia transmutationes quæ sunt non in tempore sunt fines transmutationis, & nō sunt transmutationes nisi equiuoce. ergo in omni transmu-*

Solutio. Finis rei nō est de natura rei. idem 6. phy. 32. Transmutationes subite non trāsmutationes nisi equiuoce. idem. 6. phy. 32.

tatione uera inuenitur uelocius & tardius. & omne in quo inuenitur uelocius & tardius, inuenitur in eo prius & posterius, & omne in quo inuenitur prius & posterius est in tempore. ergo omnis trāsmutatio est in tempore, siue finis transmutationis fuerit de genere illius, siue de alio genere, & hoc declarabitur bene in sexto.

6.phy.c.32

Digressio super tex.9. quinti libri.

ET expositores quærunt hic quomodo hic ponit motum sub tribus generibus, & ipsum posuit illud genus per se. s. prædicamentum passionis. Quidam igitur concesserunt ipsum esse sub istis generibus & dixerunt quòd prædicamentū passionis est genus secundum considerationem receptionis motus, non secundum consideratione̅ motus, & isti dicunt quòd quale aliud est quiescens, & aliud motum. & similiter quantum, & locus alius est forma quiescens, & alius est forma mutata. Et quibusdam displicet hoc, & dicunt quòd quale non est genus per se, nisi secundum quòd est quiescēs, & similiter locus, & quantum, cum autem ista sunt considerata secundum quòd sunt mota, sunt opposita ipsis cum sunt quiescētia, & impossibile est ut motū sit species quiescentis. & isti dixerunt præcise, quòd motus est in prædicamento passionis, & quòd Arist. attribuit illum istis prædicamentis, quia ista prædicamenta sunt materia motus, nō quia collocatur sub eis. Et uidetur quod si potentia ad unumquodque

Prima solutio, & est Alfara.

Secūda solutio, & est Auic.

Improbatio secundæ solutionis.

prædicamentum est in illo genere prædicamenti quod est in actu, & similiter uia de potentia ad actum.s.si potentia ad substantiam est quoquo modo in prædicamento substantiæ, & similiter uia ad generationem substantiæ, & similiter potentia ad quantum,& ad alia prædicamenta, uisum est quòd illud esse,quod est inter potentiam, & actum in illo genere sit sub illo genere, quoniã esse medium inter potentiam & actum, quæ sunt in illo genere necessario est de genere actus qui est complementum, sed differunt secundum magis & minus, ire enim ad calorem est calor quoquo modo & similiter ire ad frigus. Et secundum hunc modum est uerũ dicere quòd motus est in genere,in quo est illud ad quod est motus.s.secundum suã materiam,secundum uero quòd motus est forma in hac materia existimãdũ est quòd motus est p se prædicamentũ,& secundũ hoc fuit cõsiderandum in lib.de prædicamẽtis. Motus igitur habet duplicem cõsiderationẽ, quoniã secũdũ suã materiã est in genere eius ad quod est motus secundũ autẽ formã i.secũdũ quòd est transmutatio coniuncta cum tempore est in prædicamento passionis. Et propter famositatẽ istius diuisionis s.quoniã omnes intentiones diuiduntur in habitus quiescentes & mobiles, conueniunt omnes gentes in hoc quòd posuerunt principia nominationum nomen & uerbum, & posuerunt nomen cuilibet formæ quiescenti,& uerbum cuilibet formæ mo-

Auer.solut. Motus ut est uia est in genere termini ad quem. sed uidetur cõtradictio hic. & 3. ph.c.4.quia ibi dixit quòd motus ut est uia est in prædicamẽto passionis. hic uerò dicit quòd est in genere termini ad quem.

bili, & posuerunt indeclinabile ad collationem inter illa duo. Ponentes uerò *receptionem esse prædicamentũ passionis non bene fecerunt, quoniam receptio est potentia ad rem, & iam diximus quòd potentia ad aliquam rem est de genere illius rei.*

Improbatio prima solutionis.

Digressio super tex. 10.

SED *quæritur hic quomodo dixit in libro perigeneseos quòd ignis est cõtrarius aquæ, et terra aeri.* Et Alex. *dicit ad hoc quòd hoc quod dixit in lib. prædicamentorũ est de substãtijs, quæ sunt cõposita. i. ex forma & materia, & in libro de generatione loquitur de simplicibus. s. de formis tantũ, quæ sunt in potentia in prima materia.* Et *ista solutio non sufficit in hoc quod est dictum hic, quoniam hoc quod est dictum hic quòd in substantia non est transmutatio quia non habet contrarium est sermo ponentis quòd in substantia non est contrarietas secundum formam aut subiectum, & si in substantia esset contrarietas secundum formã non secundum subiectum, tunc sermo* Aristot. *non esset uerus in hoc loco.* Et opinandum est *quòd substantiæ simplices sunt contrariæ secundũ suas qualitates & propriæ qualitates in eis non sunt substantiæ, & si assimilantur substantijs, quoniam impossibile est ut aliquid in aliquo sit de aliquo prædicamento, & in alio de alio. ita quòd calor sit in homine de qualitate, & in igne de substantia, sed est in igne propinquus substantiæ, & ideo*

In. 2. de generatione. & 46. & 22.
Alex. solutio. Vide cõsimile primo physi. 51.
Improbatio.
Responsio Auerr.

accipitur in diffinitione loco differētiæ, & in alijs compositis remotius à substantia, utrum igitur sit necessarium dicere quòd substantiæ quarum propria sunt contraria debere esse contraria, aut dicere quòd non sequitur, nisi ut solummodo sint diuersa, est considerandum, sed non hic. Cum igitur concesserimus quòd in substantia est contrarietas, tunc sermo Aristot. non erit uerus, & utrū sequitur ex hoc quòd in substantia sit motus sicut existimauit Alexand. adeo quòd diuisit substantiam in formam & subiectum .s. quia concessit, quod prima simplicia sunt contraria secundū formas, & non contraria secundum materias, quoniam quomodocunque fuerint positæ substantiæ cōtrariæ, non sequitur ex hoc, ut in eis sit motus. Quoniam si ponantur contraria secundum formas tantum, non erit in eis motus, quia subiectum eorum est in potentia, & si essent contraria secundum utrunque .s. secundum formam & subiectum, non esset in eis transmutatio nedum motus, non .n. sequitur si posuerimus quod in substantia sit contrarietas, ut in ea sit motus. Et cum Themistius credidit hanc consecutionem, respondit quòd ignis non transmutatur ad aquam nisi per medium. Et est sermo ualde debilis, cum hoc quod est contra Aristot. in libro de generatione & corruptione, quoniam cum posuerimus quòd in substantia est contrarietas quia ignis est contrarius aquæ, & ipsum transmutatur ad aquam, & non destruit hoc

Si subiectæ essent cōtrariæ secundū formas & subiectum non esset in eis transmutatio nedū motus.

Vide causam. 8. met. t. c. 14. & primo de generatione 43.

In. 2. de generatione. tex. cō. 24. & 26.

dicere sermonem dicentem quòd ignis transmutatur in aquam per medium, quia ista est dispositio contrariorum mediatorum, scilicet quòd motus non est nisi in istis. ergo quæstio non dissoluetur secundum quòd existimauit Themistius dissolui, neque secundum quòd existimauit Alexan. Et *quæstio non sequitur omnino, quoniam non sequitur si dixerimus quòd in illo in quo non est contrarietas non est motus, ut in illo in quo est contrarietas sit motus in ponendo igitur quòd in substantia est contrarietas, nihil malum est plusquam destruere iudicium* Aristot. *& quomodocunque concedatur quòd in substantia est contrarietas, destruetur signum* Aristo. *quare solutiones* Alex. *&* Themistij *non ualent.* Et *ista demonstratio qua declarauit quòd in substantia nō est motus fundatur super hoc quòd in substantia non est contrarietas, & quòd motus est in contrariis.* Et *forte ista declaratio est famosa, & illa qua sustentatus est, ē illa quā prædixit. s. quòd trāsmutatio, quæ est in substantia est generatio et corruptio, & generatio et corruptio nō sunt motus, quia sunt in illo quod est in potētia nō in actu et motum est in actu.* Et *hoc quod narrauimus de* Alex. *est dictū in expositione eius in libro de generatione, & idē in expositione sua hic. illud quod nos dicimus de nobis. s. quòd elementa non sunt contraria, nisi secundum qualitates non secūdum formas, et eramus læti in hoc.* Et *cum declara-*

uit, quòd in substantia non est motus, declarauit etiam quòd in relatione non est motus, quoniam illud quod transmutatur ad relationem transmutatur se quiescente per transmutationem sui correlatiui, uerbi gratia, quoniam columna quæ est in dextro Sor. uertitur ad sinistrum Sor. quando Sor. trāsfertur in loco, transmutatio igitur in columna est per accidens, transmutatio uero relatiui quæ est in Sorte, licet sit per se, sequitur uerum motum. s. translationem in loco, et hoc intendebat cum dixit, (quoniam quandoque transmutatur alterum correlatiuorum etc.

Documentum super tex. 15.

E T *quasi intendit declarare per hunc sermonem quòd impossibilia contingentia ponentibus, quòd motus hēt motū. ita quòd motus sit subiectū motui, eadē cōtingunt ponētibus quòd motus hēt motum, ita quòd subiectum sit aliud, quoniam sequitur ex hac positione, ut motus moueatur, sicut sequitur ex prima, quoniam sicut in trāsmutatione de albedine, in nigredinē, sequitur ut nigredo sit transmutata, similiter si genus moti illi quo est fuerit motus, sequitur ut motus moueatur, et si nō ponatur quòd motus est subiectum motui, ut posuimus in primo modo.* Et *hoc est ita quoniam subiectū motus ītelligitur duobus modis. Quorū unus est illud in quo est motus. s. corpus motū, et secūdū hoc intelligitur primus modus, in hoc qđ corpus moueatur. s. ī hoc quòd motus sit subiectū*

motui, sicut corpus est subiectum ei. Secundus uero modus est genus in quo est motus.s. qualitas transmutabilis, aut substantia, aut quantitas, aut ubi, hoc enim est subiectum motui etiam alio modo, & ex hoc modo etiam sequitur, ut motus moueatur, si motus habeat motum, ita quòd subiectum eius sit aliud à subiecto motus, & iste est secundus modus.

Dubium super tex. 30.

ET quæret aliquis quoniam esse insimul est tangere, quoniam omnia contigua sunt insimul, & omnia quæ sunt insimul in loco sunt contigua, & similiter est dispositio in sese. Dicendum est igitur adhuc ut uidetur, quod licet esse insimul, et tangere sint idem secundum subiectum, tamen sunt duo secundum diffinitionem, quoniam esse insimul opponitur ad esse solum, & tangere non opponitur ad esse solum, sed ad esse separatum. Et in diffinitione eius non apparet locus, sed in diffinitione eius quod est esse insimul apparet locus. Sese autem separatur à contiguo, quoniam sese est contiguum, & sequens. & sese etiam potest esse corpus, & potest esse non corpus. V.g. motus aut tempus, motus enim est sese ad motum, & tempus ad tempus, sed tempus non tangit tempus, quoniã contigua necessario sunt magnitudines: in naturalibus uero est corpus, in mathematicis autem potest esse linea, aut superficies, sed omne contiguũ, in mathematicis est continuum.

Solutio.

Prima differentia.

Secunda differentia.

Documentum

Documentum super tex.54.

D.d.u.g.quoniã quies &c.i.quoniã quies sanitate est cõtraria quieti in ægritudine, quoniã sanitas est cõtraria ægritudini, et est cõtraria ipsi motui, quia possibile ẽ, ut sit cõtraria motui de ægritudĩe ĩ sanitatẽ, cũ quies ad quã puenit motus digniorẽ, ut sit pfectio motus, quã ut sit cõtraria hoc itẽdebat cũ dixit, quoniã ĩpossibile est motũ. i. quoniã ĩpossibile ẽ, ut quies quæ ẽ ĩ sanitate, sit cõtraria motui qui ẽ ad sanitatẽ, quoniã dignius est, ut motus de ægritudine ad sanitatẽ sit uia ad eã, Et hoc est ita; quoniã motus ẽ de genere perfectiõis ad quã puenit, sed est prefectio diminuta, quia ẽ cõiuncta cum potẽtia, et esse ultimæ perfectiõis est in quiete; si igitur motus de ægritudine in sanitatẽ, est ad quietẽ in sanitate, necesse est ut motus de ægritudine in sanitatẽ, sit faciens quietẽ in sanitate. s. quoniã ĩ eo inuenitur una pars post aliã quietis ad quã peruenit, sicut inuenitur in eo una pars post aliã habitus ad quã puenit, et quia substãtia motus est de genere quietis ad quã puenit, & illa quæ diuersantur secundũ magis et minus nõ sunt cõtraria, ergo quies ad quã peruenit motus nõ est cõtraria motui, sed finis eius, ergo quies qui est in eo ex quo est motus, est contraria motui, & est illa quæ corrumpitur per generationem motus, non quies quæ generatur paulatim per generationem motus. Et ex hoc declarabitur quòd quies quæ est in re, ad quam est mo

tus est contraria quieti . quæ est in eo ex quo est motus. Quoniam cum motus est contrarius quieti, in eo ex quo est motus, & quies ad quam est motus generatur cum motu. Ergo *ista quies est contraria quieti in eo ex quo est motus.*

Documentum super tex. 60.

ET *debes scire quòd intendebat declarare, quoniam quemadmodũ uni motui in numero accidit contrarietas secundum naturam & non naturam, ita est de motibus contrarijs in specie in respectu eiusdem. s. quòd accidit eis cõtrarietas secundum naturam, & non naturam, ut motus ad superius & ad inferius, quoniam in respectu terre, aut ignis, alter est naturalis, & alter non naturalis. & similiter est de contrarietate quietis, ad motum. s. quietis ex qua est motus; sed quia ista contrarietas non imaginatur nisi in eadem re, non accidit, ut ambæ sint naturales, sicut accidit in duobus motibus in specie contrarijs, quando accipiuntur in respectu duorum diuersorum, ut motus ignis ad superius, & terræ ad inferius, quoniam sunt contrarijs naturales, & iste igni & iste terræ.*

Digressio super tex. 15. lib. 6 *qua quæritur utrum omne motum potest moueri motu ueclociori suo motu.*

E T *quæritur de hac propositiõe dicẽte quòd omne motum potest moueri motu uelociori suo motu.* Nam *declaratum est, quòd motus motorũ*

naturalium interminatus est uelocitate, & tar=ditate. Et *cœlum impossibile est ut sit uelocius, ut post declarabitur.* Ergo *propositio quæ ponitur hic possibilis, est impossibilis.* Ad hoc autẽ *dicamus quòd omne motum secundum quòd est motum poßibile est ut moueatur motu uelociori suo motu secundum quòd est motus.* Et *causa in hoc est, quoniam motus est de continuo, & uelocitas quæ est in motu est similis diuisibilitati in continuo.* Quemadmodum *igitur diuisibilitas procedit in continuo in infinitum, similiter uelocitas in motu quoniam si uelocitas finiretur in motu secundum quòd est motus, esset poßibile motũ fieri in instanti; et forte propter hoc dixit prius, quòd omnis motus est in tempore, & sic ista propositio est possibilis per se, impoßibilis per accidens. s. quia accidit motui, quod fuit in rebus naturalibus. i. materialibus. Cũ igitur coniũcta fuerit huic propositiõi propositio in qua dubitatur, & cõcludetur impossibile, scietur quòd illud impoßibile nõ sequitur ex poßibile, secundũ quòd est poßibile.* Et Alexan. *respõdet huic quæstiõi duobus modis.* Primo *quòd corpora cœlestia secũdum quòd motus eorum est uoluntarius possunt moueri uelocius, & si non mouẽtur quemadmodum boni possunt moueri ad nõ bonum, licet non moueantur.* Secunda *responsio est quòd ista possibilitas non pẽdet à moto, sed à motu, omnis enim motus positus in aliquo mo*

2. ce. c. 38

Solutio.

to poßibile ẽ, ut imaginetur in alio moto uelocior & tardior, et hoc impossibile est in eodẽ moto, cũ motus omnis moti est terminatus. Nos *aũt dicamus quòd hæc est reſpõſio* Eudemi, *et est conſiderãdũ in hoc quòd dixit corpora cœleſtia poſſunt moueri uelocius.* Et *cũ poſuit hanc propoſitionẽ incepit declarare q̃uo accidit, ſi tẽpus et magnitudo fuerint cõpoſita ex indiuiſibilibus, ut uelocitas et tarditas nõ procedãt in infinitũ, et dixit, continuũ.n. cũ fuerit tale, neceſſe est ut tẽpus ſit cõtinuũ.i. quoniã cũ cõtinuũ ponatur hmõi, et tẽpus ẽt fuerit hmõi, ſequitur ut tempus ſit continuum.*

Qõ *ſuper tex. 32. utrum* Philoſophus *in hoc loco intelligat per tranſmutabile, id quod ſolũ in tribus prædicamẽtis est trãſmutabile.*

IN *hac quæſtione accidit expoſitoribus qõ quaſi inſolubilis cõtra* Ariſ. *dicunt.n. quòd ſi intelligit per trãſmutabile mobile. ſ. illud quod proprie cadit in tria prædicamẽta tantum. ſ. in quãto, & ubi, & quali. tunc ſermo eius non continet tranſmutationem in ſubſtantia, & manifeſtum est quòd illud quod tranſmutatur in ſubſtantia non est diuiſibile, ſicut illud quod tranſmutatur in alijs motibus.* Et *etiam iam dixit ſuper hoc quòd trãſmutatio in ſubſtantia collocatur ſub hac declaratione, unde opinãdũ est quòd utitur hic trãſmutatione pro tribus trãſmutationibus, ſed ſi modo fuerit intellectus iste locus, excipiuntur tũc traſmutationes quæ fiunt nõ in tẽpore, & iſta tranſmutabilia ſunt diuiſibilia &*

corpora, & sic demonstratio erit particularis, & deberet esse uniuersalis. Et si *intellexerimus per trãsmutabile illud quod transmutatur in tẽpore, et in nõ tẽpore, tũc demõstratio nõ erit uera, trãsmutatũ nõ in tẽpore nõ erit secũdũ quã dã partẽ ĩ eo ex quo & secũdũ aliã ĩ eo ad quod.*

Et ideo Expositores *ambigũt in respõsione & in isto loco, & dicũt quòd* Ale.*exponit quod omnis trãsmutatio est in tẽpore, sed quædã latet sensum.* Themistius *uero dixit quòd* Arist.*nõ loquitur hic de illo quod trãsmutatur nõ ĩ tẽpore, & fingit enim istã trãsmutationẽ esse diuisibilẽ, & quod manifestũ est per se trãsmutationẽ eẽ nõ in tẽpore, intẽtio eius est transmutatio in omnibus partibus.* Alexan.*autẽ cõtradicit in hoc famoso uel magistro magno, quoniã* Arist.*& omnes* Peripatetici *dicũt hic esse trãsmutationes, quæ fiũt nõ in tẽpore, & hoc est manifestũ in illuminationibus & similibus.* Ergo *nihil est ponere quòd omnis trasmutatio est in tẽpore.* Dissolutio *autẽ* Themistii *corrũpitur ex hoc, quoniã ignorare trãsmutatum esse diuisibile, aut indiuisibile, per trãsmutationem diuisibilem, aut indiuisibilem est in eodẽ ordine.* Sed *dignius est ut sit latẽtius naturaliter trãsmutatũ esse diuisibile p trãsmutationẽ indiuisibilem.* Existimatur *enim quòd trãsmutatio indiuisibilis debet esse in indiuisibili.* Et *etiã demõstratio qua* Aristo.*utitur in hoc nõ erit prima et essẽtialis, quoniã diuisibili-*

Rõ Alex.

Rõ Them.

Cõtra Ale.

Cõtra Themistium.

tas eius quod transmutatur in tempore non est ei secundum quòd est in tempore, cum inueniatur in eo quod non trasmutatur in tempore. Et sic illud quod accipitur causa in hac demostratione non est causa, & erit ac si aliquis diceret quòd homo est ambulans, quia est rationabile; rationabilitas enim non est causa ambulationis, nisi per accidens.

Responsio Auẽpace. *Auempace respondit ad hoc, quod diuisibilitas quam Aristot. intendit in hoc loco nõ est diuisibilitas secundum ultima, sed diuisibilitas quæ est in corpore per accidentia opposita; quoniam cum trasmutatum transmutatur de contrario in cõtrarium, necessario diuiditur per duo contraria dum transmutatur, & certe ista diuisibilitas est prima transmutatio in tempore, & non accidit ei idem quod accidit Themistio. Sed ista diuisibilitas est per accidens in continuo, & Arist. non considerat in hoc loco nisi diuisibilitatem, quæ est continui essentialiter .s. secundum ultima.*

Cõtra Auẽpacem. *Ego autẽ sustinui opinionem Auempace, sed modo non: quoniam transmutationes sunt duobus modis, modus existens per se, & est transmutatio que est de quiete in quietem, & modus existens nõ per se, & est trasmutatio quæ est finis alterius transmutationis. uer. gr. illuminatio domus quæ fit a motu candelæ, & mutatio columnæ de dextro in sinistrum à motu columnæ. Et manifestum est quòd istæ transmutationes sunt non in tẽpore, quia sunt transmutationes, & finis est indiuisibilis, &*

differt ab illo, cuius est finis. Et est manifestũ quòd impoßibile est, ut sit per se. ergo transmutationes quæ sunt principales, sunt duobus modis. Aut transmutatio cuius finis est de genere illius trãsmutationis. Aut transmutatio cuius finis est de alio genere, & utraque est transmutatio in tempore, & quædam est in eo, ex quo, et quædam in eo ad quod, & indifferenter; siue finis transmutationis fuerit de genere ipsius; aut non de genere. Ergo transmutabilia quæ sunt non in tempore, eadem ipsa sunt transmutabilia quæ sunt in tempore. Ergo cum fuerit declaratum de istis quæ sunt in tempore, quæ sunt diuisibilia, declarabuntur omnia transmutabilia esse diuisibilia. Cum omne transmutabile non in tempore, est transmutabile in tempore. Et etiam trãsmutari aliquid non in tempore est per accidẽs, cum consequatur transmutationem aliam. Quo igitur accusatur Aristo. si demonstratio ipsius non continet ipsam, cum illud quod est per accidens non habeat demonstrationẽ, cum hoc quòd cognitio eius collocatur in cognitione transmutabilis per se, quoniam illud quod est per accidens, sequitur illud quod est per se, & etiam finis transmutationis non est trãsmutatio, quoniã finis rei nõ est illa res? Si igitur dicatur transmutatio, erit per æquiuocationem. & ideo Aristo. non apponit mentem illi, cum hoc quod apparet in sua declaratione, & sic Aristo. intentio latet omnes Expositores.

Quæstio super tex. 59. utrũ ratio Philosophi ueritatem contineat in generatione.

SED quæritur de generatione; quoniã uisum est in ea primum naturaliter. In generabilibus autem quæ componuntur ex corporibus diuersis. s. nõ similibus, manifestũ est de hoc, sicut cor in animalibus, quod est prima pars, & similiter etiam in similibus corporibus. Quoniam prima quantitas carnis est terminata quoniam caro secundum quòd est caro nõ diuiditur in infinitum. Nos autẽ dicamus quòd generatio primæ partis componitur ex alteratione et generatione, quoniã cum aliquid generatur ex aliquo. u. g. caro ex sanguine primo amittẽtur qualitates & accidentia propria sanguini, & fient accidẽtia propria carni, donec amittatur forma sanguinis et fiat forma carnis, et hoc in fine motus. s. nõ in tempore. Si igitur in trãsmutatione quæ est in qualitate, non inuenitur primum naturaliter, quia est in aliquo carenti primo naturaliter, & generatio est in tẽpore, quia sequitur alteratione. Manifestũ est quòd in eo non est primũ naturaliter. Et dixit, ergo ĩpossibile est etc. i. & cũ generatio nõ habeat primã partẽ naturaliter, impossibile est aliquid demõstrari in generatiõe quod prius nõ generabatur, quoniã cũ sit diuisibile cũ fuerit trãsmutatũ in illo ultimo quo diuiditur, dicetur iã ingeneratũ esse, & similiter illud quod iã generatũ est, dicitur prius ge

Qõnis solutio.

nerari.D.d.& similiter est de eo quod corrūpitur. Et debes scire quòd iste processus in infinitū est in potentiā nō in actu. & si nullus motus fieret ĩ eo omnino. Et cū cōpleuit hāc declarationem repetijt illud quod declarauit, et dixit ergo necesse est & c.i. cū in hoc est, & quia generatio est in magnitudine, & in tēpore, & utrūque est diuisibile. D. d. ex quo sequitur quod illud in quo generatur, impossibile est ut sit ita quòd sit prima pars magnitudinis in qua incepit motus generationis. Et nō est intelligēdū ex hoc. quòd nō inuēitur prima magnitudo ex generato quòd est ex partibus diuersis. Sed intētio eius ē quòd nō inuenitur prima magnitudo ex generato, ex magnitudine ĩ qua incepit generato, et magnitudo quæ sit prima. s. quia non inuenitur prima magnitudo ex magnitudine rei, à qua incepit generatio.

Documentum.

Sed primo cap. de subiecta or. uidetur dicere oppositum uidelicet quod accidētia termitata inducuntur post formā.

Cauillatio super tex. 86.

Potest autem aliquis dicere, quòd hoc nō inuenitur nisi in motu circulari, in recto uero motus partiū sunt æquales, & similiter motus totius in eo est æqualis motui partiū. Sed forte dicetur in hoc quòd partes speræ uidētur moueri per se magis quàm illud quod mouetur recte, cū spera uidetur pmanere secūdū totū, & moueri secūdū partes, sed nō ē uerū, ut declaratum est, sed secūdū totū mouetur, et cū declaratū ē quod partes speræ nō mouētur per se, quāto magis partes eius quod est recti motus nō mouebūtur per se. Et quasi intendit congregare hoc duo, quo=

rum unum eſt notificare quòd motus partiũ per motum totius non eſt per accidens pure, neq; per ſe principaliter, partes enim nõ mouentur per ſe, quia mouentur in moto in quo conueniunt cum accidentibus & formis quæ non ſunt innata moueri per ſe: & cum declaratum eſt, quòd accidentia & formæ mouentur per accidens, per motum ſubiecti, & partes ſunt tales, uiſum eſt quòd partes mouentur per accidens, & hoc apparet ex uerbis Ariſt. *& ideo excepit iſtum modum motus, & induxit exemplum extraneum ab uno illorum & dixit, poßibile eſt ut impartibile &c. & manifeſtũ eſt quòd motum puncti per motum corporis eſt huiuſmodi.*

Digreßio *ſuper tex. 2. ſeptimi lib. in qua oſtenditur error* Gal. *& aliorum non intelligẽtiũ demonſtrationem* Ariſtot.

ET *hoc quod dixit, quòd motum ex quo quieſcit aliqua pars aut corrumpitur, & reliqua remanet mota, non eſt primum motum, eſt manifeſtũ per ſe, cum concedatur hoc eſſe primum motum, & eſt manifeſtum per ſe, hic eſſe primum motum huiuſmodi.* Et *iſtam propoſitionem ignorauit* Gal. *& alij qui non intellexerunt hanc demonſtrationem, exiſtimauerunt enim quòd illud quod mouetur per ſe, non ſequitur cum aliqua pars eius quieuerit, ut totum quieſcat, ſed ſequitur ut remaneat motum per partem, non per totum, quia*

intellexerunt hic per motum per se, illud quod opponitur moto per accidens; non moto per partem eius. Et quia hoc intellexerunt per motum per se; ideo non fuit necesse apud eos, cum in hoc moto quieuerit aliqua pars eius, ut residuũ quiescat, & ideo non apparuit eis modus declarationis quem Aristo. intendebat in hoc loco. Et necesse est hic eẽ primo mota, eo quòd corpora naturalia non diuiduntur in infinitum in eo quòd sunt corpora naturalia .u. g. quoniam primum motum in igne est minima pars quæ potest esse ignis in actu, & similiter primum motum caloris naturalis animalium est etiam minima pars, quæ potest mouere illud animal, manifestum est in hoc modo motus moti, quòd cum fuerit imaginatum quòd pars eius quiescit, totum quiescit. cũ igitur fuerit declaratum quòd cum pars primi moti quieuerit, statim totum quiescet, & omne quòd quiescit à motu per quietem alterius, necessario mouetur ab alio; concludit in prima figura quòd primum motum est motum per aliud, & quia omne motum ex se, necesse est si ipsum non fuerit primum, ut in eo sit primum motum. sequitur ut omne motum ex se habeat motorem, & in hoc erat dubium de elementis. In animalibus uero manifestum est, quòd motor differt à moto. Declaratũ est igitur ex hoc sermone, quod ista demonstratio est uera, & quòd est de genere signorum certorum, licet non sit de genere demonstrationum

Dubium. ſimplicium. Et poteſt quis dicere quòd propoſitiones, quæ uſitatæ ſunt in ea non ſunt uniuerſales omni moto ex ſe, cũ in corpore cœleſti impoſſibile eſt dicere, quòd cum quieuerit pars quieſcit totum, cum imaginari hoc ſit impoßibile. iſta autem demonſtratio fundata eſt ſuper hoc, quòd partem quieſcere in omni moto eſt poßibile, quod eſt impoßibile in corpore cœleſti, & ſimiliter in

Solutio anima quam Pla. ponit mouere ſe. Ad hoc autem dicendum eſt quòd partem quieſcere corporum, de quibus demonſtratum eſt, quoniam impoſſibile eſt, ut corrumpantur, aut quieſcant, quodãmodo eſt poßibile, quodammodo impoßibile, eſt enim poßibile ſecundum quòd eſt corpus. Impoßibile eſt autem ſecundum quòd eſt aliquod corpus u.g. neq; leue, neq; graue. Et quia conſideratio hic eſt de corpore ſecundum quòd eſt corpus, cum motum ſecundum quòd eſt motum, eſt corpus, ideo illud quod poſitum eſt hic eſt poßibile. Ergo ĩpoßibilitas hæc non datur corpori cœleſti, niſi modo poßibili. Et ſciendum eſt quòd multa neceſſaria ſequũtur per ſe multa poßibilia, et quòd propter hoc eſt poßibile in ſignis, ut propoſitiones eorũ ſint cõpoſitæ ex poßibilibus & neceſſarijs, ſed tamẽ neceſſe ẽ ut maiores ſint neceſſariæ, quoniã hoc modo cõtingit quòd cõcluſio ſit neceſſaria, ſicut in hac demonſtratione, & plures demonſtrationes ſexti iſtius libri ſunt huiuſmodi.

Sed diſsolutio ſuper quã ſubſtẽtandũ eſt in hoc loco eſt, quoniam propoſitionum ſyllogiſmi inducentis ad incõueniens, aliæ ſunt cathegoricæ, aliæ hypotheticæ. Hypotheticæ autem ſunt duobus modis, eſt enim modus in quo præcedens eſt poſsibile, aut neceſſariũ, ſi cõſecutio ſit neceſſaria. u. g. ſi ſol aſcendit, dies eſt, & in hoc ponitur præcedẽs & concluditur conſequens, aut deſtruitur oppoſitum conſequentis. Eſt alius modus in quo præcedẽs eſt impoſsibile in hoc ſemper deſtruitur conſequẽs, & nunquã ponitur antecedẽs, ſed talibus propoſitionibus utuntur in ſyllogiſmo ducente ad inconueniens. Cum igitur dixerimus quòd ſi corpus cœleſte, quia ſi pars eius quieuerit, totum quieſcet, neceſſario mouetur ab alio, eſt cõſecutio uera, ac ſi diceremus, quòd ſi lapis uolat, habet alas, licet lapidem uolare ſit impoſsibile, quemadmodum corpus cœleſte impoſsibile eſt, ut pars eius quieſcat. Sed cum poſuerimus cœlum moueri ex ſe, ſequitur neceſſario oppoſitum præcedentis illius continuationis quòd eſt partem quieſcere, ita quòd totum non quieſcat, ac ſi poneremus aliud ex quo ſequeretur quòd id quod uolat non habet alas. u. g. ſi poneremus quòd uolatile eſſet retentibile in aere per ſe.

Vide primo primorum diffuſe in digreſsione propria de ſyllogiſmis hypotheticis.

Digreſsio ſuper tex. 10. qua quæritur utrum in omni attractione attrahens attrahat cum motu & tractu.

AD hoc autem quod quæritur, quoniam plura attrahentia uidentur attrahere sine tractu & sine motu. Dicendum est quòd hæc dicitur attractio æquiuoce. attractio enim in rei ueritate est illa in qua attrahens mouetur cum attracto, & hoc quando attrahens ad se ipsum non fuerit quiescens. necesse est enim ut motus attrahentis sit uelocior, quàm motus attracti, & hæc inuenitur in uirtutibus uoluntarijs, & in non. & inuenitur in pluribus uirtutibus naturalibus, & uitalibus, & ideo posita sunt fila in membris animalium. Attractio, autem in qua attrahens est quiescens, & attractum motum non est attractio in rei ueritate, sed attractum mouetur ex se ad attrahens, ut perficiat se, ut lapis mouetur ad inferius, & ignis ad superius. Et similiter oportet hoc intelligere de motu ferri ad magnetē, & nutrimenti ad mēbra u.g. de motu sanguinis ad superiora corporis & uniuersaliter nutrimenti arborū ad superiora eorū. Sed est differentia inter ista & illa quæ mouētur ad locū proprium, quoniam illa mouentur ad locum, siue fuerit proquinquus aut remotus. Nutrimenta uero non mouentur ad nutriendum nisi cum fuerint in aliqua dispositione de nutrito, & similiter ferrum non mouetur ad magnetem nisi cū fuerit in aliqua qualitate de magnete. Et ideo quando magnes fricatur cum alleo amittit uirtutem, nam ferrum tunc non acquirit de lapide in illa dispositione qualitatem per quam innatum est moue-

Solutio.

Attractio duplex.

Nota de motu ferri ad magnetē. et nutrimenti ad membra.

ri per se ad lapidem, & hoc manifestum est in ambra quòd attrahit paleam, quando calefit. Ergo iste modus motionis si dicatur attractio non intendebatur ab Arist. in hoc nomine attractio cum collocetur in his quæ mouentur ex se.

Dubium super tex. 16.

ET existimatur quòd in hoc sermone destruxit antecedens, quod apparet ex hoc quoniam intendebat, sed hoc non dicitur in domo, quoniam sua generatio perficitur. ergo neque hoc dicitur in eo dum generatur. Sed tamen hoc uerum est in consecutione conuertibili, sicut in ista. Nam cum posuerimus quòd illud quod generatur, alteratur, sequitur, ut generatum sit in capitulo alterationis. Et similiter cum posuerimus quod generatum est in capitulo alterationis, sequitur ut generatio sit alteratio. Solutio

Dubium super tex. 19.

SED quæritur quomodo dicitur, quod uirtus sequitur paßionem laudabilem, & uitium paßionem illaudabilem, & paßio laudabilis & illaudabilis sequuntur uirtutem & uitium. Virtus enim est habitus per quẽ patitur paßionem laudabilẽ, & uitium est habitus per quem patitur paßionem illaudabilem. Ad hoc autem dicendum est, quod isti duo habitus acquiruntur consuetudine paßionum laudabilium, aut illaudabilium. Ergo existẽtia eorũ perfecte necessario sequitur paßionem. Et cũ sit declaratũ quod uirtus et uitiũ sequũtur paſ- Solutio

ſionem, eſt declaratum, quòd paßio eſt alteratio, ſequitur ex hoc quòd uirtus & uitium ſequuntur alterationem.

Dubium ſuper tex. 20.

SED] *quæritur hic quare tacuit hic ſpeciem qualitatis quæ dicitur potentia & impotentia naturalis.* Et Alexan. dicit quòd iam *declaratum* Solutio. Alex. *eſt uniuerſaliter quòd non eſt qualitas, & intendit ut mihi uidetur quòd res agunt, per ſuas formas & patiuntur per materias, & formæ & materiæ ſunt ſubſtantiæ neceſſario.* Et *forte intendit quòd declaratum eſt uniuerſaliter quòd non eſt qualitas alterabilis, quoniam eſt forma, & declaratum eſt quòd formæ non ſunt alteratio, ſed ſequuntur alterationem.*

Documentum ſuper tex. 33.

ET *debes ſcire quòd conſideratio coniunctionis in alteratione ſi fuerit ſecundum ſubiectum tantum, erit per accidens, & ſi fuerit ſecundũ ſolam paßionem non erit illic æqualitas perfecta, ſed ſolummodo ſimilitudo. ergo in conſideratione æqualitatis perfecte hæc duo exiguntur, ſcilicet ſimilitudo paßionis, & æqualitas ſubiecti.*

Dubium ſuper tex. 35.

Vtrum *uero hoc ſit commune & potentijs mouentibus non corporalibus ſi aliquid ſit tale habet quæſtionem difficilem.* Neceſſario *enim de-* Solutio *bet eſſe reſiſtentia inter motorem & rem motã, & ſiue motio fuerit naturalis, aut innaturalis,*

& iſta

& ista resistentia communis est secundum quòd alterum est agens & reliquum patiens. Vnde dicimus in uirtutibus cœlestibus mouentibus quòd non mouet quæcunq; potentia quodcunq; corpus cœleste, sed quælibet potentia mouet corpus proprium in uelocitate propria. Sed omnes conueniunt in hoc quòd mouent in infinitum. Et secundum hunc modum non est proportio inter eas, & motũ, secundum uerò quòd unaquæq; earum mouet corpus proprium uelocitate propria secundum hoc habent proportionem propriam ad motum uel cum moto. Sed ista proportio uidetur indiuisibilis, unde igitur accidit istis potentijs istud? Quæstio.

Et forte hoc accidit ex diuersitate naturarum mouentium, quæ non sunt in materia in nobilitate, secundum magis & minus, & diuersitate naturarum corporum quæ mouentur ex eis. Hoc autem quòd motus eorum scilicet corporum cœlestium est in tempore, licet nõ sit proportio inter potentias motiuas et mobiles accidit ex natura motus. Motores autem qui sunt in materia, si aliquis eorum haberet potentiam infinitam, contingeret, ut motus esset in non tempore, & hæc declarabuntur in ultimo octaui lib. & Aris. non loquitur hic nisi de motoribus materialibus, quoniam ista perscrutatio est utilis in dispositionibus motorum non materialium, ut post declarabitur, & in alio lib. dixit, hic. n. motor erit proportionatus, & quod est in hac translatione. s. Solutio.

Tex. c. 78. et 79. Vid. etiã pro ho: in lib. de substantia orb. ca. 3. ad fi

noſtra, eſt melius.

Digreßio ſuper tex. primo octaui lib. qua quærit utrũ Ariſt. quæſtio procedat de motu ſecundum genus, uel de motu cœli.

DICO quòd hæc expoſitio, quam modo dixi eſt quæ intelligitur primo aſpectu, & hoc intellexit Alpharabius, ſecundum quòd dixit in libro ſuo de entibus traſmutabilibus, & hoc idem intellexit Aui. & Auempace Hyſpanus ſcilicet quòd intentio Ariſto. in primo iſtius tractatus eſt declarare, quòd ante omnem motum eſt motus, & ante omnem tranſmutationem, eſt tranſmutatio, & quòd motus non deficiet ſecundum genus, ut procedat ex hoc ad declarandum motum eſſe primũ & æternum, qui continet omnia, aut unum, aut plures, & in hac declaratione eſt difficultas. Et ideo intẽdit Alpharabius in ſuo libro de entibus tranſmutabilibus complere ſermonem de hoc, in quo perſcrutatus eſt ſecundum quot modos poteſt imaginari ante omnem tranſmutationẽ eſſe tranſmutationem, & quid poteſt eſſe uerum de hoc, & quid non. Quapropter inuoluta eſt ſua perſcrutatio in hoc. Ego autem quòd credebam expoſitionem iſtius loci eſſe iſtam, eram aliquantulum in errore, ſcilicet in hoc quòd declaratio Ariſto. eſt declaratio diminuta, & ſemper fui perſcrutatus de hac declaratione, quouſq; apparuit mihi intẽtio, quam intendit Ariſto perſcrutari. Et in-

Secunda expoſito textus ſecundũ Auer. opinionem.

ueni ſermones ſuos conuenientes ſibi adinuicem ſecundum illam intentionem, non ſecundum primam expoſitionem, quæ uidetur in primo aſpectu Ariſt. enim intendit hic declarare, utrum primus motus continens mundum, aut primi motus ſi ſint plures uno, ſint facti de nouo, ita quòd ante eos non fuit motus omnino, ita quòd motus propter hoc ſit nouus ſecundum genus. Et omnia inceperunt moueri poſtquam nihil mouebatur. Aut primus motus, qui continet omnia exiſtens in primo moto, aut in primis motis, ſi fuerint plures uno motu, ſit æternus, qui nunquam ceſſauit, nec ceſſabit, ſed eſt ſicut dixit, quaſi uita eorum, quæ conſtituuntur per naturam. Et induxit ipſe declarationem et diffinitionẽ motus prædictã ad oſtendẽdum talem motũ eſſe. non quia induxit diffinitionem motus ad declarandum, quòd ante omnẽ motum eſt motus, ſicut credidit Alpharabius & alij. Perſcrutatio enim quam hic intendit eſt uniuerſalis toti mundo, & non eſt uerum ſecundum opinionem Ariſto. ut ante motum continentem totũ ſit motus, aut ante tranſmutationem, quæ eſt prima tranſmutatio, ſit tranſmutatio. Falſa igitur fuit hæc exiſtimatio illorum. hæc enim eſt particularis, & eſt uerum de motibus particularibus, quos continet motus uniuerſalis ſecundum quòd his ſequitur motum uniuerſalem. Non quia hic exiſtit in eis primo & eſſentialiter, quoniã hoc apud ipſum impoßibile eſt, ut apparebit poſt. Nõ

combusto, aut oleo inflammato. Et hoc ignorauit Ioannes Grammaticus, & existimauit quòd quædam potentiarum inuenitur cum illo ad quod est potentia. Et decepit eos hanc potentiam esse coniunctam cũ forma ignis, quæ est in actu potentia, quæ est coniuncta cum ea, quando uiolẽtatur ab aliquo quando generatur ne moueatur superius. Et ista potentia est alia à naturali, cũ sit uiolẽtia. Naturalis aũt impossibile est ut sit coniũcta cũ forma ignis scilicet potẽtia quæ est in igne ad motũ superius. Et si hoc esset, tũc duo cõtraria essent in eodẽ subiecto et in eodẽ tẽpore .s. potentia motus, & motus insimul, quod est impoßibile. Error Ioan. Gräma. Error aliorum.

Obiectio super tex. 6. per quam uidetur probare quod non loquatur de motu primi mobilis &c.

ET quod apparet ex hoc sermone est, quòd necesse est ut ante illum motum qui ponitur primus est alius motus. Sed non sequitur ex hoc ut secundus motus succedat antecedenti statim, sed sequitur ut sequatur ipsum interpollatim, scilicet quòd inter illos sit tempus quietis, in quo inueniebatur posse. Cum autem dixerimus quòd poßibile non exit in actum, nisi per aliquid in actu .s. per motorem, necesse est illos motus esse .s. succedentes .s. quòd nullum tempus sit extra motum, & si esset in fine paruitatis. Motor enim non mouet ipsum in tempore, in quo mouet & non ante, nisi quia ante non habebat dispositionem, qua poßibi Solutio.

le erat ipsum mouere, & cum perfecta erat in eo ipsa dispositio, tunc incœpit mouere. Et ista dispositio, aut est in ipso motore, aut in moto, aut in utroque, & est, aut quia motor non fuit, & tempus fuit, aut quia fuit, sed diminuebatur ab ipso dispositio per quam mouet, & hoc est, aut propter aliquam dispositionem in eo, aut propter dispositionem in moto, aut sicut distantia & impedimentum. Et iste tres dispositiones forte deficiunt plures earum, aut una in moto, & hæc erit causa quòd motor non moueat. Ergo necesse est ut ipsum mouere succedat motui præcedenti .s. quod principium sui mouere sit finis motionis antecedentis ipsum. Et mouere istud præcedens, aut fuit in moto, aut in motore, aut in extrinseco .s. aut generatio, aut alteratio eorũ, aut in utroq;, aut dispositio in altero eorum, aut in utroq;, aut appropinquatio in loco, aut recessus impedimenti. Ergo necesse est quòd ante trãsmutationem esset transmutatio, nõ tantum transmutatio non continua per quã transmutatum fuit poßibile ut trãsmutaretur, sed transmutatio cõtinua cum ea, per quam transmutans fuit transmutans postquã fuit in posse. Et forte tacuit hunc modum, quia apparet ex secundo cõdiuidente, quod post inducet, & est quòd aliquis dicat quòd posse quod præcedit primum motum est antiquum, secundum quòd ponunt ipsum dicentes mundum fieri postquã non fuit in aliqua hora. Et forte tacuit ipsum, quia

Excusat Aristo. ab insufficiẽtia.

non indiget eo in hac declaratione.

Digreßio super tex. 8. in qua oſtendit quòd uirtutes rationales nõ quieſcunt quã doq́;, et mouentur quãdoq́;, niſi trãſmutatio præceſſerit.

ET Secundum hoc ſermo eius erit uniuerſalis in omnibus uirtutibus motiuis. ſ. rationalibus, & irrationalibus, & hoc manifeſtum. Quoniam autem rationales non quieſcunt quandoq́;, & mouentur quandoq́;, niſi propter renouationem traſmutationum factarum in eis ex extrinſeco, aut in anima, aut in corpore, manifeſtum eſt, quòd prolixe loquemur de hoc poſt. Quando enim animal mouetur poſtquàm non mouebatur, neceſſe eſt, ut in eo ſit, aut appetitus qui non erat, ſed illa concupiſcentia, aut appetitus non fiet niſi per tranſmutationem præcedentem ab aliquo ente extra animam, & hoc erit quando illud ens fecerit aliquã paßionem in corpore eius, ex qua fiet cõcupiſcentia, quæ non erat ante, aut appetitus. Et ex comprehenſione illius entis, aut ex paßione ſuæ comprehenſionis ab eo accidet ei imaginatio, & ſcientia, & appetitus qui ante non erat, & cõcupiſcentia motus, quæ ante non erat. Si autem poſuerimus ipſum in omnibus ſuis diſpoſitionibus exiſtẽtibus in ipſo, et extrinſecis in diſpoſitione quietis idem cum ipſo in diſpoſitione motus. Tunc neceſſe eſt quòd nõ ſit dignius mouere in aliqua hora, quàm quieſcere, & ſic aut non quieſcet, neq́; Cõmẽ. 15.

mouebitur, aut quiescet et mouebitur insimul, qđ est impoßibile, quoniam cũ proportio illius quod habet potentiã agendi duo cõtraria, fuerit eadẽ, non faciet alterum illorũ, et ideo cum fuit impoßibile in talibus istis uirtutibus eandem proportionẽ esse inter duas actiones cõtrarias, ideo impoßibile fuit, ut essent extra ambo. u. g. ut animal esset extra motum & quietẽ. Et quod dicunt loquentes nostræ legis uoluntatem dependere de actione entis noui in aliqua hora, ita quòd illud ens fiat apud præsentiam illius horæ absq; eo, ut fiat illic transmutatio, est sermo nõ intelligibilis. Voluntas. n. cum fuerit ad inueniendũ aliquod ens in aliqua hora, necesse est ut in uolente fiat in illa hora cõcupiscentia in agente, quæ nõ erat ante, & illa est causa propinqua ad agendũ in illa hora, & nõ ante. Et causa illius concupiscentiæ est præsentia temporis, & in præsentia temporis, quæ non erat ante est transmutatio necessaria, aut sequens transmutationẽ. Concupiscentia igitur facta per præsentiã temporis est transmutatio extra transmutationẽ, ante igitur transmutationẽ quæ est posita, prima est alia trãsmutatio, et nõ potest homo sanus fugere hanc fidem existimatione præsente.

Contra Saracenos.

Digreßio super tex. 9. qua quærit utrum Arist. intẽdit declarare quòd motus secundũ genus semper fuerit.

ET hæc demonstratio quam induxit est uniuersalis in omni motore, siue in uirtute rationa-

li, siue in non rationali, & hoc induxit nos ad exponenda uerba eius sicut prius exposuimus. Et oportet nos perscrutari in hoc loco quid intẽdit per hunc sermonem. Vtrum intendit quòd motus secundum genus semper fuit, aut intẽdit hic esse motum æternum unum in specie. Est enim in hoc aliqua difficultas, quoniã si intendit declarare quòd motus nõ deficit secundũ genus in aliqua hora, existimatur quòd impossibile est ipsum continuari secundum genus secundum quẽcũque modum fuerit positus. Sed sunt positiones impossibiles & possibiles quædam, & hoc quod est possibile, est illud quod necessario sequitur ex istis propositionibus, quas posuit hic. s. potẽtiam præcedere actum secundum tempus, & secundum hoc est illud quod intendit de hac intentione diminutum, et ideo uidemus Alpharabium in suo libro de entibus transmutabilibus niti enumerare modos, in quibus possibile est motum præcedere motum alium, & hoc in motore & in moto, D. declarasse quis possibilis & quis impossibilis, & quòd possibilis est necessarius secundum diffinitionẽ motus. Et secundum hoc erit opus Alpharabij, quasi cõplementum ad illud quod declarauit Aristo. hic, licet Aristo. fecerit illud quod fecit Alpharabius in secundũ librũ de generatione. In illo enim libro declarauit qualiter est possibile omnem motum præcedere motum &, quõ est impossibile. Et si sermo eius in hoc libro est diminutus & com-

Prima expositio Alphar.

Secunda expositio et est Themi.

plebitur post. Aut dicamus quòd Aristo.nõ intẽdit per hanc declarationem declarare quòd impoßibile est mundum esse in aliqua hora extra unum motum, sed declarare quòd mundus impoßibile est, ut sit extra motum secundum genus. Et *quõ inuenitur omnem motum præcedere motum est alia quæstio.* Et *secundũ hoc uidetur quasi intendere contradicere sermoni dicentium motum deficere in aliqua hora non probare motum esse æternum.* Et *forte etiam intendit per hunc sermonem probare mundum esse semper secundum hanc dispositionem in qua est modo.* Q*uoniã cum posuerimus quod ista ordinatio est naturalis, & quod impoßibile est mundum habere aliam ordinationem præter istam, scilicet quòd omnes motus reducuntur ad corpus cœleste, & quòd propinquitas huius corporis ad quasdam res, & sua remotio à quibusdam est causa, propter quã quædam mouentur quandoq;, & quædam quiescunt quandoq;.* Et *propter quam omnem motum sequitur motus* Et *est declaratum quòd impoßibile est motum deficere in aliqua hora.* Ergo *manifestum est quòd mundus semper fuit, & erit in hac dispositione.* Q*uoniam si deficeret nõ deficeret nisi per quietem, aut per mutationem ad aliam formam.* Et *cum impoßibile sit ipsum mutari ad aliam formã, aut quiescere, necesse est ut motus corporum, quæ sunt æterni motus, quæ sunt semper in motu sint in hac dispositione semper in præterito & in*

Tertia expositio aliorũ.

futuro. Quoniam si quiesceret totum nihil aliud esset causa quietis eius nisi quies eorum. Quemadmodum causa motus eorum, quæ mouentur quandoq;, & quietis eorum, quæ quiescunt quandoq;, nihil aliud est nisi motus eorum semper in propinquitate & distantia. Si igitur possibile esset corpora cœlestia quiescere, necesse est ut esset pars alterius mundi, et ut essent hæc alia corpora, quæ mouerentur circulariter, quæ essent causa quietis istorum quandoq;, et motus istorum quandoq;. secundum hoc ergo possumus intelligere hunc locum. *Et quod apparuit mihi post longam perscrutationem est quòd ex hoc quod hic induxit apparet motum unum continuum primum æternum esse, quia cum adiunctum fuerit hoc quod declaratum est hic, scilicet quòd non est hic motus primus nouus illi quod declaratum est in septimo, scilicet quòd si est necesse, ut in motis in loco sit primum motum, & primus motor, quòd necesse est ut iste primus motor, & istud primũ motum semper fuerint in hac dispositione. s. hoc mouere, & hoc moueri. Quoniã si fuerit positum ipsum incipere mouere in aliqua hora, cõtingeret ipsum præcedere motus prior, & sic hoc quòd fuit positũ quod ipse fuit primus motor nõ fuit uerum. Et cum hic fuerit motor qui semper mouet, tunc erit hic motum, quod semper mouetur. s. quod ẽt est æternum. Et si non cõtingeret ut ante primum motorem esset motor prior illo. s. si posuerimus il*

Quarta ex posi. Auer.

lud quòd mouetur ab eo generari, aut transmutari aliquo modo transmutationis, nisi secundū motum in loco, & cum hic fuerit motū æternum, hic est motus æternus. Et maxime cū adiunctum fuerit his duabus propositionibus, hoc quod apparet sensui. s. quòd omnes motus reducūtur ad motum localē, quòd iste motus est prior eis naturaliter. Et bene pōt hoc apparere generaliter. s. hic esse trāsmutationem continuā necessario, quoniā cum necesse est hic esse transmutationem primā naturaliter, & est impossibile transmutationem primam naturaliter esse in tempore nouam. Necesse est hic esse unam transmutationem continuam quæ est causa in hoc quod ante omnem transmutationem est transmutatio.

Digreßio super tex. 23.

DICAMUS igitur quod non est in motu continuo. Et omne hoc negat intellecta prima & contradixit huic opinioni secundum dialecticam. ut declararet ex eo intentionem quæ non erat nota, & est quòd non est hic motus continuus in rei ueritate, nisi motus localis, qui est uelocißimus motuum. Et hoc est ita, quia illud quod augmentatur. u. g. digitaliter in uno anno, non possumus dicere quòd in qualibet parte temporis demonstrata inueniamus partem magnitudinis fieri, sicut accidit hic in motu in ubi. Et causa in hoc est, quia minima partium magnitudinis factarum est determinata in intellectu in

actu, & quælibet earum sit in instanti, cum sit indiuisibilis in factione. Vnde necesse est ut istæ partes non continuentur in motu, nisi continuentur instantiam adinuicem. Et *etiam non possumus diuidere istas partes secundum numerum partium temporis sensibilium, ita quòd generatio istarum partium continuetur per continuationem partium temporis, in quo dicimus rem augeri digitaliter, scilicet ut sint non distinctæ abinuicem.* Non *enim potest aliquis fingere hic esse partes quæ fiunt in actu non distincte abinuicem, quarum esse non compræhenditur à sensu. Terminus enim entis in actu est, ut sit tangibile, cum sit impoßibile inuenire corpus non tangibile, & omne tangibile compræhenditur per sensum tactus, ergo omne ens in actu est compræhensibile *.* Et *cum ita sit sicut narrauimus, bene apparet quòd illud quod dixit* Alpharabius *in principio sui libri de entibus transmutabilibus, scilicet quòd de diffinitione motus in uniuersali apparet continuatio, est sermo non uerus.* Sed *non apparet hoc nisi in motibus localibus, de quibus dicitur hoc nomen motus principaliter.* In *alijs autem motibus, in quibusdam est poßibile ut appareat continuatio, scilicet ut partes eorum inueniantur indistinctæ abinuicem, & in quibusdam non apparet hoc, quia partes eorum non inueniuntur secundum illum modum.* Et *similiter illud quod dicit* Alpharabius *in prædicamentis*

* a.l. tangibile.

de diffinitione eius quod est agere & pati, non est uerum. Ex illa.n. diffinitione apparet quòd omnis actio & passio est continua, per illud in quo attribuitur illa res actioni & passioni.

Documentum super tex. 31.

ET intendebat declarare ex hoc sermone, quòd motus corporum naturalium in loco est in rei ueritate ab eo quod generat ipsa, sicut alia accidentia quæ inueniuntur generari in re per generationem ipsius. Et quòd ista sunt magis digniora esse de numero eorum quæ mouentur ab extrinseco, quàm de numero eorum quæ mouentur per principium in eis, & quòd nulla est contradictio in eis in ponendo illa moueri naturaliter ab extrinseco, cum plura generabilium naturalium generentur naturaliter ex extrinseco. Et cum declarauit in istis quòd necesse est ut numerentur in eis quæ mouentur ex extrinseco, & iã posuit ea moueri naturaliter, declarauit secundum quot modos dicitur in eis moueri naturaliter, cum eo quod mouetur ex extrinseco, cum apparet in primo aspectu, quòd omne motum ex extrinseco mouetur uiolente.

Digressio super tex. 33 contra Themistium.

ET existimatur quòd capitulum prædictum ante proximum intendit quòd Arist. intendit per ipsum quòd omne motum habet motorem. Et ideo dimisit Themistius declarationem eius quæ est in principio septimi, & contentus est hac de-

claratione hic, et opinatus est eam esse magis certam quàm primam, cum illa quæ illic est signum, ista autem existimatur esse inductio. Et *uidetur quòd inductio non sufficit in hoc, & maxime apud ponentes hic esse aliquid quod mouet se, sicut ponit* Plato. Et *uidetur mihi quòd ipse intēdit per hāc declarationem hic dissoluere quæstionem accidentem in propositione dicente, quòd omne motum habet motorem ex motibus simplicibus.* Ista *enim apparent moueri per se, cum fuerint extra sua loca naturalia, & sunt simplicia nō diuisibilia scilicet quòd motor in eis est ipsum motum.* Ista *igitur quia faciunt dubitare in hac quæstione secundum quòd Arist. dixit in principio septimi, ideo incepit illic demonstrare hanc propositionem scilicet quòd omne motum habet motorem, sed non dissoluit illic quæstionem accidentem in eis ex his simplicibus.* In *hoc autem loco dissoluit illam quæstionem et declarauit, quòd ista mouentur ab extrinseco, & quòd non mouentur ex se, nisi per accidens, & si compleuit sermonem suum in hoc quòd omne motum mouetur ab aliquo, & ipse post perfectè perscrutabitur de hoc scilicet declarando. quòd impossibile est ut aliquid moueat se.*

Quæsitum super tex. 35. an uentus ex se moueatur, uel ex alio.

ET *potest aliquis quærere de uento, utrum sit de numero eorum quæ mouentur ex se, aut de*

ueat se. Aut ut utraq; pars moueat utranq;. Aut ut pars moueat totum. Aut ut totum moueat partem. Et ducunt ad incõueniens in omnibus eis eadem uia. Et est, quia motor est ipsum motum. Dicunt enim quòd si totum mouet totũ, erit mouens idem cum moto, quod est impoßibile. Et si pars mouerit totum, tunc eadem pars erit in eo motor & motum. Et similiter si utraque pars mouerit utranq; partem, utraq; earum mouebit se, non enim est differentia inter hoc quòd aliquid moueat se cum medio, aut sine medio. Et similiter dicũt si totum mouerit partem, sequitur ut totum moueat se. Et totum hoc est error & deceptio. Primo enim decipiuntur peccantes in hoc quòd existimant, quòd diuisio qua utitur in hac declaratione est diuisio in contradicentibus, & quòd demonstratio complebitur quando quatuor cõtradicentia destruentur, & remanebit quintum, quod est, quòd motum ex se componitur ex motore nõ moto, quòd nõ est corpus, & ex motore quod est corpus. Et non est sicut existimauerunt. Quoniam cum posuerimus quòd impoßibile est, ut motum sit ipse motor, tunc necesse erit ut motum ex se diuidatur in duas partes, scilicet in motorem qui non mouetur, & rem quæ mouetur tantummodo. Sed quia Arist. uidit quòd sunt hic alij modi ab his duobus modis, & potest aliquis existimare quòd motum ex se forte est secundum aliquem eorum, incipit destruere eos ad confirman-

Primus error eorum.

quòd totum mouet partem essentialiter. Non igitur utendum istis modis donec diuidantur secundum esse essentialiter & accidētaliter, sicut fecit Aristo. Sed hoc non fecit in his duobus modis, neq; habuit curam de eis, cum nullus existimet in primo moto ex se quòd pars illius mouet totũ, aut quòd totum mouet partem, cum pars mouens debet distingui à parte mota secundũ esse, aut secundum diffinitionem. Et cum ita fuerit, tunc motum ex se diuidetur in duas partes, in motum ex se, & motum à motore ex se, & tunc non imaginabitur quòd pars mouet totum, aut quòd totũ mouet partem, nisi per accidens. Et quia isti duo modi qui sunt per accidens sunt manifesti non habuit curã de eis Arist. sed habuit curam destruere eos in quibus non bene apparet eos esse per accidens, sicut fecit in partibus quæ mouent se adinuicem, & in ponendo quòd quælibet pars mouet se, in quo dixit, quòd si motum ex se fuerit tale, continget ut illæ partes mouēt se, aut per se, aut per accidens.

Aristo. igitur non utitur istis modis, nisi in eis in quibus latet eos esse per accidens, & sunt illi modi de quibus potest aliquis existimare quòd aliquis eorum in eo quod est motũ per se. De eis autem de quibus apparet accidentalitas non habuit curam Aristo. & sunt quòd totum mouet partem, aut quòd pars mouet totum. Si igitur aliquis dixerit quòd Arist. debet destruere istos modos, scilicet totum mouere partem, & partem mouere to Dubium.

tum, secundum quòd sunt per se, aut per accidens. Dicemus ad hoc quòd Aristo. dimisit eos propter hoc quòd accidentalitas est manifesta in eis, & non uoluit destruere nisi eos in quibus accidentalitas non est manifesta per se, cum hoc, sicut diximus quòd nullus existimat, ut motum ex se fit tale, scilicet de eis in quibus accidentalitas est manifesta per se.

Solutio

Documentum super tex. 46.

QVONIAM autē ista sunt perpetue generationis & corruptionis, manifestum est propter hoc quod declaratum est hic, & est quòd est hic motus primus æternus qui continet totum. Et hoc apparet etiam per se, quoniam si esset possibile, ut homo generaretur à non semine hominis, tūc de necessitate ille homo diceretur homo æqui uoce cum isto homine. Quoniam quando materia fuerit diuersa diuersabitur, & forma, & si non, non essent hic materiæ propriæ, neq; formæ pro priæ, & tunc quodlibet generaretur à quolibet et ex quolibet. Et tunc uniuersaliter materiæ essent ociosæ & superfluæ. Quoniam si esset possibile ut homo generaretur à terra, sicut uermis, tunc aut esset necessarium, aut in maiori parte, aut in minori parte. Et si esset necessarium, tunc ho mo non generaretur ab homine omnino. Et si esset in maiori parte, tunc homo generaretur ab homine, in minori parte. Et sic hoc esset casualiter. Sed si hoc esset in minori parte, scilicet ca-

Primaréc

ſu. Tunc eadem ſpecies inueniretur natura & caſu. Et quod fit caſu, ſemper eſt oppoſitum ei quod fit natura. Et etiam ſi ita eſſet, tunc comparatio & reſpectus cauſarum ad cauſata non eſſet, & ſic auferretur natura neceſſarij. Et etiam declaratum eſt quòd illud quod fit caſu, fit à cauſis inuentis propter aliquam cauſam naturalem et in maiori parte quando impediuntur ab inueniendo cauſatum ab eis, quod eſt innatum fieri ab eis. Et cum ita ſit, neceſſe eſt ſi homo generaretur caſu ut generetur à cauſis quæ fuerunt propter aliquam ſpeciem & impediebantur à generatione illius ſpeciei. Et ideo cauſæ eius quod eſt caſu non ſunt terminatæ. Et cum ita ſit, eſſet poßibile, ut homo generatur ex ſemine aſini, aut ſemine æqui, & uniuerſaliter ex ĩfinitis materijs. Et ideo nulla ſpecies inuenitur caſu. Sed illa quæ inueniuntur caſu ſunt monſtruoſa non naturalia. Et totum hoc manifeſtum eſt per ſe. Sed diximus iſta contra negantes hoc eſſe manifeſtum per ſe, ſicut Auicennam, qui dicit poßibile eſſe hominem generari à terra, ſed conuenientius in matrice; et iſte ſermo ab homine qui dat ſe ſcientiæ eſt ualde fatuus. Si igitur dicatur quòd non apparet ex iſtis generabilibus quòd ſunt æterna niſi ſecũdum præteritũ, et demonſtratio non complebitur niſi ponantur æterna in præterito, & in futuro.

Secũda rõ.

Tertia ratio. 2. phy. t. cõ. 48.

Dubium.

Dicemus ad hoc quoniam cum declaratum ſit, quòd impoßibile eſt ut deficiant in præterito infi

nito, declarabitur quòd est impoßibile in eis, ut deficiant in futuro. Quoniam si deficerent in futuro deficerent in præterito infinito. Quoniam illud in quo est potentia infinita nō est determinatum magis ad unum tempus quàm ad aliud, et si deficerēt in præterito non essent nunc, ergo impoßibile est ut deficiant omnino.

Obiectio. Si igitur aliquis dixerit quòd cum declaratum sit de natura istorum quæ nunquam deficiunt genere quod indigent motore, & moto quæ non deficiunt secundum indiuiduum. Et si indigent hoc de neceßitate, quomodo?

Solutio. Dicamus ad hoc quòd ista indigēt motore extrinseco ut largiatur eis esse ne dum perpetuitatem, quoniam si ista nō haberent causam primam in motu, tunc non essent, & si essent, esset poßibile ut deficerent, quoniam quædam essent tunc causæ quorūdam per accidens, & quòd est per accidens non est semper necessarium.

Dubium. Quomodo autem indigent de neceßitate motore ex se extrinseco qui semper moueat, aut qui continet totum?

Solutio. Dicamus quòd mota nō generabilia manifestum est quòd indigent apud generationem moto ex se. Generatio enim in eis non est ex seipsis. s. quòd quia quædam non generant quædam, & ideo esse istorum non fuit perpetuum. In generabilibus autem generans propinquum est in ipsis, et ideo fuit æternum, scilicet quòd quia generans in istis non dat nisi principium generationis. D. dimittit generabile quousq; perficiatur sua generatio, ne-

cesse est ut sit hic complens illud generatum ex se per principium quod est in eo, & conseruans ipsum, & hoc erit largiendo calorem similem calori quem largitus est primus generans. Aut conseruādo illum calorem per quem generatum fuit generatum ex se: Quoniam quemadmodum motũ in loco hic ex se indiget motore extrinseco ita est in generabilibus ex se. Et cum ita sit, necesse est ut non compleatur generatio alicuius eorum quæ generant se, nisi sit illic generans extrinsecũ præter generans propinquum, quod est in ipso generato per quod generatum fuit ex se. s. quod dedit principium generandi. Et quia generans extrinsecum est alterans necessario, necesse est secundum quòd sequitur, ut alteratio eius sit alteratio temperata, scilicet similis calori naturali per quem completur illud ens. Et necesse est ut alterans cum alterato nō sit in eodem situ in toto tempore crementi, sed quandoq; appropinquatur ei, & quandoq; remouetur ab eo, ita quòd generatum acquirat ex hoc unum calorem in forma in toto tempore sui crementi. Et cum ita sit necesse est ut alterans appropinquetur quandoq; alterato & remoueatur quandoq; ab alterato. Et cum ita sit erit motum in loco. Et omne motum in loco reducitur necessario ad motum ex se, ergo necesse est ut extra ista generabilia sit motum ex se, aut unum, aut plura uno, quod semper mouet. Et non sequitur ex hoc tantum, ut appropinque-

tur et remoueatur, sed et secundum quòd agit duo contraria insimul, scilicet generationem & corruptionem. Cum igitur declaratum sit quòd ista indigēt in sua generatione moto ex se extrinseco, & posuerimus quòd generatio istorum est æterna, necesse est, ut istud motum ex se quod est necessarium in generatione eorum & corruptione, ut sint æternæ ut sit semper, & si non indigent motore priori ipso, & sic in infinitum. Et cum declarauit hoc iterauit ipsum ad rememorationem, & dixit.

Documentum super tex.47.

ET nos iam declarauimus modus continentiæ quem innuit. Et non dimisit ipsum non distinctum ut mihi uidetur, nisi quia manifestum est per se, quòd si ista mota ex se generabilia & corruptibilia non essent determinata, & continuata à motibus corporum cœlestium non essent, ne dum ut continuaretur esse in eis. Et ideo si positum fuerit totum generari, contingeret ut esset pars alterius mūdi. Et modus generationis istorum quæ mouent se adinuicem per accidens est. Quia sunt quasi instrumenta per quæ mouent corpora cœlestia, scilicet quòd homo nō dat in generatione hominis, nisi illud quod est quasi instrumentum, & corpora cœlestia sunt quasi artifex. et uirtutes informatiuæ quas uocat Aristot. uirtutes animæ in libro de animalibus, fiunt etiam à corporibus cœlestibus. Et tu bene scis quòd non de necessita-

Primum.

Secūdum.

Tertium.

te debet instrumentum esse infinitum, sed necesse est si fuerit hic artifex qui operatur per instrumēta generabilia & corruptibilia semper, ut sint hic instrumenta infinita, & etiam quando Sor. *generat* Platonem, & Plato Ciceronem, *tunc* Pla*to nō generat* Ciceronem *propter generationem eius ex* Sor. *sed propter uoluntatem eius, scilicet quia proijcere uoluit semen in illam feminā.* Sor. *enim generare* Ciceronem *est per accidens.* Er*go illud quod loquentes nostræ legis existimauerunt esse impoßibile, iam apparuit esse necessarium, & errauerunt in hoc, quia acceperunt illud quod est essentialiter loco eius quod est accidentaliter, & existimauerunt esse impoßibile illud quod non est impoßibile, scilicet quòd causas esse infinitas est impoßibile essentialiter & poßibile accidentaliter.* Quartum.

Documenta super tex. 51.

ET *debes scire quòd hoc non est, sicut traslatio partis cum trāslatione totius, sed sicut albedinis cum trāslatione subiecti. Cum sit declaratum quòd iste motor nō est corpus, cum moueat et nō moueatur, & ideo dixit, & quòd est in uniuerso motor, conseruando se à partibus quæ sunt in corpore, licet hic & ille moueantur per accidens.* Primum. Secundum.

Et *debes scire quòd non intendebat quòd motus eius qui est per accidens, scilicet motoris qui non mouetur in animali à causis extrinsecis, est motus eius in loco propter motum sui subiecti .s.*

corporis. Sed intendebat quòd motus eius à causis extrinsecis propter motũ sui subiecti ab eis nõ in loco .s. ut augmentetur aut alteretur, est sicut motus eius in loco à motu sui subiecti scilicet corporis. Videtur enim quòd manifestũ est hic quòd omnis motor in subiecto mouetur per accidens propter motum sui subiecti deferentis ipsum .s. in loco. Vtrum autem omne quòd mouetur in

Tertium. *loco per suum subiectum transmutetur per transmutationem sui subiecti, scilicet transmutatione alteratiua, non transmutatione in loco, nondũ est declaratum. Cum enim hoc fuerit declaratum, declarabitur quòd si illud nõ transmutabitur ab extrinseco, non mouebitur ex motu sui subiecti in loco, licet appareat ex uerbis Arist. futuris, quòd ipse ponet quod omne quòd non transmutatur ab extrinseco per accidens non mouetur ex suo cor*

Quartum. *pore per accidens, ut patebit post. Et forte Aristo. tacuit complementum demonstrationis quam intẽdit hic, quoniam est manifestum, quoniam cum uerificatum fuerit ex hoc quòd omne motum ex se, quòd quiescit quandoq;, & mouetur quandoque, mouetur ab extrinseco. Et est declaratum quòd primum motum ex se nihil est extra ipsum; sequitur manifeste in secunda figura quòd primum motum ex se non quiescit omnino. Et erit ista demonstratio alia à prædictis, quoniam illud quòd hunc sequitur sermonem quòd apparet esse complementum istius*

demonstrationis idem apparet cum demonstratione prædicta, & patet ex suis uerbis in principio istius capituli ipsam esse aliam demonstrationem à prædicta.

Quæsitum super tex. 57. Quomodo generatio præcedit alterationem & augmentum.

ET considerandum est quomodo generatio præcedit istos motus? Omne enim quòd generatur secundum opinionem Aristo. necesse est ut alteretur. Et ex hoc existimatur quòd alteratio præcedit generationem. Sed quam nos uidemus quòd omne quòd alteratur ante fuit generatum, ex hoc existimatur quòd dispositio in istis est circularis, & quòd neuter istorum motuum præcedit alterum. Quomodo igitur dixit Aristo. quòd generatio præcedit alios motus præter localem? & * in augmento, & diminutione, & corruptione manifestum est eos esse posteriores generatione. Et quia etiam non inuenitur in istis proprium prioris secundum naturam, omne enim generabile est augmentabile, & diminuibile, & corruptibile, & omne augumentabile, aut corruptibile, aut diminuibile, est generabile. Dicamus igitur quòd consideratio prioris & posterioris in hoc loco est, sicut consideratio prioritatis & posterioritatis in prædicamentis in quibus est motus. Substantia enim quia est prior naturaliter cæteris prædicamentis ipsum cum aufertur, auferuntur alia prædicamenta, & cum fuerit, non

a.l. quoniã.

Solutio.

sequitur, ut sint alia prædicamēta secundum quòd substātia est prior eis (et si sequitur ut sint in substantia ex natura materiæ, & præcipue natura quantitatis) manifestum est quòd uia ad esse substantiæ est prior uia ad esse aliorum prædicamē torum. Et intelligo per uiam motum generationis uniuscuiuslibet prædicamentorum, secundum igitur hunc modum dixit Aristo. quòd motus generationis præcedit alios motus, & quòd motus alterationis præcedit generationem per accidēs, scilicet secundum quòd formæ elementorum sunt qualitates, aut qualitates sequūtur eas. Et cū posuit quòd motus generationis præcedit alia prædicamenta; dixit, & si generatio non est prior translatione etc. idest & cum generatio est prior cæteris motibus, & translatio est prior generatione; manifestum est quòd nullus modorum motus est prior translatione.

Quæstio super tex. 65. an uti sermone in declaratione eius quod est sensui manifestum sit superfluum.

ET quæret aliquis si sit manifestū sensui quòd omne motum quod reflectitur quiescit, tunc uti sermone in declaratione eius est superfluū. Dicamus igitur ad hoc, quòd hoc quod apparet sensui est testimoniū illius quod apparet rationi, sed illud quod apparet sensui non sufficit in hoc quòd omne tale motum quiescit, cum non sit remotum quòd plura talia mota sint, quorum quies nō com

Solutio prima.

prehenditur sensu. Et sic esset poßibile existimare ipsa non quiescere. Cũ igitur causa fuerit data in hoc. s. causa faciens quietem, tunc declarabitur quòd omne tale motũ quiescit necessario. Et possumus dicere quòd sensus sufficit in hoc, scilicet in esse, & præcipue hoc quod apparet quòd duo mota æqualis uelocitatis quando alterum mouetur reflectendo, & alterum recte, apparet sensui quòd rectum incedit uelocius, ut post dicet Aristo. Et secundũ hoc ratio data hic erat causa in hoc esse tantũ, & sic scientia huius erit magis certa, quoniam scire aliquid esse cum sua causa erit certior scientia quæ est in sensu tantum. secunda. Ex hoc patet quid sit demõstratio causæ tãtũ. Vide ꝑ hoc 2. ce. c. 35.

Obiectio super tex. 68.

SED quæritur hic, quoniam cum motum diuiserit magnitudinem in duas medietates in actu quiescendo in ea, deinde diuiserit illam medietatẽ in duas medietates quiescendo etiã, tunc sequitur etiã si medietates sunt infinitæ, quòd motũ nunquã perueniet ad extremum magnitudinis, sed peruenit. ergo magnitudo non diuiditur in magnitudines infinitas. Quoniã si diuiditur, tũc quæstio Zenonis remanet, sicut dicunt quidã nostri socij. Et responsio (ut mihi uidetur) in hoc est, quòd motum antequàm diuidat magnitudinem in duas medietates diuidit illam medietatem in partes æquales in potentia, & sunt æquales sibi, unde necesse est ut magnitudo consumatur per hanc diuisionem, ut declaratum est, quoniam cum diuiserit me- Solutio.

tum, secundum quòd sunt per se, aut per accidens. Dicemus ad hoc quòd Aristo. dimisit eos propter hoc quòd accidentalitas est manifesta in eis, & non uoluit destruere nisi eos in quibus accidentalitas non est manifesta per se, cum hoc, sicut diximus quòd nullus existimat, ut motum ex se sit tale, scilicet de eis in quibus accidentalitas est manifesta per se.

Solutio.

Documentum super tex. 46.

QVONIAM autē ista sunt perpetue generationis & corruptionis, manifestum est propter hoc quod declaratum est hic, & est quòd est hic motus primus æternus qui continet totum. Et hoc apparet etiam per se, quoniam si esset possibile, ut homo generaretur à non semine hominis, tūc de necessitate ille homo diceretur homo æqui uoce cum isto homine. Quoniam quando materia fuerit diuersa diuersabitur, & forma, & si non, non essent hic materiæ propriæ, neq; formæ propriæ, & tunc quodlibet generaretur à quolibet et ex quolibet. Et tunc uniuersaliter materiæ essent ociosæ & superfluæ. Quoniam si esset possibile ut homo generaretur à terra, sicut uermis, tunc aut esset necessarium, aut in maiori parte, aut in minori parte. Et si esset necessarium, tunc homo non generaretur ab homine omnino. Et si esset in maiori parte, tunc homo generaretur ab homine, in minori parte. Et sic hoc esset causaliter. Sed si hoc esset in minori parte, scilicet ca-

Prima rōc

su. Tunc eadem species inueniretur natura & casu. Et quod fit casu, semper est oppositum ei quod fit natura. Et etiam si ita esset, tunc comparatio & respectus causarum ad causata non esset, & sic auferretur natura necessarij. Et etiam declaratum est quòd illud quod fit casu, fit à causis inuentis propter aliquam causam naturalem et in maiori parte quando impediuntur ab inueniendo causatum ab eis, quod est innatum fieri ab eis. Et cum ita sit, necesse est si homo generaretur casu ut generetur à causis quæ fuerunt propter aliquam speciem & impediebantur à generatione illius speciei. Et ideo causæ eius quod est casu non sunt terminatæ. Et cum ita sit, esset poßibile, ut homo generatur ex semine asini, aut semine equi, & uniuersaliter ex īfinitis materijs. Et ideo nulla species inuenitur casu. Sed illa quæ inueniuntur casu sunt monstruosa non naturalia. Et totum hoc manifestum est per se. Sed diximus ista contra negantes hoc esse manifestum per se, sicut Auicennam, qui dicit poßibile esse hominem generari à terra, sed conuenientius in matrice; et iste sermo ab homine qui dat se scientiæ est ualde fatuus. Si igitur dicatur quòd non apparet ex istis generabilibus quòd sunt æterna nisi secūdum præteritū, et demonstratio non complebitur nisi ponantur æterna in præterito, & in futuro.

Secūda rō. Tertia ratio. 2. phy. t. cō. 48. Dubium.

Dicemus ad hoc quoniam cum declaratum sit, quòd impoßibile est ut deficiant in præterito infi-

cesse est ut sit hic complens illud generatum ex se per principium quod est in eo, & conseruans ipsum, & hoc erit largiendo calorem similem calori quem largitus est primus generans. Aut conseruãdo illum calorem per quem generatum fuit generatum ex se: Quoniam quemadmodum motũ in loco hic ex se indiget motore extrinseco ita est in generabilibus ex se. Et cum ita sit, necesse est ut non compleatur generatio alicuius eorum quæ generant se, nisi sit illic generans extrinsecũ præter generans propinquum, quod est in ipso generato per quod generatum fuit ex se. s. quod dedit principium generandi. Et quia generans extrinsecum est alterans necessario, necesse est secundum quòd sequitur, ut alteratio eius sit alteratio temperata, scilicet similis calori naturali per quem completur illud ens. Et necesse est ut alterans cum alterato nõ sit in eodem situ in toto tempore crementi, sed quandoq; appropinquatur ei, & quandoq; remouetur ab eo, ita quòd generatum acquirat ex hoc unum calorem in forma in toto tempore sui crementi. Et cum ita sit necesse est ut alterans appropinquetur quandoq; alterato & remoueatur quandoq; ab alterato. Et cum ita sit erit motum in loco. Et omne motum in loco reducitur necessario ad motum ex se, ergo necesse est ut extra ista generabilia sit motum ex se, aut unum, aut plura uno, quod semper mouet. Et non sequitur ex hoc tantum, ut appropinque-

tur et remoueatur, sed et secundum quòd agit duo contraria insimul, scilicet generationem & corruptionem. Cum igitur declaratum sit quòd ista indigēt in sua generatione moto ex se extrinseco, & posuerimus quòd generatio istorum est æterna, necesse est, ut istud motum ex se quod est necessarium in generatione eorum & corruptione, ut sint æternæ ut sit semper, & si non indigent motore priori ipso, & sic in infinitum. Et *cum declarauit hoc iterauit ipsum ad rememorationem, & dixit.*

Documentum *super tex.*47.

Primum. ET *nos iam declarauimus modus continentiæ quem innuit.* Et *non dimisit ipsum non distinctum ut mihi uidetur, nisi quia manifestum est per se, quòd si ista mota ex se generabilia & corruptibilia non essent determinata, & continuata à motibus corporum cœlestium non essent, ne dum ut continuaretur esse in eis.* Et *ideo si positum fuerit totum generari, contingeret ut esset pars alterius mūdi.* Et *modus generationis istorum quæ mouent se adinuicem per accidens est.* Q*uia sunt quasi instrumenta per quæ mouent corpora cœlestia, scilicet quòd homo nō dat in generatione hominis, nisi illud quod est quasi instrumentum, & corpora cœlestia sunt quasi artifex. et uirtutes informatiuæ quas uocat* Aristot. *uirtutes animæ in libro de animalibus, fiunt etiam à corporibus cœlestibus.* Et *tu bene scis quòd non de necessita-*

Secūdum.

Tertium.

te debet instrumentum esse infinitum, sed necesse est si fuerit hic artifex qui operatur per instrumēta generabilia & corruptibilia semper, ut sint hic instrumenta infinita, & etiam quando Sor. generat Platonem, & Plato Ciceronem, tunc Plato nō generat Ciceronem propter generationem eius ex Sor. sed propter uoluntatem eius, scilicet quia proijcere uoluit semen in illam feminā. Sor. enim generare Ciceronem est per accidens. Ergo illud quod loquentes nostræ legis existimauerunt esse impossibile, iam apparuit esse necessarium, & errauerunt in hoc, quia acceperunt illud quod est essentialiter loco eius quod est accidentaliter, & existimauerunt esse impossibile illud quod non est impossibile, scilicet quòd causas esse infinitas est impossibile essentialiter & possibile accidentaliter. Quartum.

Documenta super tex. 51.

ET *debes scire quòd hoc non est, sicut traslatio partis cum trāslatione totius, sed sicut albedinis cum trāslatione subiecti. Cum sit declaratum quòd iste motor nō est corpus, cum moueat et nō moueatur, & ideo dixit, & quòd est in uniuerso motor, conseruando se à partibus quæ sunt in corpore, licet hic & ille moueantur per accidens.* Primum.

Et debes scire quòd non intendebat quòd motus eius qui est per accidens, scilicet motoris qui non mouetur in animali à causis extrinsecis, est motus eius in loco propter motum sui subiecti .s. Secundum.

corporis. Sed intendebat quòd motus eius à causis extrinsecis propter motũ sui subiecti ab eis nõ in loco .s. ut augmentetur aut alteretur, est sicut motus eius in loco à motu sui subiecti scilicet corporis. Videtur enim quòd manifestũ est hic quòd omnis motor in subiecto mouetur per accidens propter motum sui subiecti deferentis ipsum .s. in loco. Vtrum autem omne quòd mouetur in

Tertium. loco per suum subiectum transmutetur per transmutationem sui subiecti, scilicet transmutatione alteratiua, non transmutatione in loco, nondũ est declaratum. Cum enim hoc fuerit declaratum, declarabitur quòd si illud nõ transmutabitur ab extrinseco, non mouebitur ex motu sui subiecti in loco, licet appareat ex uerbis Arist. futuris, quòd ipse ponet quod omne quòd non transmutatur ab extrinseco per accidens non mouetur ex suo cor

Quartum. pore per accidens, ut patebit post. Et forte Aristo. tacuit complementum demonstrationis quam intẽdit hic, quoniam est manifestum, quoniam cum uerificatum fuerit ex hoc quòd omne motum ex se, quòd quiescit quandoq;, & mouetur quandoque, mouetur ab extrinseco. Et est declaratum quòd primum motum ex se nihil est extra ipsum, sequitur manifeste in secunda figura quòd primum motum ex se non quiescit omnino. Et erit ista demonstratio alia à prædictis, quoniam illud quòd hunc sequitur sermonem quòd apparet esse complementum istius

demonstrationis idem apparet cum demonstratione prædicta, & patet ex suis uerbis in principio istius capituli ipsam esse aliam demonstrationem à prædicta.

Quæsitum super tex. 57. Quomodo generatio præcedit alterationem & augmentum.

ET *considerandum est quomodo generatio præcedit istos motus? Omne enim quòd generatur secundum opinionem* Aristo. *necesse est ut alteretur.* Et *ex hoc existimatur quòd alteratio præcedit generationem. Sed quam nos uidemus quòd omne quòd alteratur ante fuit generatum, ex hoc existimatur quòd dispositio in istis est circularis, & quòd neuter istorum motuum præcedit alterum. Quomodo igitur dixit* Aristo. *quòd generatio præcedit alios motus præter localem? & *in augmento, & diminutione, & corruptione manifestum est eos esse posteriores generatione.* Et *quia etiam non inuenitur in istis proprium prioris secundum naturam, omne enim generabile est augmentabile, & diminuibile, & corruptibile, & omne augumentabile, aut corruptibile, aut diminuibile, est generabile. Dicamus igitur quòd consideratio prioris & posterioris in hoc loco est, sicut consideratio prioritatis & posterioritatis in prædicamentis in quibus est motus. Substantia enim quia est prior naturaliter cæteris prædicamentis ipsum cum aufertur, auferuntur alia prædicamenta, & cum fuerit, non*

a.l. quoniã.

Solutio.

sequitur, ut sint alia prædicamẽta secundum quòd substãtia est prior eis (et si sequitur ut sint in substantia ex natura materiæ, & præcipue natura quantitatis) manifestum est quòd uia ad esse substantiæ est prior uia ad esse aliorum prædicamẽtorum. Et *intelligo per uiam motum generationis uniuscuiuslibet prædicamentorum, secundum igitur hunc modum dixit* Aristo. *quòd motus generationis præcedit alios motus, & quòd motus alterationis præcedit generationem per accidẽs, scilicet secundum quòd formæ elementorum sunt qualitates, aut qualitates sequũtur eas.* Et *cũ posuit quòd motus generationis præcedit alia prædicamenta, dixit, & si generatio non est prior translatione etc. idest & cum generatio est prior cæteris motibus, & translatio est prior generatione; manifestum est quòd nullus modorum motus est prior translatione.*

Quæstio super tex. 65. an uti sermone in declaratione eius quod est sensui manifestum sit superfluum.

ET *quæret aliquis si sit manifestũ sensui quòd omne motum quod reflectitur quiescit, tunc uti sermone in declaratione eius est superfluũ.* Di*camus igitur ad hoc, quòd hoc quod apparet sensui est testimoniũ illius quod apparet rationi, sed illud quod apparet sensui non sufficit in hoc quòd omne tale motum quiescit, cum non sit remotum quòd plura talia mota sint, quorum quies nõ com*

Solutio prima.

prǣhenditur sensu. Et *sic esset possibile existimare ipsa non quiescere. Cū igitur causa fuerit data in hoc .s. causa faciens quietem, tunc declarabitur quòd omne tale motū quiescit necessario.* Et *possumus dicere quòd sensus sufficit in hoc, scilicet in esse, & pręcipue hoc quod apparet quòd duo mota ęqualis uelocitatis quando alterum mouetur reflectendo, & alterum recte, apparet sensui quòd rectum incedit uelocius, ut post dicet.* Aristò. Et *secundū hoc ratio data hic erat causa in hoc esse tantū, & sic scientia huius erit magis certa, quoniam scire aliquid esse cum sua causa erit certior scientia quę est in sensu tantum.* secunda. Ex hoc patet quid sit demōstratio causę tātū. Vide ꝑ hoc 2. tex. c. 35.

Obiectio super tex. 68.

SED *quęritur hic, quoniam cum motum diuiserit magnitudinem in duas medietates in actu quiescendo in ea, deinde diuiserit illam medietatē in duas medietates quiescendo etiā, tunc sequitur etiā si medietates sunt infinitę, quòd motū nunquā perueniet ad extremum magnitudinis, sed peruenit. ergo magnitudo non diuiditur in magnitudines infinitas. Quoniā si diuiditur, tūc quęstio Zenonis remanet, sicut dicunt quidā nostri socij.* Et *responsio (ut mihi uidetur) in hoc est, quòd motum antequàm diuidat magnitudinem in duas medietates diuidit illam medietatem in partes ęquales in potentia, & sunt ęquales sibi, unde necesse est ut magnitudo consumatur per hanc diuisionem, ut declaratum est, quoniam cum diuiserit me-* Solutio.

dietates reſiduas diuidet etiam eas per hanc diui ſionem æqualem, & ſic conſumetur magnitudo neceſſario. Diuiſio igitur magnitudinis ſecundum medietas eſt diuiſione per accidens, et diuiſio quæ eſt ſecũdum medietates quæ non finiuntur, eſt diuiſio, cum qua coniungitur diuiſio quæ facit finitum in potentia, aut in nactu ſcilicet diuiſio quæ eſt ſecundum partes æquales. Iſta enim diuiſio conſumit magnitudinem, ſiue fuerit potentia, ſiue actu. Cum igitur diuiſio quæ conſumit magnitudinem fuerit coniuncta cum diuiſione quæ non conſumit ipſam accidet diuiſioni quæ non conſumit magnitudinem ut conſumet eam, & ideo accidit deceptio ex mixtione eius quod eſt per ſe, cum eo quod eſt per accidens, & hoc manifeſtum eſt fatenti ueritatem.

Digreſſio ſuper tex. 78.

SED notandum eſt quòd propoſitiones conditionales quas poſuit Ariſt. hic ſunt propoſitiones uerè de corpore cœleſti, cum poſuit quòd potentiæ motiuæ eius ſunt formæ in materia; quapropter actus eius non perficietur niſi iunctis partibus illius materiæ, ſecundum propinquitatem terminatam. In hoc autem quod eſt huiuſmodi potentia totius eſt maior potentia partis, & eſt diuiſibilis per diuiſionem partis materiæ. Si ergo partes materiæ fuerint finitæ, & potentia erit finita. ſi uero potentia ſit infinita, partes ſunt infinitæ; omne autem corpus eſt finitarum par-

Aliter quãtitatem.

tium, actio enim ipsius est finita, hæc omnia sequentur necessario ex hac positione scilicet quòd movens corpus cœleste est forma in materia, differt autem nihil, siue antecedens in eis posuerit * uerum aut falsum, omnis enim positio quæ exigit destructionem huius consequentiæ ueræ, est falsa, sicut omnes positio quæ exigit destructionem huius consequentiæ, si lapis uolat habet alas, est positio falsa, & si impossibile sit lapidem uolare. Similiter qui ponit in cœlo aliquam positionem ex qua sequitur destructio huius consequentiæ scilicet quòd si cœlum habeat partis differat à potentia totius, & si sit impossibile ipsum habere partes, nedum si posuerunt habere partes in actu, & quanto si magis est ponere ipsum esse possibile secundum quòd forma cœli est forma existens in materia. Amplius cum omne compositum ex materia & forma inuenimus ipsum habere actum finitum, diximus finitatem actionis prouenire, aut ex parte materiæ. Sed forma non potest dici finita. restat igitur quòd finitas est ex finitate materiæ. Et ideo si sit actio aliqua infinita, aut necesse est ipsam esse formæ in materia infinita, aut formæ non existentis in materia, quia aliter ea posita sequuntur inconuenientia quæ Aristo. intulit. Item omni formæ existenti in materia contingit diuisibilitas scilicet potentia diuidendi ex parte materiæ scilicet inest potentia diuisibilitas. Posita ergo aliqua forma cui nõ

a.l. fuerit.

Rõ prima Commen.

Secunda.

accidit diuiſibilitas hæc proculdubio non erit in materia, quod enim denudatũ eſt à compoſitione, & factum eſſe, eſt ſubſtantia una ſimplex, ſicut ſimplex huiuſmodi. Hæc enim propoſitio eſt conuertibilis, ſcilicet quod eſt ſimplex caret potentia & quod caret potentia eſt ſimplex, potentia enim eſt cauſa compoſitionis alicuius ex duabus ſubſtantijs, etiamſi illa ſubſtantia eſt una in actu, & ſi non eſt in potentia illa erit ſimplex, huiuſmodi autem ſunt corpora cœleſtia. Simplex autem ut declaratum eſt, non mouetur ex ſe, niſi quod mouet eſſet primũ quod mouetur, corpora ergo cœleſtia ſunt materiæ ſimplices, & formæ eorum ſunt formæ non in materijs. Habito ergo hoc patet eorum error qui obijciunt. Ariſto. quòd in corporibus cœleſtibus impoßibilis eſt diuiſibilitas quam Ariſtote. poſuit in ſua demonſtratione, quia eſt poßibilis in eis, in quantum poſita ſunt ipſa eſſe formas in materijs. Impoßibilis uerò inquantum ſunt ſimplicia, & formæ eorum non ſunt in materijs. Iſti ergo ſic ſe habent, ſicuti cum ſyllogiſmo ducenti ad inconueniens obijciunt illationem, aut quod ſequitur ex illatione eſſe uerum, & dicunt ſyllogiſmum peccare quod pluribus accidit modernis philoſophantibus, qui ſolis libris Auicẽ. contenti ſunt in ſua philoſophia, & maxime quia quæ uir ille tranſtulit ab Ariſto. in lib. ſuis uidentur eſſe demonſtrationes Ariſto. in prima facie, non ſunt autem in ueritate, unde

Contra dimittẽtes te. Ariſ. et inſequẽtes expoſitores.

Vide conſimile. 3. de anima. c. 30

libri

libri huius uiri potius faciunt à sapientia recedere quàm ipsam largiantur, & uniuersaliter dico hoc non solum Auicen. *proprium esse, sed & omni qui uisus est loqui de huiusmodi nō obseruans uiam* Aristote. *opinando in eis quæ intelliguntur in primo aspectu ipsa esse demonstrationes* Aristo. *sicut sæpius contingit* Galeno, *& mox incipit contradicere ei nesciens ipsimet in ueritate non contradicere.* Et *sicut accidit* Alpharabio *in hoc quòd opinatus est, quòd illa uia quam ipse* Aristo. *intendit ad æternitatem motus, est illa quam imposuit libro suo de entibus transmutabilibus.* Neq; *solum in hoc accidit huic uiro hoc cum* Aristo. *sed in arte demonstratiua in qua ipse incedit alia uia quàm* Aristo. *opinatus illam esse ueram, & est errans à scientia* Aristo. *& nos iam declarauimus hoc in commento nostro super posterioribus, & diximus quædam de huiusmodi in nostris quæstionibus.*

Digreßio super tex. 79.

IN *propositione autem assumpta hic qua dicitur quòd omnis corporis est potentia finita, dubitari potest utrum contineat corpus cœleste, aut non.* Si *enim continet corpus cœleste, tunc corporis cœlestis erit potētia finita, cuius autem est potentia finita, est corruptibile.* Dubium. 1. *Similiter dubitatur de propositione qua utitur in declaratione huius, quòd omnis corporis est potentia finita.* *s. dicitur quòd si esset potentia infinita contingeret* Dubium. 2.

quòd motus esset in instanti. Dicit enim aliquis,
a.l.cur. ut quid * Aristo.dicit consequens esse si potentia corporea habet actionem infinitam, ipsam agere non in tempore, & non est sequens si actio infinita sit potentiæ nõ corporeæ, quòd agat nõ in tempore?
Sol.primi. Prima quidem quæstio ualde difficilis est & multum scrupulosa.
Alexãder. Et Alexã. in quibusdam suis tractatibus respõdens: d. corpus cœleste adeptum fuisse æternitatem à suo motore qui nõ est in materia: secundum hoc ergo erit aliquid quod põt corrumpi, & tamen nunquam corrumpetur, & hæc Platonis est opinio, scilicet aliquid æternum esse, quod potest corrumpi: Arist. autem in fine primi libri de cœ. et mun. probauit impoßibile esse æternũ, cui insit potentia ad corruptionẽ.
Io. Grãma. ¶ Ioannes autem Gram. hanc sibi retinuit quæstionẽ cõtra Peripateticos in eo quod opinatur quòd mundus sit corruptibilis & generabilis. Et hæc dubitatio est fortior omnibus dubitationibus quæ
2.cœ.tex. cap.71. possunt accidere hic, Maxime cum Arist. expresse dicit in secundo de cœlo & mun. quòd cœli est potentia finita, ubi reddit causam quare nõ insunt in cœlo stellæ maiores his quæ insunt illi, si enim
Auicenna. dicit hoc etiam fatigaretur. Audiens autem Auicen. uerba hæc Arist. qui iam audierat uerba Alexan. opinatus est duplex esse necessarium, necessarium scilicet ex altero, & poßibile ex seipso, & necessarium ex se, necessarium quidem ex alio, ut cœlum, necessarium uero ex se, ut motores cœli.

Nos autem dicimus quòd ex ui uerborũ Arist. in hac demonstratione apparet quòd potentia locutionis passiua * . s. susceptiua motionis est finita, sicut enim actio infinita non est formæ in corpore, sic passio infinita non est formæ in corpore, scilicet composito ex materia & forma. Omnis enim forma est potentia finita, siue sit actiua, siue passiua, cum sit diuisibilis per diuisibilitatẽ corporis, & omne corpus sit finitũ. Et si posset esse quòd potẽtia in corpore cõposito ex materia & forma susciperet motionẽ in infinitum, tunc infinitũ esset maius infinito, idem enim corpus sensibile quanto maius fuerit, tanto tempus in quo suscipit motionem à suo motore erit maius. Si ergo aliquod corpus posuerimus huiusmodi. s. quòd susciperet motionem infinitam, tunc quòd maius est debet suscipere motionem longiori tempore, & sic infinitum superabit * infinitum, quod est impossibile. Ex hoc ergo patet corpus cœleste nõ componi ex materia & forma, & ipsum esse simplex, & quòd forma ipsius non habet subsistere per ipsum, & quòd ipsa est quæ mouet ipsum, & quòd in ipso non est forma materialis omnino. Dubitabit autem aliquis ex hoc quod dictũ est in lib. de cœlo & mundo, ipsum esse, neq; graue, neq; leue, & ipsum habere naturam quæ est huiusmodi, quod nos illic declarabimus. Et similiter declarabimus illic uerbum Arist. quo dixit cœlum habere potentiam finitã. Dupliciter enim potentiæ motiuæ possunt

Auerrois. Idem. 3. ca. de substãtia orbis.

a. l. actiua

a. l. suscipiet.

Obiectio.

Vide tertiũ cap. de substãtia orbis

dici infinitæ, aut quia actio earũ nunquàm cessat, aut quia motio earũ est tantæ uelocitatis quòd nõ inuenitur magis. s. quòd illud quod ab his mouetur, uelocius mouetur omni mobili. Quod autẽ aliqua potẽtia sit infinitæ motionis secundum hũc modũ impoßibile est, nisi motus posset fieri in instanti, scilicet quòd aliqua potentia sit quæ infinitam facit uelocitatẽ in ipsum quod mouetur. quanto enim maior fuerit motor, tanto motio eius erit uelocior. Motores igitur siue materiales fuerint siue non materiales secundum hunc modum conueniunt in hoc quòd motio eorum sit finita, unde corpora cœlestia excedunt seinuicem in uelocitate, quãuis motores eorum sint non in materia. Ergo secũdum hunc modum dixit cœli potentiã esse finitam, & quòd si inessent ipsi stellæ plures, aut maiores, aut destrueretur motus eius, aut tardaret, sed hoc diligẽtius manifestabitur in suo loco.

Solv. 2 quæ meliorẽ inde solutionẽ quære in. 3. c. de substãtia orbis. a. l. cur.

*Et hæc dubitatio est maxima dubitationũ quæ accidunt in hac scientia, & non mihi determinata nisi cum grandi labore, & in tempore uitæ meæ non modico. Ad secundam aũt quæstionem qua quæritur ut quòd * si posuerimus actionem infinitã in corpore, sequitur quòd motus sit nõ in tempore, & non sequitur si posuerimus actionem infinitam esse potentiæ non in corpore. sic respondentes dicimus, quòd si posuerimus actionem propriam * esse corporis, sequitur quòd insit ei potentia infinita, si autem posuerimus alicuius non corpo*

a. l. ppetuã.

ris, tunc potentia illius non potest dici finita, aut infinita. Finitum enim & infinitum solum de corporibus dici possunt, & sic sola actio illius dicetur infinita. Si autem potentiam infinitam posueris in corpore, sequitur quòd motio eius sit nō in tempore quod est impoßibile. Si uero illam posueris non in corpore, tunc non dicetur finitū aut infinitum, eo quòd non est in corpore. Non ergo sequitur quòd sit mouens nō in tempore, cum in his non potest intelligi una potentia maior alia, eo quòd non sunt corporeæ potentiæ. Maius enim & minus solius est quantitatis. Vnde si dixerimus potentias esse in corporibus, tunc actio earum erit proportionalis, scilicet quòd proportio potentiæ motiuæ ad potentiam motiuam est, sicut proportio uelocitatis motus ad uelocitatem. Existentibus autē non in corpore non est proportio, cum proportio solius est magnitudinis ad magnitudinem, uel eorum quæ insunt magnitudini, eo quòd insunt ei: & hæc manifesta sunt per se. Reuertamur ergo ad uerba Aristo.

Digreßio super tex. 22. de motu proiectorum.

ET hoc quod author dicit manifeste uidetur sensu in motu aquæ à lapide proiecto in illam. Videmus enim partem quæ sequitur lapidem moueri undiq;, deinde transfertur motus ab illa parte ad partem consequentem, deinde de illa ad aliam quousq; cesset. Partes uero aquæ non simul mouē

tur, ficut fimul mouentur partes figurati corporis, & hoc patet in circulis qui in aqua fiunt quãdo lapides cadunt in ea. Si igitur huius motus effet fimilis motui in rebus mobilibus terminabilibus, oporteret oẽs partes aeris et aquæ fimul moueri de primo usq; ad ultimum, & expelli in omnibus partibus mundi, intantum quòd in totum fieret inundatio, aut corpus intraret corpus, quod eft impoßibile. Sed hæc corpora ab extrinfecis recipiunt denfitatem et raritatem, & recipiendo denfitatem quafi recipiũt aliquam penetrationem in fuis partibus. Nam fi non reciperent penetrationem aliquam, oporteret etiam quòd motus eorum omnino fimul effet, ita quòd ultimus terminus mũdi expelleretur etiã, & fi iftæ partes perfecte penetrarent feinuicem, tunc non moueretur de aqua nifi quãtum poßidet corpus quod cecidit in illa. Eft igitur quafi medium inter effe fpirituale & corporale, fecundum ergo naturam fpiritus accidit in partibus aliqua penetratio, unde uidimus diuerfos motus nõ impediri à feinuicem in aqua, fecundum uero corporeitatem expellunt feinuicem. Ita quod ex eis duobus exiftimatur quod aer motus in eis eft qui transfertur per fe, & lapis proiectus de neceßitate transfertur per translationem illius partis quæ defert motum, & ceffat illa ceffante. Illa quidem pars non eft eadẽ, nec ille motus etiã fit fimul in pluribus partibus, fed fit quafi fucceßiue, & fecũdum translationem

de una parte in aliam, ut accidit eis in quibus calor transfertur de una parte in aliam. Et uniuersaliter motus sagittæ in aerē similis est multum motui nauis in unda, quæ portat eam, qui existimatur esse unus, cum sit motus successiuus per undationē quæ fit in aqua, et talis undatio fit in aere. Manifestum est ergo quòd causa huius quòd istæ partes non oēs simul mouētur est, penetratio quæ accidit eis inuicē, secundum enim hūc modum assimilatur ei qui mouetur ab initio spacij usq; ad finem, quod mouetur per se. Aqua enim & aer talem habent naturam quòd cum accipiunt principium mouendi ab alio, mouentur per se, secundum uero quòd illa penetratio non est uera, cum sit illic expulsatio accidit quòd motus expellentis & expulsi sunt simul. Causa autem huius omnino est, quia hæc corpora carent figura & termino, & multū uicinantur in natura naturæ materiei. Sic igitur debet intelligi motus horum simplicium humidorum, & quoniā differunt in hoc à siccis, et habētibus terminum et figurā.

Aer & aqua talē habēt naturā quòd cū accipiūt prīcipiū mouēdi ab alio mouētur p se. Cōsimile infra ca. 85. Et. 4. cœl. cap. 39.

CONTRADICTIONES, QVAS M. Antonius Zimarra nuper annotauit in dictis Aristo. librorũ de Physico auditu, cum solutionibus eiusdem.



Contradic. super tex. 4. primi li.

OMPOSITVM est notius apud sensum. ubi Cõmẽ. exponit indiuiduum demonstratum, sed uidetur contradictio, quia licet etiam Aristo. hoc afferat hic in textu, dum d. totum enim notius est apud sensum. & 2. de aĩa t. 60. scientia est uniuersalium, & sensus est singularium, tamen oppositum legitur apud Arist. in. 2. poster. in fine in illo capitul. (de principijs autem) ubi dicit quòd sensus est uniuersalis. & confirmatur per rationam demonstratiuã quam innuit Themistius ibidem, & Cõmen. eandẽ rationẽ adducit in. 2. de anima in te. cõ. 6.. quia sensus esset alicuius singularis tãquã obiecti adequati, tunc sequeretur quòd sensus non posset sentire nisi illud, ut si respectu uisus aliquis color demonstratus esset obiectum adequatum, accideret nullum alium colorem esse uisibilem à uisu præter illum demonstratum, quòd est absurdum. Et propter hoc Aristo. ubi supra animaduertens

ad hoc quòd modo dixi inquit, sensus est hominis non calliæ hominis. Ad formam igitur contradictionis dicitur quòd in. 2. de anima. & etiam hic Aristo. considerat sensum, ut est in actu secundo; & tūc est uerum quòd id quod sentitur est singulare, tamen ratio obiectalis ipsius sensus motiua, est natura communis, & ideo dixit quòd sensus est uniuersalis, licet sentire sit singularis. Sed tunc est difficultas, quomodo est differentia inter sensum & intellectum, si utriusq; obiectum est uniuersale. Nisi esset quòd obiectum intellectus est uniuersale in actu, quia est ipsa natura communis abstracta ab hic, et nunc, & uniuersaliter ab omnibus appenditijs materiæ uirtute intellectus agentis, cuius operatio est transferre res de ordine in ordinem, & facere de potentia intellectis actu intellecta. 3. de anima. cōmen. 18. sed obiectum uirtutis sensitiuæ coniuncta singularitati & appenditijs materiæ. Et ideo dixit Cōmē. 12. meta. cō. 14 quòd communitas quæ intelligitur in formis communibus extra animam est in potentia. Et ēt alia differentia inter intellectum & sensum, ut dicit The. quia intellectus primo intelligit uniuersale, & subinde intelligit singulare. 3. de anima tex. com. 9. sed sensus primo sentit singulare, & subinde sentit uniuersale, nam qui uidet hoc rubicundum, dicitur etiā rubicundū uidere, & qui uidet hunc hominē dicitur etiā hominē uidere &c.

ARISTO. Ibi ponit quòd conditiones Cōtradic. in

primo Phy. sup tex. 42 principiorum sunt quòd non fiunt ex alijs, ex hoc quòd sunt prima, & quòd non fiunt ex alterutris ex hoc quòd sunt cōtraria, et quòd omnia fiant ex eis, sed obuiabā quia forma fit ex materia, & priuatio etiam. Soluitur, litera translationis Arabicæ, quam fere omnes Latini imitantur, habet quòd Aristo. ibi probat prima principia sunt cōtraria; sed rei ueritas est quòd probat conuersam quòd prima contraria sunt principia. Et legunt Græci expositores, & tunc instantia nulla est, quia materia nulli est contraria, cùm sit ens in potentia, sed bene est subiectum contrariorum, sed unum contrarium non potest esse subiectum alterius. Si replicetur quòd illæ etiam sunt conditiones principiorum, & cum materia sit principium, adhuc argumentum stat in suo uigore. Dic, negando assumptum, quòd forma fit ex materia, sed formatum. 7. meta. tex. cōm. 26. & ibidem tex. cō. 27. necesse est omne quod fit diuisibile esse, & hoc esse hoc, et hoc hoc, dico autem hoc materiam, illud uero formam, unde ista forma fit, & priuatio fit ex materia sunt uere per accidens, de quibus scientia non cōsiderat etc. unde Cōmen. 12. meta. cōm. 18. scribit imaginatio super creationes formarum induxit homines dicere formas. i. ideas esse & datorē esse formarum quod dixit Auicen. primum autem fuit dictum propter Platonem.

Cōtradi. in pri. physi. su ARISTO. & Cōmen. primo physi. tex cō. 50. uolentes numerū principiorum secundum ue

ritatem inuestigare adducunt istam rationē, quia in omni genere est una cōtrarietas, substantia autem est unum genus; ubi Cōmē. d. quòd Arist. probat quòd principia non sunt infinita, quia cum in omni genere sit una contrarietas, et substantia sit unum genus, cuius principia sunt quæsita, cū substantia sit subiectum aliorum generum, necesse est ut contrarietas existens in principijs, sit una, & est contrarietas existens in substantia nedum ut sint infinita. Sed opponebā per authoritatem Philosophi primo de anima tex. cōmen. 78. ubi Commen. dicit Cōmen. quod impoßibile est substantiā elementum esse aliorum prædicamentorum, principia enim non substantiæ sunt non substantiæ. Amplius peccat etiā dictum Cōmen. in alio, quia. d. substantiæ elemēta inquiri, hoc autem falsum est; quia infra tex. cō. 57. Philosophus proponit se inuestigaturū prīcipia cuiuslibet generationis simpliciter, uidelicet tā generationis quæ est in substantia, quā generationis quæ est in accidentibus. Et ita Philosophus si uolebat inuestigare numerum principiorum debuit cōmunem contrarietatem decē prædicamentorum inuestigare, et nō illam quæ erat solum in prædicamento substantiæ. Ad hanc aūt secūdam dubitationem dicit Ammonius, & etiam Alexan. quod contrarietas in substantia primitus est. et eius principaliter principia quæruntur, in alijs uero est secundario. unde ens primo saluatur in substantia, & ideo prima per tex. 50

contrarietas saluatur in primo ente, in alijs autem secundo loco tanquàm in his quæ sunt ab uno, & ad unum. Ad contradictionē autem respondetur quod principia substantiæ sunt principia etiā cæterorum prædicamentorum, in genere causæ subiectiuæ siue materialis, ut dicit Cōmen. hic & 4 met. cōmen. 2. substantia est causa aliorum prædicamentorum, non secundum agens, neq; finem, sed quia est subiectum et materia eorum. Et ad authoritatem Cōmen. primo de anima. commen. 78. ubi habet quod substantia impossibile est ut sit elementum aliorum prædicamentorū, soluitur, quod bene uerum est loquendo de elemento proximo, sed fallit de elemento remoto. ista enim est determinatio Philosophi in . 12. primæ philosophiæ. ubi inuestigauit utrum eadem sint principia omnium prædicamentorū, & solutio est quod loquendo de principijs propinquis sunt diuersa, sed loquendo de remotis sunt eadem, quia principia substātiæ illo modo sunt principia cæterorum, ut etiā clare scribit ibi Cōmen. in commen. 22.

Cōtradi. in pri. physi. super tex. 54.

ARISTO. *primo met. tex. 13. uidetur dicere quod ponētes ignem esse principium conuenientius uidentur dixisse quàm ponētes unum ex reliquis. sed huius oppositum habere hic, ubi dicit quod ponentes aerem melius dixerunt. Soluitur secundum diuum Thomam, uide ipsum & uerba eius* Aut aliter Arist. *hic loquitur secundum ueritatem & mentem propriam.* Nam *ut scribit* Com

men. in præsenti cõmen. subiectum in rei ueritate est materia, cuius esse est in potẽtia, & quia illud est uerius quod est primo uero propinquius, cum uerum subiectũ generationis secundum essentiam sit denudatum ab omni contrarietate, illi qui posuerunt minorem contrarietatem rectius fuerunt propinqui ueritatem uidere, quàm ponentes maiorem, et quia minor est contrarietas in medijs quàm in extremis, ponentes unũ medium pro subiecto rectius dixerunt, quàm ponentes unum ex extremis. & eadem ratione exponentibus unũ ex quatuor elementis rectius dixerunt, ponentes illud cuius differẽtiæ & qualitates sunt magis occultæ, quã qui posuerunt pro elemento illud quod habet qualitates magis manifestas, & quia aer est huiusmodi, ideo secundum ueritatem ponẽtes aerem melius posuerunt, quã qui ignem posuerunt. Sed in primo meta. Arist. loquitur secundum mentem antiquorum asserentium generationem fieri per congregationem, quia cõgregatio & mixtio per minima & subtilia melius & expeditius fit. ut patet in fine primi de generatione et corrup. tex. com. 89. sic secundum hanc rationem asserentem generationem fieri per minima et subtilißima se qui uidetur quod qui posuerunt ignem cõuenientius dixerunt, & hoc uidetur esse de mente Philosophi in primo met. tex. cõmẽ. 13. inquit enim apparet enim utiq; maxime elementare esse omnium ex quo fit primo cõgregatione, tale uero est quod

est minutißimæ partis et subtilißimum est corporum, unde quicunq; ponunt ignem principiũ maxime confeſſe rationi hic dicunt, ideſt secundũ iſtum modum aſſerentem generationem fieri per cõgregationem partium, magis uidentur ad hãc rationem & fundamentum dicere ponentes ignem eſſe elementum, ex quo per congregationem partium omnia generantur, quàm ponentes unum ex reliquis, quia est ſubtilißimum partium inter omnia, non igitur Ariſt. laudat eos abſolute, ſed dicit hoc ſequi ad rationẽ eorum erroneam. Et iſta eſt melior ſolutio quàm prima, quæ est beati Thomæ in primo Phyſi. in loco allegato. Et cum hæc ſcripſiſſem inueni Alexandrum iſto modo dicere, inquit, enim, hæc præfatus quærit, cur nulla ratione terra debeat aliorum elementum eſſe, ut uulgo mortales putant, atq; ideo Heſiodus exiſtimauit, qui hanc primam post chaos genitam eſſe tradit ſententiam ſuam uulgi teſtimonio cõfirmans, ſed fortaſſe de terra dicit, niſi priores ad modum generationis ſpectantes illa elemẽta eſſe rebantur, cur non terram quoq; ipſam, ut homines coirent opinantur elementum eſſe dicebãt, quibus dictis redit ad id quod dixerat elementum uideri, id quod tenuißimis est partibus, docet ſecundum hãc ſententiam qui præter ignẽ quodpiam aliud corpus elementum eſſe ſtatuebant, ſiue de horum quatuor numero, ſiue medium corpus inter ignem & aerem, quorum neminẽ recte dicere. Ecce quo-

modo Alexander exponit illa dicta sequi ad fundamentum erroneum antiquorum, non quod istis assentiat Aristote. ex mente propria, & multum fuit gauisus animus meus, inquit enim Aristote. in tex. 14. secundum igitur hãc rationem, nec si quis horum aliquid præter ignẽ dicit, nec si quis aere quidem spissius hoc ponit, aqua uero subtilius, nõ recte utiq; dicet. Vnde secundum solutionem sancti Thomæ Aristote. uidetur assentire illi dicto, quod uidelicet generatio fiat secundum subtilitatem partium, quod tamen falsum est quia Aristo. non assentit antiquis generationem fieri, præsertim simplicem per congregationem, immo primo de generatione & corruptione tex. cõmen. 86. & 89. & 90. & 2. de gene. tex. comen. 48. d. mixtionem non esse per paruitatem partium, licet illud coagat ad illud, quia tunc mixtio esset ad sensum. Et hoc testatur etiam Cõmen. primo met. cõmen. 16. inquit enim, mixtio non est per paruitatem partium, sed mixtio uera est, ut mixta alterentur donec ex eis fiat forma media. u. g. forma oximellis quæ fit ex mixtione mellis & aceti.

ARISTO. distinguit duplicem generationem, scilicet in simpliciter dictam, quæ est substantiarum, et in secundum quid, quæ est accidentium. Sed huius oppositum legitur in tertio met. in tex. cõmen. 16. ubi dicitur quòd generationes nõ sunt nisi in substantijs, non in accidentibus. Soluitur Aristo. & Cõmen. loquũtur ibi cõtra antiquos po

nentes unum esse ens, sicut fuit Parmenides, nam oportet ipsum intellexisse ens quod erat unum esse substantiam, nam si esset accidens, cum accidens non poßit esse sine substantia, tunc plura essent ea quæ sunt apud ipsum, igitur sequitur quod cũ nullum sit ens, nisi substãtia, omnis generatio erit in substantijs non in accidentibus. Ad hominẽ igitur est sermo eius, non quod ipse hoc concedat &c.

ARISTO. & *Commen. asserunt materiam scibilem esse per comparationem, et Cõmen. asserit in cõmen. quòd non potest intelligi per se. Sed obuiabã per tex. 24. decimi primæ philosophiæ, ubi scribitur quòd materia negatione cognoscitur. Amplius si uerum esset quòd materia per se intelligi nõ potest, sed intelligitur in cõparatione sequeretur quòd materia esset per se in capitulo relationis, quod aborret Aristote. locans ipsam in prædicamento substãtiæ. ut patet in secũdo de anima. tex. cõmen. secundi. Et tũc relatio esset in substantia materiæ quod etiam ipse Cõmen. aborret in primo Physi. cõmen 70. & in primo capit. de substãtia orbis. Dicimus nos quòd duplex est cognitio materiæ, una est quam uenamur ex nostra prima cognitione naturali. Et ista est prima quo ad nos, & pertinet ad naturalẽ. Et de hac uerum est quòd cognoscitur semper per analogiã, et comparationem ad formam, aut ad habens formam, et sic intelligitur sermo eius hic, & sic materia dicitur relatiue ad formam, ut à naturali concipitur.*

Cõtradi. in pri. physi. super tex. 69

Et propter

Et propter hoc Arist.in.2.Physi.tex.com.26.dixit quòd materia dicitur relatiue ad formã. Alia est cognitio à priori de materia & ista pertinet ad diuinũ, unde cum scientia diuina ordine doctrinæ sit ultima, ut asserit Cõmen.in.7.meta·cõmen.39.& Auic, in principio suæ primæ philosophiæ postquàm diuinus præsupposuit esse materiæ inuestigatum per transmutationẽ substantialem ab ipso naturali, ut uult Cõmen. primo Physi.commen.ulti.contra Auicen. deinde ipse cognoscit ipsam per negationem, & cognoscit ipsam à priori inquantũ ens, & inquantum substãtia, immo etiam inquantum ens in potentia, quia potentia & actus sunt de differẽtijs entis. Et ista est sententia lucidißimi Themistij in primo Physic. in digreßione de potentia & priuatione materiæ, & est sententia Alexandri, quã etiam insequitur diffuse Commen.in.12.primæ Philosophiæ in com.14.

DICIT. *Arist.& Cõmen.quòd Plato defecit in hoc quòd nõ animaduertit differentiam inter materiam et priuationem, unde Cõmen.d.cõmen.79.quòd Arist.incepit inducere differentias ueras inter materiam & priuationem. Sed opponebam per capit.tertium, primi de partibus animalium, ubi habet Arist.quòd priuationis qua priuatio est nulla est differentia. Dicimus quòd Plotinus ille nobilis Platonicus multum insistit aduersus Peripateticos asserentes materiam & priuationem esse unum subiecto, & ratione tamen dif-* *Cõtradi. in pri.physi.super tex.79.*

ferre.Nam debuisset prius Arist. ponere utriusq; rationē,& tunc debuit uidere an distinguātur dif finitione,quæ rationibus & diffinitionibus diffe- runt,oportet talia diffinitiones habere.Et tunc si materia habet rationem,et priuatio similiter,hoc quidem esse non poterit, nisi altero trium modo- rum, aut quòd neutrum in ratione alterius pona- tur,et tunc erunt non solum duo in ratione,immo duo inesse & subiecto:aut utrūq; ponitur uicißim in ratione alterius,sicut symum cum naso symo, nam in diffinitione symi ponitur nasus, & econ- tra in diffinitione nasi symi ponitur symum,tunc etiam sequitur quòd sint duo. si uero se habeant quòd unum ponatur in ratione alterius,& non e- contra, sicut calor ponitur in ratione ignis, non autem ignis in ratione caloris, tūc sequitur quòd priuatio erit sicut species, & materia ut subie- ctum: & tunc adhuc sequitur quòd nō sunt unum. Dicimus quòd se habent tertio modo,quia priua- tio ponitur in ratione materiæ quantum ad secun dam sui nominationem qua refertur ad alia, mate ria enim negatione cognoscitur,ut dicit Philoso- phus in.10.meta.in tex.cōmen.24 non tamen ex hoc sequitur quòd sint duo, nisi secundum ratio- nem. Et quod obijciebatur quia tūc priuatio erit species,& materia erit subiectum,sicut calor re- spectu ignis,nam calor necessario ponitur in ra- tione ignis,& non econtra.Soluitur quòd priua- tio quæ est in prima materia,est sicut species,ut di

cit Philosophus in.2.physi.in tex.cōmen.11.secū dum alteram expositionem Cōmen. ibidem sed nō est uera species, sicut calor respectu ignis, unde est differentia magna inter calorem & ignem, & inter materiam & priuationem, calor enim dicit formam quandam positiuam & rem additam supra naturam ignis, siue sit substantia, siue accidēs non curo, sed priuatio supra naturam materiæ nō ponit aliquam formam positiuam, alioquin materia ipsa esset formata, nec ponit aliquam rem positiuam quæ sit substantia uel accidens, sed solum dicit negationem omniū formarum formaliter loquendo, & hoc est quod pulchre dicit Themistius *in digressione, quòd cum dicimus materiam informem uel inaffectam nomen, in affectu, non dicit aliquam priuationem, quia cum priuatio qualitas quædam sit, accideret materiam esse qualem, sed dicit negationem puram.* Et *hoc asseuerat etiam* Commen. *in commen.79. dicens quòd priuatio non est substantia nec accidens formaliter loquendo.* Dicitur *autem talis priuatio in materia quæ negationem formarum omnium importat, esse quodammodo species materiæ inquantum natura eius tali priuatione seu negatione cognoscitur.* Dicimus *enim ut asserit* Commen. *in septimo meta. commen. ultimo, quod materia est natura illa, cuius quidditas & forma est recipere formam.* Nam *septimo meta.tex. cōmen.8.* Mate *ria non est quid, nec quale, neque quantum, nec*

uniuersaliter aliquid eorum quibus ens est deter minatum, sed est potentia omnia hæc, quia igitur in secunda nominatione sui materia qua compara tur ad alia priuatione & negatione describitur, sic priuatio est de ratione eius, et est illi, sicut speci es et forma, in prima aũt sui nominatione est quædam substantia & entitas absoluta, & sic numera tur in entibus, & quia eius priuatio formaliter cõ siderata non numeratur in entibus, sic sunt duo in ratione, materia & eius priuatio. Ad authoritatem autẽ Arist. respondetur quòd uerum est quòd priuatio differentias non habet quibus in species diuidi posit. Arguit enim ibi contra illos qui differentias per priuationes diuidebant, fieri non potest. ut eius quod non est, species aliqua esse posit, per hoc tamen non negat Philosophus quin ratio priuationis non sit aliquid ratione distinctũ à materia, priuationes enim quodammodo habent diffinitiones, Moderni autẽ formalizãtes dicunt, nõ ens esse non idem enti, & non proprie concedunt differre, aut distingui ab ente. Sed nos illum modum usitatum inuenimus apud Peripateticos, & ideo non curamus de dicto eorum.

Cõtradi. in pri. phyʃi. ju per tex. 81

DICIT Philosophus in primo physi, tex. cõmen. 81. Existente enim quodam diuino & bono et appetibili, alterũ contrarium ipsi esse dicimus, alterum uero quod aptum natum est appetere, & desiderare ipsum secundum seipsum. Vbi Themistius & Cõmen. per bonum diuinum & appetibi-

le exponunt primam formam et primam causam. Sed tunc est contradictio, quia sequitur quod priuatio sit cõtraria primæ formæ, sed hoc est inconueniens, quia ex fine duodecimi primæ Philosophiæ, primo nihil est contrarium. & ratio est ut ibi dicitur. nam omnia contraria materiam habent, est enim eadem materia contrariorum. prima causa autem seu prima forma est abstracta à materia. Themistius dicit, hinc igitur formæ primæ quæ ab omni abiuncta est materia quæ libera undique & impromiscua in totumq; abstrasta & separata. atq; his præterea formis quæ profectæ sunt ab illa, & in materia constitutæ cõtraria est & aduersa priuatio. Et ista sententia Themistij est ualde difficilis, & forte falsa, quia licet formis in materia constitutis quæ sunt participationes quædam primæ formæ & primæ perfectionis sit contraria priuatio, tamen quomodo priuatio sit contraria primæ formæ difficile, immo impossibile est saluare, non enim omni bono malum, aut priuatio dicitur esse cõtraria, sed bono existenti in materia, & in generatione quod est bonum secundum participationem dictum malum dicitur esse contrarium, similiter nõ omni cognitioni ignorantia dicitur esse contraria, ut testatur Philosophus in fine duodecimi primæ Philosophiæ contra antiquos, inquit enim & alijs quidem necesse est scientiæ honoratissimæ & sapiẽtiæ aliquid contrarium esse, nobis autem non. Et ideo

dicēdū puto quod bene formis in materia existentibus quæ sunt participationes primæ formæ & bonitatis eius ratione, cuius materia naturaliter formas tales desiderat, sic enim cōsequitur ut participet perfectionem primæ formæ inquantum recipit formas quæ sunt participationes quædam diuinæ bonitatis et diuini esse. si quis tamē ob Themistij authoritatem uellet dicere priuationem esse contrariam primæ formæ, dicat quod per contrarium intellexit diuersum, nam cū prima forma sit omnis forma in uirtute & eminenter. 12. primæ philosophiæ cōmen. 18. omnes formæ sunt in potentia in prima materia & sunt in actu in primo motore, priuatio autē inquantum priuatio sit absentia. Formæ inquantum forma sic intellectus priuationis est primo diuersus ab intellectu primæ formæ, Formis igitur in materia existentibus priuatio contrariatur, sicut priuatio habitui, primæ formæ autem priuatio aduersatur modo prædicto, quia sunt isti conceptus talium primo diuersi.

Cōtradi. in pri. physi. super tex. 82

ARISTO. & Cōmen. asserunt priuationē in materia existentem corrumpi per se, nō autem potentiam. Sed obuiabam per authoritatem Commen. in quarto physi. cōmen. 120. ubi dicit quòd potētiæ quæ sunt in materia corrūpuntur & . 12. meta. comen. 11. dicit quòd multiplicātur ad multiplicationem formarum. Amplius non ualeret, ratio eius in primo physi. cōmen. 70. ad probandum

quod potentia non est de substantia materiæ, quia tunc accideret materiam corrumpi in aduẽtu formæ, si talis potentia quæ est in materia esset incorruptibilis. Amplius quõ priuatio per se corruptibilis esse potest cũ non sit, neq; substantia, neq; accidens. 1. physi. cõ. 79. Soluitur, in materia duplex est potẽtia remota, per quam uidẽlicet materia est in potentia ad formam cõmu. u. g. specificã & per istam per accidẽs respicit materia formas indiuiduales, et ista potentia est sicut quædam materiæ proprietas, & est eadem realiter cum materia, & de ista intelligitur quòd sit incorruptibilis per se, sicut & materia, sunt iterum quædam potentiæ propinque respectiue quæ multiplicantur ad multiplicationem formarum, & istæ præcipue indiuiduales sunt generabiles et corruptibiles, et postquàm sunt corruptæ amplius redire non possunt, quia tunc corruptũ posset idem numero redire, quia quãdo materia fuerit eadem, & agens fuerit idem, & potẽtia eadem, tunc quod fit est idem, ut dicit Cõmen. 12. meta. cõm. 11. potentia igitur remota materiæ non est corruptibilis per se, sed per accidens, sicut materia. Ad illud autem quod quærebatur quomodo materia dicitur corruptibilis per accidens ratione priuationis quæ per se corrumpitur, cum priuatio sit formaliter nõ ens, dico quòd hoc intelligitur quantũ ad denominationẽ, quia in aduentu formæ non amplius materia denominatur priuata illa forma, unde etiã de

non entibus possunt suo modo propositiones uere formari, ut quòd chimera est non ens, & quòd hircoceruus est figmentum, materia igitur dicitur corrumpi per accidens ratione alterius, scilicet priuationis quæ dicitur per se corrumpi quantum ad denominationem.

Cõtradi. in pri. physi. super tex. 1.

ARISTO. In principio secundi Physicorũ inuestigaturus naturæ diffinitionem incepit à rebus naturalibus, quia res naturales sunt manifestiores apud nos quàm natura. ut dicit Cõmen. in com. primo. Sed opponebam quia tunc cum innata sit nobis uia, ut à manifestioribus nobis ad notiora naturæ procedamus, ut patet primo physi. tex. com. 2. et septimo primæ philosophiæ tex. cõmen. 10. tunc igitur naturalis posset ex rebus naturalibus demonstrare, demonstratione quia, naturam esse, cuius oppositum scribit Philosophus 2. physi. tex. com. 6. & Cõmen. in com. 3. ibidem.

Nisi esset quod ad hoc quod aliquid demonstretur in aliqua scientia, non sufficit quod sit aliquid notius eo, uel quo ad nos, uel quo ad naturam, sed requiritur cũ hoc de necessitate quod illud sit quæsitum in illa scientia, & per cõsequens quod sit naturaliter ignotũ; quia ad per nota, uel ad ea quæ sumuntur pro per se notis ex superiori scientia, scientia non potest erigere aliquod genus demonstrationis, quia non demonstratur nisi illud quod est dubium, et ignotum. alioquin sequeretur quod naturalis posset demonstrare motum esse demõ=

stratione signi cõtra Philosophum primo physi. tex·com.11.ubi habet, subijciatur autẽ nobis omnia, aut quædam eorũ quæ natura constant & moueri, & Cõmen. primo physi. cõmen. 8. dicit quod motum esse et pluralitatem entiũ esse sunt de principijs cognitionis in scientia naturali. probatur consequẽtia, quia mobile est notius quo ad nos ipso motu, ut testatur Philosophus in quarto physi. tex. com. 104. ubi dicit quod mobile maxime notum est, et motus propter id quod mouetur, et loci mutatio propter id qđ fertur, & reddit causam, hoc aliquid enim est quod fertur, motus autem nõ: ubi Commen. *inquit quod motum est notius motu, quia est demonstratum, & motus non est demonstratus, sed mens facit ipsum.* Et *Cõmen. 7. physi. com. 32. ubi dicit quòd motum apud nos est notius motu. idem. 4. physi. com. 99. propterea igitur dicimus cum naturam esse sit per se notum, licet naturata quo ad nos sint notiora, non sequitur quòd ex illis natura poßit demonstrari. unde etiã* Com*men. in secũdo physi. loquẽs de principijs subiecti sciẽtiæ dicit quòd possunt demõstrari in illa scientia demonstratione signi, & possunt etiam demonstrari demõstratione propter quid in scientia continente subiectũ illius artis. & hoc uerum est inquit, si principia illa latuerint quod ideo apposuit quod ad hoc quod aliquid demonstretur in aliqua scientia, uel à posteriori, uel à priori non sufficit quod scientia habeat effectũ, aut causam notiorẽ,*

ſed requiritur quod illud lateat, & ſit quæſitum in illa arte. In eodem tex. & cōmen. eſt alia manifeſta contradictio, quia Ariſto. inter ea quæ natura conſtant enumerant animalia & plantas, & partes ipſorum et.d. quod omnia quæ natura conſtant habent principium intrinſecum alicuius motus, hæc quidem ſecundum locum, hæc autem ſecundum augmentũ et diminutionem, quædam autem ſecundum alterationem, ubi Cōmen. exponẽs quæ ſint, quæ habent principiũ augmenti, inquit, & innuit principium tranſmutationis propriæ in uegetabilibus & augmentum, ubi etiam Themiſtius eodem modo exponit, uidetur igitur motus augmenti in uegetabilibus & animalibus à natura proficiſci. ſed huius oppoſitum habet in ſecundo de anima. in tex. cōmen. 39. ubi cōtra Empedoclem Ariſto. cōcludit animam eſſe cauſam alimenti & augmẽti, et confirmatur ratione quæ ibidem innuitur, quia natura nō mouet ad contrarias poſitiones, ſed motus augmẽti fit, non ſolum ſurſum, uerum etiam deorſum, igitur non eſt à natura, ſed ab anima. Et cōfirmatur quia anima eſt actus corporis organici, phyſici, potentia uitam habentis, patet autẽ quod uita ſumitur pro operationibus uitæ quæ ſunt uegetare, ſentire, moueri ſecundũ locum, & intelligere. Niſi eſſet quod non inquit quod eadẽ res ſit anima et natura diuerſis modis, nam natura proprie eſt principium intrinſecum motus, aut paſſiuum quod eſt materia, aut actiuũ

quod est forma, natura enim duplex est, materia. uidelicet & forma, omnia igitur corpora physica dicuntur, si cōposita fuerint naturata seu naturalia pro quanto sunt composita ex materia & forma, & quia in libro physicorum agitur de principijs et elementis, tam corporum simplicium, quā cōpositorum, ut scribit Cōmen. 3 . cœli cōmen. 31. sic corpora perfecta etiā ut sunt animalia & plantæ, ut habent istam compositionem ex materia & forma dicuntur naturalia corpora. Nam ut dicitur in secundo de anima semper in perfectiori continetur in uirtute numerum perfectum, sicut in sensitiuo uegetatiuum, & sic etiam in uegetatiuo naturale continetur. Anima igitur ut est forma & principium intrinsecum faciens per se unum cum corpore, ut materia natura dici potest, & sic corpora animata ut sunt composita ex anima & corpore, tanquàm ex materia & forma, ut ex duabus naturis dicuntur entia naturalia, differunt ab entibus artificialibus per habere etiam talia sunt & cætera à natura constantia principium aliquod intrinsecum sui motus quod non habent artis opera inquantum talia sunt ab arte. Sed pro quanto anima est ex sui ratione actus corporis organici quod non est de ratione naturæ, & similiter pro quanto anima est principium mouens ad oppositas differentias positionis quod non est de ratione naturæ, sic anima distinguitur à natura, & dicitur esse in altiori gra-

du entium, quàm sit natura, Philosophus igitur concessit uiuentia esse à natura secundum prædictum modũ, & non secundum quod anima à natura secundum rationem distinguitur.

Cõtradic.in primo Phy. sup tex. 4.

ARISTO. In.2.physi. tex.cõmen.4.declarans quæ sunt naturata.d.quod sunt quæcũq; naturam habent, & hæc omnia sunt substantiæ.redens autem causam huius asserit, quia subiectum est quoddam, & in subiecto est natura semper.q.d.natura non est nisi subiectum, & forma quæ est in subiecto, & talia sunt substantiæ, & ideo cõposito naturata ex naturis quæ sunt substantiæ, sunt substantiæ, ista est uera illius loci expositio, non enim potest legi ut hæc omnia Aristo.asserat esse substantias, uidelicet subiectum quod est materia & id quod est in subiecto quod est forma, quia ex primo cœli & mun·tex·com. secundi.duos ambos dicimus, et ambos duos, omnes uero non dicimus. pro illo tamen dicto in expositione textus, & sunt hæc omnia substantia, Cõmen· refert ly hæc omnia, ad naturam & ad habens naturam. Et si dicitur quod ly omne, nõ dicitur de duobus, sed de tribus, modo natura & habens naturã sunt duo. Soluitur quod natura includit duo, materiam & formam, & habẽs naturam est tertium.ista enim denominatio ad numerũ ternarium spectat.sed tunc secundum istam Philosophi sententiam forma dicitur esse in subiecto. Huius autem oppositum legitur in prædicamentts ubi dicitur proprium esse

ſubſtantiæ in ſubiecto non eſſe. Niſi eſſet ut inquit Alexan. quod ſermo Philoſophi in prædicamentis intelligitur de ſubſtātia compoſita ex materia & forma, & non de forma quæ eſt ſubſtantia ſimplex. Aut aliter non intellexit Ariſt. in hoc loco eſſe in ſubiecto proprie dictum, ſicut ſumpſit in prædicamentis, ſed large, uidelicet id quod ad hoc ut ſit indiget aliquo ſubiecto. Et hoc etiam adnotat Cōmen. in præſenti loco quod forma eſt in ſubiecto quod ſubſtentatur per illā, non quia eſt in ſubiecto per quod ſubſtentatur, ſicut accidentia, ubi Cōmentator dat pulchram differentiam, ex qua intelligi pōt quod eſſe in ſubiecto æquiuoce dicitur de formis ſubſtantialibus & de accidentibus, nam forma ſubſtantialis eſt in ſubiecto, ideſt in prima materia quæ ſubſtentatur, ideſt quæ eſt in actu per ipſam, quia materia non eſt in actu ſeu in effectu, niſi per formam, nec ſine forma poteſt exiſtere, ut deducit Cōmen. in ſecundo phyſi. commen. 12. ſed accidentia ſunt in ſubiecto exiſtentia à quo ſumunt actualem exiſtentiam. D. enim Philoſophus in prædicamentis, quòd deſtructis primis ſubſtantijs impoßibile eſt aliquid aliorum remanere. Aliam etiam differentiam innuit Cōmen. in ſecundo de anima cōmen. 4. quæ eſt cauſa iſtius. Nam ſubiectum formæ ſubſtantialis ſecundum quod eſt ſubiectum, eſt ens in potentia, & ſubiectum formæ accidentalis eſt in actu. Ex hoc enim ſequitur, ut ſubiectum formæ ſubſtātialis ſubſtan-

tetur per suam formam, & forma accidẽtalis substentetur per suum subiectum quod est causa eius, sicut materia.4.meta. commen. secundo quia tale est ens actu &c.

Cõtradi. 11 pri.physi.super tex. 6.

DICIT Aristo.quòd cæcus de nominibus disputans de nominibus rationem habebit, nihil tamen intelliget, & consimilem sententiam habetur in primo posteriorum analyticorum in illo ca.manifestum quoniam deficiente aliquo sensu, necesse est scientiá illius sensibilis deficere. Sed huius oppositum habet Themistius in secundo de anima.in expositione tex.cõmen.155.ubi Aristo.ponit differẽtiam inter imaginationẽ et sensum, nam cæci imaginantur colores, licet non sentiant illos, & si habẽt imaginationem de coloribus, possunt igitur habere scientiam, quia intellectio immediate dependet ab imaginatione, sunt enim intellecta uniuersalia colligata cum intentionibus imaginatis, ut dicit Cõmen.3.de anima cõmen.30.ibi enim dicitur in textu quòd phantasmata apud intellectũ sunt, ut sensibilia apud sensum. Propterea uisum est quibusdam cæcum, licet non posse habere scientiam de coloribus per inuentionem, ut qui à natiuitate cæcus existit, potest tamen habere scientiam per doctrinam & per auditum, & in hãc sententiam est.P.V.& aliqui moderniores, Sed ista opinio est contra Aristo.quia imaginatio est motus factus à sensu secũdum actum, cum autem proprius sensus coloris sit uisus & non auditus, quia

auditus non iudicat de colore, nec uisus de sono, nisi per accidens. et secundo de anima tex. cōmen. 134. et Themistius ibidem sensibile per accidens non mouet sensum nec imprimit suam speciem in sensum, & ita per auditum nō potest generari species coloris in imaginatione, & per consequens, neq; intellectus potest habere speciem coloris. Amplius ista positio destruit iudicium Aristo. in præsenti loco qui asserit cæcum de coloribus disputātem de nudis nominibus habere rationem, sed non habere conceptum rei quæ apta erat significari, & ideo dicit, ipsum nihil intelligere. Et ideo assero ex mēte Aristo cæcum à natiuitate non solum non sentire, nec posse sentire, immo neque imaginari colorem, ita quòd habeat coloris speciem, & sic neque colorem potest intelligere per speciem, licet poßit habere quandam cognitionem negatiuam, ut uidelicet quòd est res quædam, quæ neq; auditu per se percipitur, neq; tactu, nec gustu, nec olfatu, sed positiuam nequaquam, nec de tali cæco intelligitur dictum Themistij, sed de illo qui ex tempore obcæcatus est & non à generatione.

ARISTO. Ibi in textu uidetur dicere quòd forma est natura quæ non est separabilis a materia secundum esse, sed aut secundum rationem. Huius tamen oppositum legimus ab ipso secundo physi. tex. cōmen. 26. ubi dicit quòd materia & forma dicuntur relatiue, & per consequens unum nō po

Cōtradi. in pri. physi. super tex. 12.

test intelligi sine alio. Amplius autem Cōmen.4. physicæ auscultationis cōm.16.scribit quòd scire quidditates ultimorū principiorum difficile est, & scire materiam absq; forma, aut formā sine materia, impoßibile est. quòd si dicatur, ut dicit Cōmen. ibi quòd debet intelligi secundū diffinitionē, non secundum esse, quia potest diffiniri sine materia, licet non poßit esse sine materia. Hoc iterum stare non potest, quia primo de anima cōmē.16. qui in diffinitionibus naturalibus omittit materiam, uidetur omittere aliquod non necessarium, sed non est ita, quia forma debet sumi in dispositionibus in quibus existit. Amplius uidemus Aristo. in diffinitione animæ ponere corpus, & ita de alijs formis naturalibus dicendum est. Soluitur. dicit Alexā. quòd modus abstrahēdi mathematicus in multis deseruit scientiæ naturali. Et dat exemplum in principio libri priorum in casu nostro. puta quando naturalis per intellectum abstrahit formam à materia, quæ tamen secundū esse est in materia, in hoc enim imitatur geometram qui lineam existentem in materia sensibili abstrahit à materia sensibili, similiter quando abstrahit prædicamentum substantiæ ab alijs prædicamentis, et in multis alijs casibus unde scire debes quòd licet Aristote. distinxerit in sexto primæ philosophiæ scientias speculatiuas penes triplicem modum diffiniendi, tamen modus abstrahendi secundum rationem in pluribus inuenitur communis in

his duabus

duabus ſcientijs, ut dicit præfatus doctor, & eſt dictum aureum & magni momenti, ſoluit enim multas arduas difficultates in phloſophia. Et *iſtũ modum dicendi latenter innuit* Ariſtote. *in primo de anima in tex.cõmen. 13. ubi ſcribit quòd ſi anima non habuerit aliquam operationem ſibi propriam ſecundum quam poßit eſſe ſeparata ſecundum eſſe à corpore, tunc erit de illa,ſicut eſt de recto cui multa contingunt inquãtum rectum eſt,quæ non contingere ſibi poſſunt, ut eſt in corpore ſenſibili,et ſicut eſt de ſphæra,et plano quæ ſecundum rationem mathematicam & imaginariam,contingit planum in puncto cum tamen naturaliter hoc fieri nequeat,quia omnis contractus naturalis eſt diuiſibilis, quia corpora coniunguntur ſe in ſuperficie, ibi enim* Ariſto.*uoluit dare intelligi quòd anima in illo caſu ſolum ſecundum rationem poſſet abſtrahi à corpore non ſecundum eſſe, ſicut ſunt entia mathematica.* Et *ideo reſpondetur ad formam cõtradictionis. pro quo aduerte quòd ut ſcribit* Cõmen.*in.12. primæ philoſophiæ .cõ.39. intellectus eſt maioris uirtutis,quam ſit natura, poteſt enim aliqua diuidere quæ natura non poteſt,ſicut diuidit materiã à forma,quòd non poteſt fieri per naturam,materia enim per intellectum poteſt apprehendi in ſecunda notione poſt illam quam habuit naturalis, ſecundum quam cognita eſt per analogiam ad formam per priuationem omnium formarum,& iſta*

consideratio pertinet ad diuinum, ut scribit Commen. 12. meta. cõ. 14. Materia enim negatione cognoscitur, ut patet. 10. met. te. cõ. 22. & si intellectus potest abstrahere materiam à forma, multo magis poterit formam abstrahere à materia, quia ut scribit Aristo. in. 7. primæ philosophiæ in tex cõmẽ. octaui. forma est magis separabilis. Et ratio est, quia ut dicit Comen. 2. physi. cõ. 26. materia est propter formam, & forma nõ est propter materiam, & est sententia etiam Philosophi in secundo physi tex. com. 91. ubi habet quòd forma est causa materiæ, sed non econtra. Et quod dicitur quòd sunt ad aliquid. Soluitur quòd sunt secundum dici, & non secundum esse, licet physicæ loquendo dici possit quòd materia refertur ad formam relatione reali, cum sit propter formam, forma autem ad materiam, aut non refertur, aut si refertur, refertur relatiõe rationis, sicut de potentia & actu, scribit enim Cõmen. in. 12. primæ philosophiæ. com. 37. quòd potentia refertur ad actum, sed actus non refertur, ad potentiam. & est sententia Philosophi in nono primæ Philosophiæ in tex. com 13. potentia autem reducitur ad materiam, & actus ad formam ut scribit Commen. 12. met. cõmẽ. 26. Dic igitur quòd licet quando naturalis diffinit formã naturalẽ, cũ diffinitio debeat cõplere et distincte declarare naturã diffiniti, nõ põt sine materia eã diffinire, ut notat Cõ. in primo de anima cõm. 16. põt

tamen abstrahere in prima intellectus operatiōe formā à materia pro quanto pōt intelligere formā non intelligendo materiā, hoc.n.est abstrahere hoc ab hoc uidelicet intelligere prius nō intellecto posteriori, sicut est de linea, plus.n.est abstrahere quā diffinire, ut patet. Secundū aūt sententiā Auer. forma est separabilis à materia secundū diffinitionē, non secundum esse, quia alia est formæ diffinitio, & alia materiæ, eo modo quo talia diffinitiones habere dicuntur, sed non possunt separari in esse, quia materia non potest existere sine forma, neque forma potest existere extra materiam. Noluit tamen Commen. dicere formam separari diffinitione à materia, quia sine materia diffiniri possit, sed modo quo diximus.

ARIST. *Contra ponentes ideas inquit quod ipsi ea quæ nō sunt separata secundū rōnē à materia, faciunt esse separata secundū rōnem, & latet eos hoc contingens, quia ipsi formas materiales ponunt esse separatas secundū esse à materia, sed ut dicit cōm. in Cōmen. quæ sunt separata secūdū esse, possunt separari & rōne, & nō conuertitur. Them. ēt. 2. physi. 26. d. quòd formæ materiales possunt quādoq; à materia cogitatiōe atq; animo eximi, sed nō actu, aut subsistentia. Sed obuiabam per dictū Arist. in. 2. phy. tex. 12. ubi diffiniens naturā quæ est forma, dixit eā secundū rē non eē separabilē, sed secundū rōnē. & Them. ibi exponens inquit, formam porro dicimus non re ip-* Cōtradi. in 2. physi. super tex. 19.

ſa,ſed ratione abiungi & ita Ariſto.patitur eaſdē anguſtias quas patitur Plato.Niſi eſſet quod ut.d Alexander,naturalis in abſtrahēdo formas materiales à materia utitur mathematica abſtractione,& non naturali,ſed apud Platonem ſequitur quod etiam naturalis poſſet diffinire ſine materia,quia quicquid eſt ſeparatum ineſſe, poteſt etiam diffiniri ſine eo,hoc autem eſt impoſſibile quia naturalis diffinit per materiam. primo de anima;16.&.2 .phyſi.ultimo.Diffinitiones naturales,ut naturales omnes concernunt materiam, aut aperte, aut conſecutiue.

Cōtradi. in 2.phyſi.ſuper tex.25.

A R I S T O *uidetur & Cōmen.uelle quòd in artibus, artifices qui ſolam habent cognitionem ſunt præſtantiores artibus operantibus.unde Cōmen.in cōmen.d.quòd geometria operationum nō facit materiam neq; formam, licet utrūq; cognoſcat & præcipiat alijs utentibus ſeu operantibus.* Ex *aduerſo autem eſt authoritas philoſophi in 2. ethicorum capitul.4, ubi habet quòd in uirtutibus ipſum ſcire, parum eſt, aut nihil. & confirmatur quia tales ſunt propter opus, tanquam propter finem, & per conſequens artes quæ operantur ſunt nobiliores & honorabiliores, artibus ſolam cognitionem habentibus. Soluitur ſecundum* Peripateticos *cognoſcere ſimpliciter & abſolute honorabilius & precioſius eſt ipſa praxi ſeu operatione,cuius ratio eſt,quia praxis ad aliud et nō ſui gratia expetitur,ſicut cognitio*

cuius argumento est, ut notat Alexan. in principio primæ philosophiæ quòd actus maxime expetibiles & praxes à nobis sunt, quæcunq; sunt à uirtutibus, & tamen tales non propter se, sed ad aliud relationem habēt, puta ad pasiones & affectus ordinate, cuius argumēto est quòd in animalibus diuinis non sunt huiusmodi uirtutes morales non indigent enim cum sint impaßibiles, ut testatur etiam Aristo. in. 10. ethico. capit. 10. sed nos qui natura sumus affectibus & pasionibus obnoxij indigemus illis, unde etiam in factiuis cognitio præfertur operationi. nam artes architectonicæ sunt honorabiliores artibus operatiuis. & ista est sententia philosophi etiam in prohemio primæ philosophiæ quicquid senserit Scotus & sequaces eius in hoc. Ad saluandam autem contradictionem scire debes, ut notat Philosophus in secundo ethicorum, in illomet capit. quòd differentia est inter artes & uirtutes, nam quæ ab arte procedunt in se laudē habent, quare sufficit illa ita existere. sed quæ à uirtute ita proficiscuntur, non satis est si ipsa iuste quodammodo se habent & modeste agantur, sed si agens ita egerit, primo si sciens, secundo si eligens, et eligens propter ipsa, tertio si certo immobili iudicio agat. ad cæteras uero artes habendas nihil horum requiritur præterquā sciētia. & ipsa est rō diuersitatis, sicut uides. Amplius autem scire debes quòd differentia est inter utile & honorabile, ut col-

ligitur ex proemio meta. & ideo sententia Philosophi & Alexan. fuit, artes cognoscentes esse principaliores secũdum dignitatem & honorem, licet secundum utilitatem forte oppositum contingat, unde philosophus etiam de scientia diuina scribit, quòd necessariores quidem hac omnes, dignior uero nulla.

Contradic. in 2. physi. super te. 31 ARISTO. uidetur uelle hic propositiones esse materiam conclusionis. Sed huius oppositum habetur infrà in hoc secundo in tex. cõ 89. ubi habet quòd propositiones cũ conclusione se habent sicut finis cum his quæ sunt ante finem, finis autẽ & materia non coincidunt ut patet in. 2. phy. in tex. cõ. 70. Amplius præmissæ uidẽtur esse causa efficiens conclusionis. d. enim Lynconiensis in primo posterio. quòd notitia præmissarum, uidetur gignere notitiam conclusionis in anima. Amplius Auicen. in. 6. suæ meta. capit. 4. dicit, iam autem posuerunt quidam propositiones similiter materiã conclusioni, & est error, immo propositiones sunt materia figuræ syllogismi, conclusio uero non est forma propositionũ, sed est quoddam quod consequitur ex illis, cum propositiones efficiant eam in anima. ubi manifeste Auicen. uidetur reprehendere Aristote. in hac sententia. Simplicius in præsenti loco animaduertens super hoc dixit, propositiones respectu totius syllogismi esse materiam, sed respectu conclusionis sunt causa efficiens, & reddit in opinionẽ Auicen. sed non

saluat textum, quia textus dicit suppositiones esse sicut ex quo respectu conclusionis & non respectu syllogismi. Dicamus igitur quòd propositiones quodammodo sunt materia, quodammodo efficiens, & quodammodo finis, nam ista uerificantur respectu diuersorum respectu conclusionis, nam respectu extremitatum quæ sunt dispersæ in præmissis, sunt materia conclusionis, & sunt materia compositionis tantum, & conclusio in qua est unio, & compositio extremitatum est forma compositionis respectu earum, ratione termini medij, uirtute cuius infertur conclusio, sic habent quodammodo rationem causæ efficientis, quia medium est causa in inferendo & etiam in demonstratiuis in essendo conclusionis saltem instrumentalis. præmissæ uero in doctrinis in propria forma respectu conclusionis in propria forma in doctrinis se habent, sicut finis, cum his quæ sunt ante finem, nã sicut ex fine sequuntur ea quæ sunt ante finẽ, & nõ econtra, sic in doctrinis ueritas præmissarũ infert necessario ueritatem conclusionis, & non econtra, & sicut destructio finis infert destructionem eorum quæ sunt ante finem, sic destructio conclusionis infert destructionem præmissarum, quia si conclusio non est uera, nec præmissæ sunt ueræ. Et ideo ad hæc forte præfatus Simplicius dixit in secunda solutione quod forte aliquo modo præmissæ sunt in conclusione, sed

non declarauit distinctæ, non inconuenit ergo respectu diuersorum idem posse dici materiam efficiens & finē respectu eiusdem, quia hoc est secundum diuersa & secundum diuersos modos considerandi.

Cōtradi. in 2. physic. super tex. 33

ARISTO. *Ibi innuit quod causarum per accidens quædam sunt propinquiores, quædam remotiores alijs. Sed huius oppositum habetur ex. 2. physi. tex. cō. 50. ubi Aristo. ponit differentiam inter causas per se & per accidens, dicens causam per se esse finitā, sed causæ per accidens est in infinita, sed in infinitis non est accipere, neque primum, neq; ultimum, ut patet secūdum met. tex. cō. 6. & per consequens non est ibi, neq; propinquum, neq; remotum. Soluitur & est dictū Themistij & Simplicij in. 2. physi. in expositione text. cō. 55. ubi secundum Simplicium Aristo. uidetur hanc dubitationem inducere et eius solutionem obmisit, inquit enim tum etiam in quibusdā dubitabit aliquis nunquid contingentia fiant causæ fortunæ idest eius quod est à fortuna ut sit in terris spiritus aut æstas, sed non depilari ut sanitatis, sunt enim causarū per accidens, aliæ alijs propinquiores, unde dubitatio consistit contra id quod Aristo. ibi prædixerat tex. cō. 53. quòd eius quod est à fortuna sunt causæ infinitæ, sed tunc est dubitatio, quia cum fortuna sit causa per accidens, & in talibus sit propinquum & remotū nō uidetur quòd sint infinitæ causæ, quia in illis non*

est propinquum. Themistius autem & Simplicius soluunt quòd causæ per accidens si actu sumantur & uicißim comparentur, potest discerni quæ sunt propinquæ & remotæ, sed absolute non potest, quia sunt infinitæ ut sic, sed tunc est difficultas, quoniam si causæ per accidens infinitæ sunt constitui actu non possunt & sic inuicem comparari cum infinitum non detur, nec constitui potest in actu, ut patet. 3. physi. Nisi esset quod sunt in potentia infinitæ & tales possunt determinari ad actum per comparationem ad causam per se, sicut licet causæ per accidens, domus sunt infinitæ absolutæ consideratæ, & sic in eis non poßit discerni quæ sint propinquæ, & quæ remotæ, si autem comparentur ad causam per se quæ est edificatiua, sic musica est causa per accidens magis propinqua quàm albedo, & Policletus est causa per accidens magis propinqua quàm homo, & homo magis quam animal, et eodem modo patet solutio, quomodo fortuna cum sit causa per accidens, & per consequens infinita cognosci potest cum infinitum sit ignotum, & tunc opus est eadem distinctione quam Themistius adduxit.

DICIT *Aristo. ponens differentiam inter id quod est à casu & à fortuna quod in his quæ natura fiunt non dicitur aliquid à fortuna fieri si extra naturã fiat, sed magis à casu. et subdit quod differunt, quia huius causa est extra, illius uero intra, ita quod uidetur dicere id quod est à ca* Cõtradi. in 2. Physico. sup tex. 64

su habere ... in intra, sed id quod à fortuna habere causam extra; & isto modo exponit diuus Thomas locum illum. Sed huius oppositum inuenimus in eodem 2. physic. in tex. commen. 61. ubi Aristo tam id quod est à casu, quàm id quod est à fortuna dicit habere causam extra. Adhoc *dicimus sine dubio omnium Græcorum, ut* Alex. *Themi. Simpli. hanc fuisse sententiam quod ambo in hoc conueniunt quod nõ habent causam intra, unde dicunt in. 60. tex. quòd licet tripoda cadens quærens suum locum cadat sub tali situ sub quo potest eẽ apta sessioni, et hoc à casu esse dicatur, si autem corpus cubum caderet ut esset aptum sessioni hoc à casu non esset, quandoquidem intra se talem retinet figuram quòd qualitercunque cadat semper est sessioni aptum, unde sine dubio diuus Thomas non bene interpretatus est locum illũ. ideo secundũ Simplicij expositionẽ* Arist. *ibi notat differentiã inter formã & casum, quia in his quæ à natura fiunt, nõ tamẽ secũdũ naturã. i. secundũ naturalem ordinem talia nullo pacto à fortuna eße dicuntur, quia fortuna est in his in quibus est propositum seu electio, sed magis dicũtur à casu fieri, non autem dixit simpliciter talia à casu esse, sed dixit magis possunt dici à casu quàm à fortuna, propterea quia fortuna solum ubi est electio esse potest, sed casus potest esse in rebus carentibus electione. ne tamen aliquis suspicaretur talia uere & proprie à casu esse &*

non à natura, ideo posuit differentiam & dixit. Et autem & hoc alterum, ubi Cõmen. dicit quod est hic alius modus naturæ. nam proprie loquendo monstra à natura esse dicuntur, sed est alius modus naturæ à modo consueto & ordinato, & talia cum sint à natura a'iquo modo differunt ab his quæ uere & proprie dicuntur à casu fieri, quia quæ uere & proprie à casu fieri dicuntur. horum causa est extrinseca ut casus tripodæ cadentis, ita quod sit sedes, aut salus equi fugientis propter sitim qui à casu saluatus est, sed talium monstrorum causa est intra, quia proueniunt ex materia uel propter superabundantiam, uel propter defectum materiæ, uel propter malam complexionem eiusdem, ubi pondera illud dictum Comment. quia dicit istum esse alium modum naturæ, pro quo debes scire ut scribit Alexan. & Themi. & Simplicius in. 2. phisic. in tex. commẽ. 5. differentia magna est inter esse à natura & esse secundum naturam, nam à natura esse non solum ea dicuntur quæ secundum debitũ naturæ ordinem & naturalem institutionem fiunt, uerum etiam & monstra & priuationes atque defectus à natura esse dicuntur, sed secundum naturã solũ illa fieri & esse dicuntur quæcunque secundũ naturalem ordinem fiunt. & ideo bene dicit Cõmẽt. quod talia quæ præter naturã fiunt sunt collocata sub alio mõ naturæ, quã supple insũt entia perfecta quæ secũdũ naturæ ordinẽ et intẽtionẽ pro

ueniunt. unde talia secundum Peripateticos præter naturam, aut præter fatum euenire dicuntur, sicut quæ secundum naturalem insunt fiunt secundum naturam & secundum fatum fieri dicuntur, cum fatum & natura idem significent apud Peripateticos, ut bene notauit Alexan. in tracta. de fato, & elicitur ex sententia Arist. 4. physi. in tex. cõ. 57. ut amplius notaui in spetiali quæstione mea de fato.

Contradic. in 2. physi. super te. 73

SCRIBIT *Philosophus quod principia mouentia naturaliter duo sunt, quorum alterum non physicum est, non enim habet motus principium in seipso. ex quo uidetur quòd primus motor qui est Deus gloriosus naturaliter mouet. Huius oppositũ scribitur ab Auer. in lib. destructio destructionũ in dispu. 11. in solutione dubij primi, ubi. d. & quod ipse dixit nomine Philosophorũ quòd id quod procedit ab ipso deo, procedit modo naturæ falsũ est, immo dicũt Peripatetici secũdũ ueritatẽ loquentes quòd entia procedũt ab eo modo altiori quam sit natura, & quam humana uoluntas. Soluitur multi antiqui doctores ut Algazel & rabi Moyses, & ex Latinis Scotus cum sequacibus suis tenuerunt hoc, uidelicet deum secundum Peripateticos agere ex necessitate naturæ, unde super hoc fundamento Scotus in. 2. distinctione primi quæstione. 2. ostendit in uia Philosophi sequi omnia ex necessitate prouenire. sed Cõmen. & alij Peripatetici oppositum tenent. & ultra*

authoritatem Auer·consueui formare aduersus istos talem rationem quæ uidetur in uia Aristo. maximam fidem facere, nam si anima agit altiori modo quàm natura, et intellectus agit altiori modo quàm anima, cum deus sit altior intellectu, agет altiori modo quàm intellectus. ergo à fortiori altiori modo quàm anima, & multo altius quàm natura, assumptum ostenditur, nam anima agit altiori modo, quàm natura, quia natura non agit nisi secundum unum motum determinatum mouendo, sed anima secundum quẽlibet differentiã, unde motus animæ est circularis qui est perfectior motu recto. sic .n. Aristo. in. 2. de anima. tex. cõ. 41. & infra arguit & accusat antiquos asserentes motũ augmenti esse à natura ignis· & Aristo. dicit quòd est ab anima, quia ignis concurrit ut instrumentum, immo Cõmen. & Aristo. in. 2. de genera. & corrup. tex. cõ. 55. motio ignis est deterior in generatione, quàm motio organi aut instrumenti. & ibi redditur causa, intellectus autẽ agit altiori modo quàm anima, quia intellectus est altior anima, ut patet. 2. de anima. tex. cõ. 2 1. ubi dicitur quòd uidetur esse aliud genus animæ, & hoc solum contingere separari, sicut perpetuum à corruptibili, deus autem est altior intellectu, ut. d. Philosophus in libro de bona fortuna. ubi inquit. quid·n. est melius sciẽtia & intellectu, nisi deus? unde Cõmen. in quarto physi. auscultationis in cõ. 1 2 8. d. quod esse essentialiter

in aliquo non est nisi à causa agente quæ est, aut anima, aut natura, aut intellectus, & ego addo quartũ, aut deus, nã distãtiæ entiũ sunt ualde diuersæ. Quantum autem spectat ad præsentẽ cõtradictionem scire debes quod natura multipliciter dicitur & naturæ nomen, ut patet ex quarto primæ philosophiæ tex. commen. 5. ut notauit ẽt lucidissimus Themistius in. 2. physi. in tex. cõm. 7. sic est etiam de naturaliter agere, quandoque sumitur proprie, ut distinguitur cõtra agere secundum animam, aut intellectum, & quandoque sumitur communiter, ut illud dicatur naturaliter agere quod ex sua natura agit, unde ut inquit Cõ. 1. cœli. sicut in natura formæ naturalis est habere propriã materiã, ut forma ignis, sic formæ abstractæ secũdũ quòd sũt formæ abstractæ innatæ sũt, ut illud quod mouetur ab eis nõ sit graue, neq; leue, et ut motũ ab eis sit rotũdũ unde ẽ similitudo proportionis uel analogiæ & non uniuocationis.

In. 2. phy. in cõ. 79. scribit Cõmen. quod illud quod innatum est existere casu non est innatũ existere per intentionem. Sed huius oppositum habere in 2. physi. in tex. cõ 63. ubi Arist. d. in litera quòd percussio capitis à lapide potest fieri à casu, & eadem potest fieri per se ab aliquo proijciẽte cum intentione percutiendi. Soluitur dictum Cõ. intelligitur de speciebus, præsertim quæ sunt in substantijs, nam secundum ipsum in. 8. physi. in cõ. 46. nulla species fit à casu, quia illud quod est

à casu semper est oppositũ ei quod est à natura unde à natura sunt species, nulla.n. species est à casu, sed à casu sunt monstra nõ naturalia.idẽ.6. meta tex.cõ.4.& 7 meta.comm.22.& quia antiqui contra quos arguit Philosophus oẽs species rerũ naturaliũ asserebãt esse à casu.ideo Cõ.secundũ Philosophũ tenet oppositũ, unde in cõ.2.te:82. ostẽdit quòd ea quæ sunt à casu proueniũt ab impedimẽto naturæ, sed ea quæ sunt à natura, et secũdũ cursũ naturalẽ nõ proueniũt ex impedimẽto naturæ, sicut sunt mõstra. dictũ aũt Philosophi in.2.phy.nõ est de speciebus, sed de actiõe seu accidẽte, quia percussio utroque modo põt prouenire, & sine intentione & cum intentione ut patet.

ARIST. *in tex.cõ.1.habet quod infinitũ primũ apparet ĩ cõtinuo. Sed obuiabã quia 1.post ĩ illo ca.certior aũt sciã altera, altera ẽ, & prior, uidetur Arist.uelle quod sciã illa quæ de simplicioribus principijs ẽ, illa ẽ natura prior, sicut arithmetica, geometria. Nã ẽ de ueritate quæ ẽ principiũ numeri, geometria uero de puncto qui est principium magis, unitas autem simpliciter est, quia unitas situ caret, punctus autem est substantia posita, ut ibi dicitur. Et ex hoc uidetur quod quando eadem accidentia competunt indifferenter quantitati continuæ & discretæ, eadem prius natura conueniunt discretæ quàm coniunctæ, cum igitur infinitudo inueniatur in numeris et in magnitudinibus, quia sicut magnitudo est diuisi=* Cõtradi. in 3. Physico. sup tex.1.

bilis in infinitum, sic numerus est augmentabilis in infinitum, uidetur quod infinitudo prius natura competit numeris quàm continuis, & confirmatur quia primo physic. tex. commen. 15. infiniti ratio congruit quantitati. idem. 3. physi. tex. comen. 35. & 36. Nisi esset quod ut. d. Alexã; & Themistius, ideo infinitum primum dicitur apparere in continuo quàm indiscreto, quia in diffinitione continui ponitur infinitum, non autẽ in diffinitione discreti, nam continuum est quod diuiditur in infinitum, non sic autem est de discreto. aut quia cum discretum causetur ex diuisione continui, sicut enim continuum est diuisibile in infinitum, sic discretum est augmentabile in infinitum, non enim discretũ est diuisibile in infinitum, nec augmentabile est continuum in infinitum. 3. physi. tex. cõ. 60. Et quia ex hoc quòd continuum est diuisibile in infinitum, ex hoc discretum est augmentabile in infinitũ, numerus enim causatur ex diuisione continui, ut dicitur in. 3. physi. ideo dictum est infinitum primo apparere in cõtinuo, & hoc præcipue locum habet secundum naturalem considerationem asserentem numerum causari ex diuisione continui, sicut iam Aristo. hic loquitur. sed secundum mathematicam considerationem quæ est secundum abstractionem & imaginationem, credo quod infinitudo & alia huiusmodi accidentia, communia utriq; & continuo & discreto, ex parte qua sunt quanta prius natura participari

participari à discreto quàm à continuo si quantum dicitur analogicæ, aut saltem æqualiter, si uniuocæ dicatur, sed quia secundum considerationem naturalem quantitas discreta quæ est numerus causatur ex diuisione continui, sic infinitudo inuenitur in numero propter continuum, saltem in genere causæ materialis, sed arithmeticus qui natura præcedit geometram non considerat istam rationem numeri qui est subiectum eius inquantum à cõtinuo habet causari, quia ista ratio sibi extraneatur inquantum est subiectum suæ cõsiderationis, alioquin scientia arithmeticæ natura esset posterior geometria, & præsupponeret illam quod tamen falsum est. Nec uideatur tibi mirum hoc, quia multa habent uerificari secundum naturalem considerationem, quorum opposita sunt uera secundum considerationem mathematicam, sicut dicit Cõmen. in primo cœli cõmen. 32. quod motui circulari nihil est contrarium naturaliter, & tamen potest esse contrarietas in motibus circularibus mathematicæ & secundum imaginationem &c.

ARISTO. In principio tertij physi. d. quod sicut naturalis cõsiderare debet de motu, quia motus ponitur in diffinitione naturæ eadem ratione, quia motus uidetur esse de generatione continuorum naturalis debet considerare de continuo, ubi Themistius expresse dicit quod continuum assumitur in diffinitione motus. & ita etiam uidetur

Cõtradi. super eo. tex.

dicere Cōmen.in cōmen.1 .et clarius in sua media expositione ubi continuando intentionem Philoso phi dicit quod quia in diffinitione naturæ posuimus motū oportet loqui de motu, diffinietis enim interest declarare partes diffinitionis et de paßio nibus partium. Cum autem in diffinitione motus apparet continuum & cōtinuum consequitur infi nitum, quare etiam de continuo & infinito loqui debet naturalis, uidetur igitur quod continuū sit de quidditate motus. Ex aduerso autem uidetur esse authoritas ipsius Cōmen. in quarto physi. in cōmen.99. ubi dicit. quod unum accidentium mo tus est continuatio, Amplius est ratio, si enim con tinuatio esset de quidditate motus, quilibet motus esset continuus, quia quod per se cōpetit superio ri, & primo, cōpetit omnibus inferioribus per se, licet non primo siue sit uniuocum siue analogum, sed non quilibet motus est continuus, ut patet ter tio physi. cōmen.6.&.8. physi. cōmen.23. igitur continuum non est de quidditate motus. Amplius uidetur esse authoritas Philosophi in.5. meta. in cap. de quanto. tex. cōmen.18. quod quantitas, & diuisibilitas, & continuatio accidunt motui. Dicimus sine præiudicio melioris sententiæ, quod mo tus quidditatiue non includit continuum, licet ui deatur cōtinuatio esse de accidentibus consequen tibus substantiam eius. & ideo uidetur mihi quod Cōmen. in.3. physi. in cōmen. secundo. animaduer tens ad ea quæ paulo ante dixi, inquit, quod illo-

rum quæ consequuntur motum quæ sunt propinqua substantiæ eius est continuum, unde non dixit absolute continuum esse de substantia motus, sed de his quæ sunt propinqua substantiæ eius, quia quãdo uera genera, & uere rerum differentiæ latent, licet nobis circumloqui illa per proprietates et accidentia, sicut dicit Cõmen. in. 7. meta. in cõmen. 42. & octauo meta. cõmen. 5, contra Alexan. & ideo dicimus nos quod contrarium cadit in descriptione motus non quod illa sit uera diffinitio, unde Alexan. in primo libro naturalium quæstionũ quæstione. 21 expresse determinat motum per se non esse quantitatem, sed secundum diuersas considerationes spectare posse ad diuersa prædicamenta, ut poteris ibi clare uidere.

ARISTO. Diuidit ens per ens in actu tantum, & per ens in actu & potentia simul. postea diuidit ens actu in. 10. prædicamẽta. Ex hac igitur diuisione uidetur quod ens in potentia non diuidatur in decem prædicamenta, sed ens actu solum. Ex aduerso autem uidetur esse sententia Philosophi in. 12. meta. tex. cõmen. 26, ubi uult quod potentia & actus sunt principia omnium. 10. prædicamentorum. et cum hoc est authoritas Cõmen. in primo de anima cõmen. 6. ubi scribit quod potentia & actus sunt differentiæ entis ualde oppositæ, & circuunt omne genus prædicamenti. Soluitur. nam ut recitat Simplicius in tertio physic. in præsenti loco sunt circa hoc duæ expositiones, Cõtradi. in 3. Physico. sup tex. 3.

prima est Alexandri, & Themistij qui sequentes antiquam seriem textus qui cõmuniter inueniebatur exponunt quod entium quædam sunt actu tantum, sicut sunt res materia carẽtes, ut sunt abstractæ substantiæ quæ semper eodẽ modo se habent & mutari non possunt, quædam uero sunt composita ex potentia et actu, ut sunt generabilia et corruptibilia, cœlum autem quodãmodo est actu, pro quanto secundum substantiã transmutari non potest, & quodãmodo in potentia est inquantum localiter moueri potest. & idem secundum se totum ubiq; esse non potest, & istius etiam opinionis est Cõmen. in lib. de substantia orbis, & primo cœli in paraphrasi, in summa sexta iuxta principium.

Porphyrius istam expositionẽ non admittit, sed uult diuisionem dari per actum & potentiã quod confirmat ex his quæ repetit ac reassumit Philosophus infra in eodem loco in tex. cõmen. 6. ubi dicit, diuiso autem unoquoq; generum per potentiã & actum, & uult quod ens in actu diuiditur per decem prædicamenta non ens in potẽtia, quia ens in potẽtia nõ dicitur decẽ modis, sicut ens in actu, immo ens in potentia tãtum, non dicitur nisi uno modo tantum, uidelicet de prima materia omniũ.

Sed nec ista expositio Porphyrij soluit cõtradictionẽ propositã, nec uera esse uidetur, tum quia sibi ipsi contradicit, quia primo dicit ens in potentia non diuidi in decem prædicamenta, & tamen adducit dictum Aristo. in tex. 6. quod continet op

positum, quia. d. diuiso unũquodq; generum per potentiam & actum. Amplius cõtradicit antiquæ literæ quæ cõmuniter sic iacet. eorum quæ sunt, quædã sunt actu tantum, quædã uero potentia & actu horum autem aliud est hoc aliquid, aliud tantum, et aliud tale, ubi manifeste patet quod per illam notam exclusionis, tantum, contra diuiditur id quod est in actu tantũ, contra id quod simul est in potẽtia & in actu. alioquin si diuiditur ens per actum & potentiam quid igitur deseruit illi diuisioni illa exclusionis nota? Dico igitur quod Aristot. quandoq; consueuit ens diuidere per potentiam & actum sicut fecit in nono primæ phylosophiæ, sed illa diuisio est entis sensibilis, ut dicit Cõmen. in septimo meta. in prohemio quod scientia diuina diuiditur in tres partes, in prima agitur de diuisione entis in substantiam & accidens. in secunda de diuisione entis per potentiam & actũ. in tertia de diuisione entis per unum & multa, & quia substantia, alia sensibilis, alia abstracta. de substantia sensibili tractat in septimo, & .8. meta. deinde in nono agit de potentia & actu. tertio in decimo agit de uno & multo. postea in undecimo tractat de substantijs separatis et numero eorum qui est. 12. apud nos. ubi patet illas diuisiones in libris præcedentibus librum duodecimum esse respectu substantiarum sensibilium, unde in. 9. meta. tex. cõmen. 17. dicitur quod nullum sempiternum est in potentia. & confirmatur authoritate

Cōmen.in.12.met.cōmen.8.ubi Arist. uolens declarare quod esse sit esse materiæ diuidit ens per potentiam & actum, & Alexã.dicit quod hoc fuit declaratũ in nono tractatu, in quo loquitur de potentia & actu, & intendebat per hoc quod in hoc tractatu demōstrat potentiam præcedere actum, & dicit impoßibilia contingentia ad negantes potentiam esse. Ecce igitur quod potentia quæ cum actu condiuidit ens, in nono est illa quæ est ante actum, talis autē non est, nisi in rebus generabilibus & corruptibilibus, unde omne ens in prædicamento existens, est quãdoq; in potentia, & quandoq; in actu, & ideo actus & potentia sunt principia omnium decem prædicamentorum, ut dicitur in.12.meta.in tex.cōmen 26. & quandoq; Arist. consueuit adducere diuisionem magis generalem compræhēdentem omnia entia simpliciter, & est ista quã innuit hic, uidelicet quod entium quædam sunt actu tantum, quædã sunt in actu et potentia simul, & secundum naturã diuisionis, quædam sunt potētia tantum, licet propter breuitatem illud sit omissum, aut ut dicit simplicius, quia non reperitur aliquod ens quod sit in pura potentia tantum secundum subsistentiam, quin aliquo modo actu sit aliquid, quia plotino teste illud quod est in potētia ad aliquid oportet ut illud prius sit aliquid actu in se, ut es, qđ est in potentia statua prius est actu es, & hanc diuisionem generalem etiã innuit Philosophus.12.meta.in cap.8.uide etiã sanctũ Tho

nam in. 11. meta. in lectione nona secūdum secundam expositionē, quō illa tertia diuisio per actum tantum, per potentiam tantum, & per utrunq; sit intelligenda, quia placet.

ARISTO. Dicit in tertio physi. tex. cōmen. 16. quod omne mouens physicæ, uel ut habet illa alia litera quam legit Alexā. (omne quod mouetur physicæ mouetur) quum sit potentia mobile, & cuius immobilitas quies, & Aristote. ibi ponit causam, quia agere in hoc nil aliud est, quàm mouere, hoc autem facit tactu, quare simul & patitur. unde ibi expositores dicunt mouens corporeum, cuius immobilitas quies, in mouendo mouetur. Sed tunc est contradictio, quia idem respectu eiusdem esset in potentia & in actu secundum idem contra Philosophum 8. physico. tex. cōmen. 40. & contra Cōmen. 3. de anima cōmen. 4. præterea motor non potest mouere nisi habet proportionem maioris inæqualitatis supra mobile, si igitur omne mouens in mūdo, moueretur ab eo quod mouet ex parte qua mouet superat, ex parte qua mouetur superatur ab eodem, quod non capit intellectus. Ad tollendam huiusmodi cōtradictionem dixerunt aliqui quod non incōuenit idem esse mouens & motū, et agens & patiens respectu eiusdem, sed non secundū idem, sed secundum diuersa, unde dico quod reactio nō fit per easdem qualitates, sed per diuersas, unde si ignis agit in aquā per caliditatem, aqua reagit in ignem per humidita- Cōtradi. in 3. physic. super tex. 16.

tem. Sed ista opinio stare non potest, quia Arist. in secundo de generatione & corruptione, in tex. cōmen. 24.d. quod omnia elemēta possunt adinuicem transmutari. & in tex, 25.d: quod differunt, in citius & tardius, quia in habentibus symbolum citior & facilior est transmutatio, et ex cōsequenti cum talia elementa habentia symbolum hebent contrarium solum unā qualitatem, & sicut in materia, & talis alteratio fiat per contactum, tunc talis reactio erit secundū easdem qualitates quod cōcedimus. Et ideo aliter dicendum puto ad præsentem contradictionē, ut locus iste requirit, nam materia ista pertinet magis ad librū primum de generatione et corruptione. Dico igitur quod omne agens corporeum cōmunicans in eadem materia, cū passo in agendo patitur, & hoc potest esse respectu eiusdem contrarietatis, sed hoc non erit eodem modo, sed diuersis. & hoc non inconuenit. dicit enim Cōmen. 3. physi. cōmen. 8. quod idem respectu eiusdem potest esse in actu et in potentia secundum duos modos, ut panis respectu corporis est in actu & in potentia. nam panis ut est in actu agit in corpus, ut uero est corpus in potentia patitur à corpore. similiter ignis ut est actu calidus agit in aquam ut est potentia frigida, sed ignis patitur ab aqua ut est potentia frigidus, aqua uero agit, ut est actu frigida. ecce igitur quod si agit et patitur, ignis, nō est eodē modo sed diuersis modis, nam agere & mouere actus sunt. 3. physi. 17

& primo de generatione & corruptione tex.cō-
men. 53. Moueri uero & pati alterius sunt prin-
cipij uidelicet materiæ et potētiæ, quia igitur paſ
ſio eſt ratione potentiæ & ratione materiæ quæ
ſubijcitur per potentiā, ideo quorum materia una
eſt talia dum agunt neceſſe eſt quod patiantur in
agendo, quia talis actio eſt per cōtactum, & cum
ſit communicatio in materia quæ eſt ſubiectum
contrarietatis per quam ſit actio de neceſsitate ſe
quitur dictum Philoſophi, quod omne tale dum
agit patitur. Sed ſi inſtetur quod idē reſpectu eiuſ
dem erit ſuperans, & ſuperatum, excedens, et ex-
ceſſum reſpectu eiusdem quod uidetur abſurdum,
nā ſi ignis agit per calorē in aqua habet propor-
tionē maioris inæqualitatis in frigiditatē aquæ,
ſi econtra aqua per frigiditatem reagit in calidi-
tatem, ſequitur quod frigiditas habet proportio-
nem maioris inæqualitatis reſpectu caliditatis, et
ita idem erit excedens & exceſſum reſpectu eiuſ-
dem. Amplius ſequeretur quod nunquā ignis poſ-
ſet aſsimilare ſibi aquam, ſi ita agendo patitur &
patiendo reagit. Et cōfirmatur quia agens & pa
tiens, aut ſunt adequata potentijs, & tunc nō pro
uenit actio, aut agens eſt maioris potentiæ, et tūc
mouebit, & non mouetur, aut eſt minoris, & tunc
mouetur & non mouet. amplius ſit motor agēs ſe
cundum ultimum uirtutis in paſſum aliquod per
longā diſtantiam, patet quod paſſum, per totā il-
lam diſtantiā non pōt agere in paſſum, igitur ali-

quid agit & nō patitur, dicit Burleus quod secun dum Aristo. & Cōmen. agens corporeum in materia conueniens cū passo, patitur in agendo non à toto, sed à proximo, & dicit quod non omne mouens mouetur, ut patet de primo motore, nec omne mouens corporeum mouetur à moto, ab eo, ut corpus cœleste, sed omne corpus communicans in eadem materia, cum moto dummodo materia sit receptiua formæ, qua agens agit, quod apponitur propter sensibile quod agit in sensum, sed nō patitur à sensu, et est motus alterationis per formam, & licet fiat per contactum, ut patet septimo physico. tex. commen. 12. nihilominus non fit reactio, quia tamen materia non est receptiua formæ contrariæ, ideo sensibile non patitur à sensu. & tunc ad illud de excessu dicit quod est secundum diuersas formas, sed illud stare non potest ut diximus, quia tunc non posset in elemētis symbolis esse reactio. Amplius si aqua frigida ponatur in calidā, patet ad sensum quod caliditas remittitur, & frigiditas etiam remittitur à caliditate. Paulus Venetus dicit quod quælibet qualitas est actiua, & paßiua, & ideo idem respectu eiusdem est agens & patiens, sed non eodem modo, licet sit secundum idem, quia mouens per formam eandem mouet ut est in actu per illam, & mouetur inquantum per eandem est in potentia, ut illa est paßiua, unde ignis per calorem agit & per calorem patitur, sed agit per calorem ut est actiua, & pa-

titur per calorem ut eſt paßiua, et ſimiliter eſt de aqua reſpectu frigiditatis, unde motor mouet ut eſt in actu, & mouetur, ut eſt potentia mobilis, licet igitur mouens moueatur à moto, nõ mouetur ab eo inquantum motum, ſed ut eſt motiuum, & motum mouet mobile non ut eſt mobile mouens, ſed ut eſt potentia motum. unde licet minus agat in maius, tamen agit à proportione maioris inæqualitatis, ex quo maior eſt potentia actiua minoris quàm potentia paßiua maioris. Iſta poſitio eſt cõtra principia philoſophiæ quod aliquid ſit in actu & in potentia per eandem formam reſpectu eiusdem, tunc enim rueret totus. 8. phyſi. Et demonſtratio Philoſophi in. 8. phyſi. tex. commen. 40. ubi habet quod totũ non poteſt per ſe mouere totum, quia tunc idem eſſet in actu & in potẽtia, rueret etiã ratio Cõmen. 3. cœli cõmen. 28. ubi habet quod elementũ non poteſt eſſe per ſe mouens & per ſe motũ ſecundum formam, quia cum moueat ſecundum quod eſt actu, & ſubiectum motus ſit ens in actu & quum non ſit in actu niſi per formam, tunc idem ſecundum idem eſſentialiter eſſet mouẽs et motũ, & in actu & in potẽtia unde licet ſecundũ Peripateticos idem ſit in potẽtia & in actu, tamẽ hoc non põt eſſe per ſe reſpectu eiuſdem, forma elemẽti per ſe mouet, ſed mouetur per accidens ratione materiæ, & ut eſt forma in materia. Dico igitur aliter qđ ignis inquantũ eſt in actu per caliditatẽ agit in aquã, inquantum aqua

est in potētia calida,sed aqua nō est in potētia calida ratione frigiditatis,quia ista potētia est paßiua,et unū contrariorum nō est receptiuū alterius contrarij,licet enim frigidum actu sit calidum potētia,hoc est ratione priuationis aunexæ quæ est in materia quæ non potest expoliari à contrarietate secundum totum,similiter aqua ut est actu frigida agit in ignem qui est potentia frigidus ,sed ignis non dicitur esse potentia frigidus loquendo de potētia priuatiua ratione caliditatis,quia tunc calidum remanens calidum potest recipere frigiditatem,sed est ratione materiæ quæ stat sub forma ignis calidi.et ideo primo de generatione tex. cōmen.43 .laudat Diogenem,*dicit,quod si non essent ex uno omnia non esset facere & pati adinuicem,& ideo* Aristo. *dicit quod est ista necessaria conditio in hoc quod fiat ista mutua actio & paßio,ut sit cōmūnis materia, quia per materiā communem utrunq; est in potentia,sed per formas diuersas utrunq; est in actu et utrunq; agit per illud quod est sibi proprium,& utrunq; patitur per illud in quo est cōmunicatio.unde* Aristo. *in primo libro de generatio.et corruptio.isto modo conciliat opiniones antiquorū, quidam enim actionem & paßionem dicebat fieri merito similis et quidā merito contrarietatis, ipse dicit quod cum totum uidere debuissent,partē uiderūt ambo. unde tex. cōmen . 50. determinat quod receptio est merito similitudinis,quia quæ patiuntur debent conueni-*

re in eodem genere,idest subiecto seu materia,& actio est merito contrarietatis, non igitur ignis per se agit & per se patitur caliditatem, ita quod caliditas sit per se,ratio per quam agit et per quã patitur,sed agit per caliditatem per se,et per eandem patitur per accidens,& quia omne per accidens reducitur ad per se, per se patitur ratione materiæ subiectæ calori sic non est inconueniens, quia dicit Cõmen. quod forma ut forma mouet,sed ut est in materia mouetur, quia motio paßiua est à materia non à forma, ita dic de aqua quod per frigiditatem per se agit in ignem,ut est in potẽtia paßiua per se per materiam secundum quam est potentia frigida & eadem aqua patitur, ut est in potentia paßiua per materiã per se ut est potentia calida,sed per frigiditatem aqua non est in potentia paßiua nisi per accidens. Sed ad difficultatem de excessu, dic quod quãdo contraria ita sunt adequata in suis potẽtijs, quod unum quantum potest agere in reliquum quantum alterum resistere non prouenit actio in hoc casu. unde Cõmen. in hoc sensu negat ambas qualitates esse æque potẽtes in summo in elementis, quia non proueniret actio. ut patet. 4. metheororum cõmen. 10. et ideo dicit Aristo. in primo lib. de generatione tex. commen. 89. & in secundo etiã tex. cõmen. 48. quod in mixtione quãdo cõtraria sunt adequata potentijs æqualiter, tũc transmutatur utrunq; in sui ipsius natura non enim generatur alterum, sed me-

dium cõmune.et ita etiã dicit Cõmen.in.2.de generа.cõmen.48. quòd mixtio contrariorũ non fit quãdo simpliciter alterũ dominatur super alterũ, neq; quando habent æqualem potentiam. si enim potentia alterius fuerit simpliciter dominans generatio erit dominãtis & corruptio dominati, & si fuerint æquales potentiæ, tunc non fiet altera forma, ut declaratum est in quarto metheororũ. ubi animaduerte quod non fuit opinio Commen. quod duo contraria æqualia in gradibus nõ possunt agere, ut multi ex ista authoritate male intellecta intellexerunt, quia hoc est contra sensum, quia calidum ut octauo potest agere in frigidum ut octauo sed sensus est quod ex talibus quæ sunt æqualia in potentijs non potest resultare forma media, quia oportet talem formam si debet prouenire quod declinet ad alterum cõtrariorum quod sit dominans dominati, quia non datur complexio ponderalis nec æquale ad pondus, unde sic intelligitur authoritas eius in quarto metheororũ in cõmen.10. quia & in.10.meta.commen.23. & in secundo colliget capit. ultimo & hic semper eodẽ modo loquitur, quidã enim ex illa authoritate in quarto metheororum colligunt secundum Auerroem non posse reactionẽ fieri secundum eandem contrarietatẽ, sed fallũtur. Sed opinio sua est ista quod quando elementa alterantur adinuicẽ si debet fieri mixtum, oportet quod alterum sit dominans, & alterum dominatum, sed propter hoc non

sequitur illud quod ipsi sibi imponunt, sed solum quod non possunt habere potentias æquales, nam semper unũ dominatur reliquis, et ideo mixtũ mouetur ab elemento dominante, & licet sint in gradibus, æqualia potentia tamen unius superat resistentiam alterius, nam ignis ut est actu calidus superat aquam quæ est potentia frigida, & similiter de aqua respectu ignis, ex quo sequitur quod licet ignis agat & patiatur ab aqua & in aquam, tamen plus proportionabiliter agit, quàm patiatur, aqua etiam plus proportionabiliter patitur quàm agat, si ignis dominatur & aqua est dominata, ut dicunt medici, secundum quod in conceptione fœtus mas & fœmina uterq; cõcurrit actiuæ & paßiuæ, tamen mas magis agit quàm patitur, fœmina uero magis patitur, quam agit, & tamẽ actio semper sequitur à proportione maioris inæqualitatis, unde si minus in gradu potest reagere in maius, multo fortius æquale, tamen cum hoc actio semper prouenit à proportione maioris inæqualitatis, quam habet potentia agentis supra resistentiam paßi, unde licet idem sit respectu eiusdem agens & patiens in actu & in potentia penes eandem contrarietatem, hoc tamen est secundum duos modos diuersos, & hoc nihil est inconueniens, quia potentia caliditatis superat resistentiam aquæ, & potentia frigiditatis superat resistentiam caliditatis, ista autem sunt diuersa, ut patet, & secundum diuersos modos,

Nota tamen quod licet expositores dicant hic, & præcipue Commen. *quod agens physicum ex quo agit per contactũ, necesse est quod patiatur ab eo in quod agit, hoc est uerum ubi est cõmunis materia, sed hoc non habetur ex isto loco. sed ex primo de generatione, ubi* Aristote. *hic loquitur uniuersalius quàm ibi ex hoc loco non habetur nisi quia mouens physicum mouet per cõtactum ex tactu motiui accidit quod patitur, sed ex hoc nõ habetur quod patiatur ab illo in quod agit, sed hoc habetur ex libro de generatione, ubi dicitur quod agens per contactum cõmunicãs in eadem materia cũ passo in agendo patitur ab id in quod agit, licet Cõmẽ. saluari posit, quia litera sua loquitur de motore in potentia, & iste est motor materialis. sed secundum literam* Alexan. *quæ est de eo quod mouetur non plus elicitur, quàm id quod diximus, quod id quòd mouetur, mouetur inquãtum est in potentia mobile, & omne tale cuius immobilitas est uera quies, cum moueat tactu accidit ex cõtactu, ut patiatur, idest quod in mouendo moueatur, sed ex hoc non habetur nisi quod omne corpus in mouendo mouetur, & sic est de cœlo quod mouet ista & mouetur, licet nõ mouetur à moto, sed à motore separato. ubi animaduerte quod cũ multiplex sit motus non eodem modo uerificatur ista propositio in omni motu, nam in motu locali absolute est uera, quod omne corpus localiter mouens aliud localiter mouetur, siue sit cœlum, siue*

sit aliud

sit aliud generabile, hoc enim probatum est in .7. physi. in principio: sed nõ intelligitur quod moueatur ab illo quod mouetur ab eo, sed sufficit quod moueatur ab alio, nam in hoc sunt instantiæ manifestæ, in oppositum nõ oportet si manus mouet baculum, ut baculus moueat manum, similiter cœlum mouet ignem motu circulari qualiscunq; sit, tamen cœlum non mouetur ab igne motu circulari, nec etiã est intelligenda propositio ista in motu locali, ut uoluit Pomponatius *in tractatu de reactione, in sectione secunda capit. 8. quod eadem specie motus quã aliquid mouet localiter aliquod sibi proximum, quod eadẽ specie cum moueat per contactum moueatur, ut si aliquod mouens, moueat aliquod ad dextrum ipse etiam mouetur ad dextrum, hoc enim falsum est in quã pluribus casibus, nam nõ oportet quod si homo mouet lignum motu tractus, quod homo motu tractus trahatur à ligno, similiter uapores in solis mouentur secundum angulos rectos sursum, & tamen sol non mouetur secundum lineam rectam, sed in circulum. amplius dextrum & sinistrum non constituunt speciem motus localis, sed sursum & deorsum, & circa medium: alij autem sunt motus compositi, unde licet mouens corporeum in mouendo moueatur, nõ tamẽ oportet quod moueatur ab illo quod mouet, nec uniuersaliter oportet quod licet moueatur quod moueatur eadem specie motus, sed sufficit quod mouetur localiter secundum genus. ita*

expresse dicit lucidissimus Themistius in primo de anima in capit. 17. ubi soluit rationes Theophrasti contra Aristot. Amplius non est necessarium in motu locali, ut mouens localiter moueatur semper ad eandem differentiam ad quam mouetur motum. Quia. 7. physi. tex. com. 10. attractio potest esse ad se & ad alterum, ubi Commen. dicit quod in naturalibus attractio est ad se, sed in uoluntarijs inuenitur utrunq;. Amplius Aristote. expresse determinat oppositum in 8. phy. in tex. commen. 38. ubi probat quod non est necessarium omne quod mouet moueri, quia hoc esset altero duorum modorũ, uel eadem specie motus, uel altera. Et ostendit impossibile esse utrũq; membrum, ut manifeste patet ibidem. d. enim quod si aliquid proijcit nõ est necessarium proijci secundum eundem modum proiectionis. Et mirum est de isto uiro quomodo ita delirat in limitatione istius propositionis. In motu autem alterationis distinguo, quia aut alterãs & alteratum cõmunicant in eadem materia, aut non, si non pono istã conclusionem quod non oportet alterans non communicãs in materia cum alterato in alterando alterari. patet de cœlo quod est primum alterans, & tamen non alteratur alteratione passiua, ut demonstratum est in primo cœli tex. commen. 20. & 21. si autem cũmunicat in eadem materia cum alterato dico quod refert dicere tale alterans in alterando pati, et dicere quod in alterando repatitur uel.

realteratur, stat enim aliquod alterans adeo fortis uirtutis, & intantum excedere potentiam passiuā alterabilis quod aßimilabit sibi in sui naturā à quo tamen non realterabitur, sicut gutta aquæ proiecta in maximum ignē extinguetur ab igne, & gutta uini proiecta in mari, patet quod ibi alterans non realteratur ab eo quod patitur, licet posset dici quod patiatur, quia actio est merito cōtrarietatis, et quia resistit sibi propter impedimētum contrarietatis, sic quodāmodo agens dicitur pati, quia ex contrario impeditur, & ideo temporaliter agit, tamen impedire non est mouere, neq; alterare. Dicit enim Arist. in 8. physi. in tex. commen. 32. quod repercussa sphæra à pariete non dicitur moueri à pariete, sed à proijciente per se loquendo. vt dicit Cōmen. in cōmen. unde potest contingere quod passum sit adeo debile quod non potest reagere, similiter patet quod non est necessarium omnia cōmunicantia in materia alterentur & realterentur in quocunq; tempore, quia cessante cōtrarietate desinet illa reactio, ut patet de elementis uenientibus ad mixtionē, quæ licet in principio propter contrarietatem inuentam alterentur uicißim, tandē cessante contrarietate, deueniunt enim ad aliquam mensuram secundum quam compati se possunt adinuicem, et sic cessabit actio, quia prouenit isto modo medium ex eis taliter alteratis quod uergit ad alterum, quod est dominās, unde stat quod cesset reactio uel propter de-

fectum proportionis potentiæ supra resistentiã, quia uirtus paßi est adeo debilis, quòd licet poßit aliqualiter impedire, quia retardat operationem agentis per aliquod tempus, nõ tamen sufficit ad agendum uel propter defectũ contrarietatis, quia stat quod aliqua in summis gradibus nõ se patiantur inuicem, & tamen in aliquo medio possunt, sicut tenet Cõmen. 5. physi. cõmen. 52. uel propter defectum proportionis, quia non est uictoria potentiæ supra resistentiam, unde non inuenitur ista propositio de reactione in cõmunicantibus in eadem materia intelligendo per reactionem cõtrario motu moueri, nisi in motu alterationis paßiuæ quæ fit merito primarum qualitatum, quia in motu locali, licet omne mouens localiter moueatur in mouendo, quia corpus est, non tamen est necessarium quod moueatur contrario motu ab illo quod mouetur ab eo, ut si aliquod mouet deorsum, quod ab illo moueatur sursum, immo nec eodem motu, ut dixi de intentione Philosophi secundum speciem. similiter in motu augmenti & diminutionis, istam reactionem quæ est ex contrario motu non est necessariũ, ut patet intuenti, licet enim augens patiatur, nõ tamen patitur motu contrario, quia uidelicet diminuatur, similiter in qualitatibus secundis non est necessarium, quod si aliquid albefacit aliquid quod ab illo nigrefiat, ponentes autem conclusiones in potentijs apprehensiuis & appetitiuis loquuntur extra propositum

& dilatant ubi nõ opus est, quia reactio concedi-
tur ratione materiæ communis, modo isti dicunt
duos oculos omnino similes agere & reagere ad-
inuicem, sed per aliud agant & per aliud patiun-
tur, quia agunt, ut sunt colorati, & patiuntur, ut
sunt diaphani, et dicunt idem agere in seipsum om
nino simile in actione spirituali quod tamẽ est con
tra Commen. 3. de anima. cõmen. 4. ubi uult illam
propositionem, omne recipiens esse denudatum à
natura recepti esse ueram in actione spirituali &
materiali; & habet utrobique pro inconuenienti
quod idem sit mouens & motum, & actu et poten
tia. Intentio igitur Philosophi non est de actione,
nisi uera quæ fit per uerã alterationem passiuã,
nam quauis contingere posit quod sit ista mutua
actio in uirtutibus apprehensiuis & appetitiuis,
non tamen est necessaria, quia multi uident et non
sunt uisi, multi amant & non sunt amati, similiter
sensibile agit in sensum actione spirituali & non
patitur à sensu, ut patet. quod autem aliqui in qua
litatibus primis negãt quod non sit differentia in-
ter agere & resistere, quod quantum agunt tan-
tum patiuntur, est contra sensum & contra Arist.
& omnes medicos, Auicen. enim in quarta fen pri-
mi, in capit. 2. dicit quod frigidum in fine calefa-
cere difficilius est, quàm calidum in fine infrigi-
dare, & Galenus in. 7. de ingenio sanitatis cap. 9.
dicit quod humida discrasia uel caliditati uel fri-
giditati associata facilis est curæ. Et ibidem capi.

10.ex discrasijs simplicibus deterior est sicca, ex compositis frigida & sicca, & quod caliditas sit minus restrictiua quàm frigiditas, colligitur ex mente Philosophi in primo Metheororum capi. 4.dicit quod confert ad celeritatem coagulationis aquã esse præcalefactam, unde qui iuxta pontum sunt ad piscium uenationes decidentes glatiẽ aqua calida circumfundunt calamis, propterea quòd citius coagulatur. causa aũt propter quam non potuerunt isti confessa uidere in experientia fuit, ut dicit Philosophus primo de generatione tex. commen. 7. Dicamus igitur idem in agentibus corporeis pati & agere modo prædicto, sed alia est agendi ratio, alia patiendi, actio ab actu primo à potentia est.

Cõtradi. in 4.physi.super tex. 31 ARISTO. In hoc tex. ut etiam lucidißimus Themistius uidetur dicere motus localis tria genera esse, uidelicet delationem, augmentum, & diminutionem. Sed huius oppositum habetur ex 5. physi, ubi dicitur in tex. cõmen. 18. motum esse in tribus prædicamẽtis, uidelicet in quãtitate, qualitate, & ubi, modo si motus augmenti & diminutionis esset generis motus localis solũ in duobus generibus motus natura saluaretur. Nisi esset quòd intentio Aristot. in præsenti loco erat ostendere quod locus non quæreretur nisi aliquis motus esset localis, ideſt per quem acquiritur locus & ad locum habet aliquam habitudinem, sed hoc dupliciter esse potest, uel per se & immedia-

te, & iste uere pertinet ad prædicatũ, ubi uel per uiam consecutionis, & isto modo motus augmenti qui per se est ad quãtitatem & decrementi per uiam sequele est ad locum maiorem uel minorem, cum autem motus localis qui in ubi spectat directe, alius rectus, alius circularis est, ab utroq; differt motus augmenti, ut pertinet ad locum, à recto quidem quia mobile per illum motum totaliter mutat locum, sed illud quod augetur mutat locum secundum partem ab eo uero qui circularis est, differt etiam, quia licet ambo mutent locum secundum partes, tamẽ partes moti circulariter semper mouentur in eodem loco, sed partes moti augmenti uel decrementi nõ semper mouentur in eodem loco, sed partes eius quod augetur mouentur ad locum maiorem, & partes eius quod diminuitur mouentur ad locum minorẽ, vt dicitur in primo de generatione & corrupt. in tex. cõmen. 25. Et animaduerte quod id quod augetur licet per se immediate moueatur motu augmẽti qui est ad quãtitatem; non tamen mouetur per accidens ad locum. sicut si dum aliquid augetur calefiat, aut frigefiat mouetur ad qualitatem per accidens, immo per se etiam mouetur motu locali, quia locus per se consequitur corpus quod augetur, quia omne tale corpus est cui per se debetur locus, sed qualitatibus nõ debetur locus per se, sed per accidens. Et hoc dicit Aristot. expresse in. 4. physic. in tex. cõmen. 45 ubi ostendens quomodo aliqua sunt in

loco per se, dicit ut omne corpus, aut secundum loci mutationem, aut secundum augmentum mobile alicubi per se, quod mouetur, igitur motu augmēti per se primo mouetur ad quantitatē per se non primo mouetur localiter. Sed tunc est difficultas quia quinto physi. ostenditur motū per se non ad motum, nec ut subiecti, nec ut termini, sed solū per accidens cōiungere potest ut unus motus terminetur ad alium. Soluitur stat aliquid esse per accidens respectu motus inquantum motus, quod non est per accidens respectu mobilis inquantum est tale mobile in specie consideratum. Sic in proposito in. 5. physi. qui est sermo uniuersalis de motu loquitur in eo quòd motus, tamen mobile quod localiter mouetur & quod augetur cum corpus sit ei debetur per se locus nō solum ut fertur, uerum etiam ut augetur, sed est differentia, quia ut fertur per se primo debetur sibi locus seu ubi, ut augetur per se primo quantitas, sed dum augetur per se primo localiter mouetur per se non primo modo prædicto. Sed tunc est difficultas quia tūc motus augmenti fieret in tempore & non per minima, quorū acquisitio est in instanti contra Auerroem in tertio physi. cōmen. 6. Respondetur quod opinio Cōment. est quicquid alij dicant fuit quod augmentatio à principio rei quæ augetur usq; ad statum non est unus numero motus, sed cōstat ex pluribus motibus & ex pluribus quietibus, unde sumpta una partiali augmentatione imaginor

quod trãsmutata & apposita noua materia in mẽbro, tunc anima membri extendit secundũ omnem dimensionem ipsum membrum, per quã extensionem per se primo non acquiritur raritas, nõ enim ista est rarefactio, ut imaginatus est Petrus Pomponatius in suo tracta. immo est augmentatio terminata ad qualitatem terminatam secundum tres dimensiones, & iste motus in tempore fit, & per se primo ad quantitatem terminatur & ad locum per se, non primo, quia isti motus non repugnant inuicem, ut in eodem tempore fiant. et ista est uia Auerrois in primo de generatione & corruptione, in cõmen. 38. ut alibi diffuse demonstraui. unde quod me mouet ad hoc est, quia Arist. hic enumerans illa quæ per se sunt in loco. d. quæ mouentur motu locali & augmenti. Si dicas est, quia subiectum motus est corpus tam localis quã augmenti. hoc nihil est, quia etiã subiectum alterationis eadem ratione corpus est, nõ potest enim alterari alteratione paßiua quæ est motus, nisi corpus, sed differentia est, quia quæ alterãtur non per se mouentur mutando locum, nec secundum partes, nec secundum totum, secus autẽ est de his quæ augentur, quia ista per se secundum partem mutant locum, aut maiorem ut quæ augentur, aut minorem ut quæ decrescunt. Sic enim Arist. increpauit Melissum asserentem principium infinitũ unum esse & immobile, nã quid prohiberet tam & si non posset moueri secundum locum, secundum totum quin

posset alterari. ut dicitur in. 1. physi. in tex. commen. 24. & in. 4. physi. in tex. cōmen. 62. alterationi enim non opus est locus.

Cōtradi. in 4. Physico. sup tex. 99

ARISTO. In quarto physicæ auscultationis in textu cōmen. 99. uidetur dicere motum esse cōtinuum, quia magnitudo super qua fit motus est continua. Sed huius oppositum arguebam per textum cōm. 23. in. 5. phy. ubi asserit quòd esto quod spaciū per quod fit motus non sit cōtinuū, dūmodo tempus in quo fit motus sit continuum, adhuc motus est continuus. Amplius autē dubitatur ibidem, quia uult tempus esse continuum, quia motus est continuus. sed quinto physi. d. motū esse continuū, quia tempus est cōtinuum. alter igitur sermo falsus esse uidetur, alioquin erit circulus. Eudemus ut asserit Simplicius in. 3. physicæ auscultationis tenet continuitatē motus esse èx spacio super quo fit motus. Straton autem non solum ex spacio, uerum etiam ex seipso motum habere cōtinuitatem asseuerat. Dicimus nos quòd continuitas motus ex pluribus causis uenari potest, & diuersimode quia & à priori, & à posteriori, à priori quidem ex parte mobilis & ex parte spacij, à posteriori uero ex parte temporis. unde Arist. 3. physi. tex. cōmen. 70. dicit quòd infinitum non eodem modo inuenitur in magnitudine, motu, & tempore, sed tempus est infinitū propter motū, & motus propter magnitudinem, ubi lucidissimus Themistius exponit per magnitudinem in qua alteratur, mo-

uetur, aut augetur, exponit subiectum motus. Omnis enim motus, aut localis, aut alterationis, aut augmenti in magnitudine quæ corpus est, tanquã in subiecto. & ita exponit etiã Cõmen. ibidem. & sexto physi. tex. 49. dicitur. secutum est autem omnia diuisibilia ab ipso mutãte, idest à subiecto motus quod mutatur, quia illud est diuisibile, ideo motus & tempus sunt diuisibilia, unde sine dubio potius continuitas mobilis est causa prima continuitatis & diuisibilitatis motus, quàm diuisibilitas & continuitas spacij. Dicit enim Themistius *quòd non omnis motus continuitas ex spacio est, alioquin motus equorũ in stadio laceßitus, & interruptus esset, sed non potest motus esse cõtinuus si mobile non fuerit unum & continuum. ut patet quarto physic. tex. cõmen. 34.* Amplius autem *motus circularis corporis continuus est, & tamẽ non dicitur esse in spacio, unde continuitas motus circularis est ex parte mobilis, licet in motu recto hoc poßit esse, quia ille dicitur in spacio esse. Scribit enim Cõment. in secundo cœ. & mundo in tex. cõmẽ. 46. spaciũ in circulari motu est magnitudo ipsius corporis, magnitudines enim in istis, scilicet in circularibus sunt, sicut in spacia in rectis.* Et ista est determinatio frater mi Aristo. *formaliter in secundo de generatione & corruptione, in tex. cõmen 62. ubi de cõposito mouet quæstionem istam utrum motus continuitas sumatur principaliter ex parte mobilis uel ex parte spa-*

cij seu termini, & concludit pro opinione nostra quam diffuse tenui in Theorematibus, qui ex parte mobilis, & tu uide si placet. Ad formam igitur contradictionis dico quòd dictū Arist. uerum est, sed non dicit illam esse causam primam & adequatam, ut iam probatum est. Ad aliam difficultatem dicimus tempus esse causam continuitatis motus in ratione mensure, quia tempus est numerus motus, & ad motus unitatem & continuitatem requiritur quòd sit unitas mobilis termini & tēporis, sed motus est causa continuitatis temporis in ratione subiecti et causæ, et hoc nō inconuenit. quod solutio nostra uera sit uide principiū cōmen. 99. ubi supplet defectū Arist. dicit enim Cōmen. quòd motus est continuus, quia magnitudo per quā fit motus est continua, & motum etiam est tale, quia requiritur alia causa, immo illa est prima. Nam Aristo. secundo cœli tex. cōmen. 47. demonstrat quòd stellæ cum sint partes orbis non possunt moueri per se orbe quiescēte, quia motus cœli sit cōtinuus, oportet quòd mobile sit unum & continuum, & ideo si partes eius essent diuisæ motus ille non esset, cōtra tamen motus potest esse cōtinuus, licet desinat rei, idest spacio parumper super quo fit motus, ut patet. 5. physi. tex. cōmen. 23.

Cōtra. li. in 4. physi. sup tex. 104. ARISTO. uidetur dicere (ut exponit Themistius) tempus esse quodāmodo numerum ex momentis collectum. Sed huius oppositū habetur sexto physi. ubi ostenditur quod tempus nō componi-

tur ex instātibus, sicut neq; linea ex punctis. Sol uitur tempus quodāmodo est discretum, & quodāmodo cōtinuum, si consideratur ut est numerus numerans, sic est discretum & mathematicum, & tunc sicut numerus causatur ex repetione unitatis indiuisibilis, & licet unitas ipsa indiuisibilis sit numerus, tamen resultans est quid diuisibile, sic eodem modo tempus, si consideretur ut est numerus resultans ex repetitione instantis indiuisibilis, ipsum tamen diuisibile est. Et hoc expresse dicit Themi. in præsenti loco quod instans est quodāmodo unitas tempori, tamen naturaliter tempus est numerus numeratus, et est ut sic causatum ex partibus diuisibilibus & cōtinuis, quia partes temporis sunt tempus. Et ideo Arist. in diffinitione temporis admonuit, intellectum esse numerum summi pro numero numerato qui est continuum & non discretum. licet Cōmen. aliter sentiat contra Themistius & male, ut alias declaraui, ubi dicit Themi. in præsenti loco quod differentia inter momenta respectu unitatis in hoc cernitur, quia momenta unam continentiām pariūnt, idest unum continuum efficiunt, sed unitas discretionem, molitur, idest faciunt unam discretionem, & hoc secundum Mathematicam imaginationem, ut dixi, unde momenta cōtinuant tempus & diuidunt, sed unitates solū diuidunt non continuant. potest etiā illud naturaliter intelligi, ut quo, nō ut quod, quia partes temporis continuarentur instanti, sed quæ

continuantur non sunt instantia; sed unitates nul lo modo sunt continuantia numerum.

Cōtradi. in 4. physi. sup tex. 105.

ARISTO. In hoc tex. uolēs aßignare causam unitatis & cōtinuitatis motus, inquit, & motus enim & loci mutatio una cum quo fertur, quia unum & non quodcunq; ens, & namq; si deficiat, sed & ratione. ubi uidetur dicere Philosophus quod ad hoc ut motus sit unus & continuus oportet mobile esse unum non qualitercunq;, sed secundum rationem, quod Argiropolus iuxta sensum transferens apertius dixit, inquit enim, nam motus ac latio una est, sane ipso quod fertur, propterea quod unū est, & non subiecto; sic enim intercapedines esse possunt, sed ratione. In textu autē immediate præcedente, scilicet. 104. oppositum, scribitur enim ibi, hoc aūt quodcunq; ens est, idem est, aut punctum enim, aut lapis, aut aliquid huiusmodi est, ratione autem alterum est, sicut sophistæ dicunt, & patet quod loquitur de mobili, quod licet in toto motu sit idem secundum subiectum continue, tamen est alterum & alterum secundum rationem, ubi est apertißime contradictio, propter quā diuus Thomas, & Latini omnes legunt istum locū negatiue, uolūt enim quod dicitur stare (sed non ratione) & sic nulla erit cōtradictio. Nos autem inuenimus locū istū in græcis codicibus affirmatiuum, & Argiropolus ita etiam transtulit, & lucidißimus Themistius, & Simplicius qui uerbotenus expositionem Themistij sequitur in præ

ſenti loco etiam affirmatiue legunt. pro quo debes ſcire quod mobile dupliciter conſiderari poteſt, uno modo quo ad ſubſtantiam ſeu ſecundum ſubiectum, & ſic mobile non eſt neceſſarium quod ſit ſimul cum motu, nec illa ratione dat unitatem, & continuitatē motui, quia ſi lapis moueatur poteſt interea quieſcere, & licet uerum moueatur, & ſit unus & idem lapis ſecundum ſubſtantiā motus, tamen ille non erit unus & continuus. oportet igitur id quod fertur ſemper eſſe unum ſecundum rationem ſecundum quā conſideratur, ut eſt cauſa motus, & hoc eſt in eo quod fertur, ſic enim eſt motus cauſa, unde ſi non interlaxat, ſed retineat iſtam rationē formalem in toto motu ſic motus erit unus & continuus, unde iſta ſunt uerba Themiſtij, eſt enim ideo iugis et una delatio, quia unum eſt quod fertur, unum inquam non ſimpliciter. Nam hoc quidē modo una res fuerit quæ monſtratur corpuſq; eſt qua lignum, qua ferrum, qua lapis, ſed qua defertur ideſt in eo quod in motu delationeq; eſt, quo reſpectu unum eſſe non poteſt, ſi motum diſtrahat interrumpatq;, tunc enim neq; continuus neq; unus fuerit, quāuis ſit id quod moueretur unum, ſed tunc & unus & continuus eſt, cum quod defertur in eo quod defertur, eſt unum, hoc eſt quū non interlaxat nec interquieſcit alioquin interpollādo prior motus deſtruitur, et à poſteriori abſcinditur atq; dirimitur, et ſic etiam ad unum dicit Simplicius. Sed quid tunc ad contra-

dictionē dicemus cum superius dixerit mobile in motu esse alterum secundum rationem. respondetur quod illa alietas secundū rationem est alia ab ista, ibi enim loquebatur de alietate rationis contingenti mobili ratione spacij super quo fertur. Nam Aristo. declarat hoc per exemplum, inquit enim, hoc autem ratione alterum est, sicut sophistæ accipiūt alterum corriscū in litio esse, & corriscū in foro. Sed in hoc tex. dum asserit quod mobile in motu uno & cōtinuo dicitur manere idem secundum rationem intellexit de ratione formali secundum quam est causa motus & continuitatis eius et est inquantū mouetur et defertur, sic enim talem rationem semper retinet in causando motum, uidelicet inquātum est in fluxu & delatione, quia non est causa motus immediata secundum sui substantiam, quia sic quiescere et deficere potest, & hoc aperte dicit lucidißimus Themi. in expositione textu. 106 ubi etiam Aristo. iterum dicit quod id quòd defertur semper est alterum. ubi di [illegible] *d sit alterū à se in eo quod* [illegible] *loco, & sic nul* [illegible] *diuersorum.* [illegible] *aßim circumfe* [illegible] *erarum Græca-* [illegible] *. In eodem textu* [illegible] *em inter nunc respectu* [illegible] *rtur respectu motus dicit* [illegible] *numerus motus, sic nunc est*

numerus

numerus eius quod fertur, postmodum uerò dicit ipsum autem nunc est, sicut quod fertur, ut unitas est numeri, & ita iacet litera ad uerbum, & Argiropolus ex præsumptione male transtulit, unde sensus est quod nunc est respectu temporis, sicut id quod fertur est causa lationis, et sicut unitas est respectu numeri, sic ipsum nunc quodammodo est unitas respectu temporis, & non uult in his uerbis Philosophus dicere quod nũc sit numerus eius quod fertur, sicut interpretatus est Argiropolus, neq; quod uelit Aristo. dicere nunc cum sit indiuisibile quodam non comparatur ipsi mobili in ratione numeri, cum numerus sit quid diuisibile, sed in ratione unitatis, interpretatus est diuus Thomas illum locũ, iam enim cõcesserat Philosophus numerum lationis, & numerũ eius quod fertur simul esse, & hoc quod est numerus lati, patet quod non est, nisi nũc. Sed sensus Arist. est, sicut legit lucidißimus Themistius, & Simplicius, & Commẽ. in cõmen. qui uolunt quod ipsum nũc quod est numerus translati ita se habet ad tempus, sicut unitas se habet ad numerum, ut quemadmodum uni[illegible]x sui reiteratione causat numerum, licet uni[illegible] quid indiuisibile sic instans sui repetitione [illegible]t tempus, licet instans sit quid indiuisibile. [illegible]e hæc sunt uerba Themistij, clarum est semet[illegible]tari tempus uicißim et momentum, ita ut si[illegible]tero neutrum poßit consistere. Est enim tem[illegible]rè de momentis constitutus conflatusq; nu-

merus, nam momentũ quodãmodo unitas est tempori, & sicut unitas repetitione alteratione'q; numerum facit, ita momentum reciprocatione & iteratione tempus, et quẽadmodum unitas quãquàm insectilis constituit, tamen numerum sectilem ita momentũ quod indiuisibile est inuehit tẽpus quod diuisibile est: cæterũ differẽtia noscitur quod momenta unam continentiam pariunt, unitas discretionem molitur. ita etiam scribit Commẽ. in commen. inquit enim cõmen. 105. instans quod est numerus translati ita se habet de tempore, sicut unitas de numero. deinde dedit modum secũdum quẽ aßimilatur unitati, & modum in quo differt, & dixit tempus enim est continuum. i. sed tempus continuatur per instans & diuiditur per ipsum, per unitatem uero diuiditur numerus, sed non continuatur, & instans continuat tẽpus cum accipitur pro termino cõmuni duobus tẽporibus, sicut punctus accipitur ultimum cõmune duabus lineis, et diuidit illud quãdo accipitur pro principio futuri & fine præteriti, ut declarabitur post bene &c. Sed tunc secũdum istam expositionem Themistij Simplicij & Cõmenta. insurgit magna contradictio apud Aristo. nam si instãs sui repetitione causat tempus, sicut unitas numerum, sequitur tempus componi ex instantibus, cuius oppositum demonstratum est in. 6. physi. confirmatur per Themistium dicentem, tempus esse numerum conflatum de momentis constitutum'q;. amplius Themi-

stius in præsenti loco subdit, plane continuant momēta tempus, ut dixi, sed & diuidunt quoq; eo modo quo motum suum mobile & delatile delationē, sed ad hoc patet solutio ex his quæ declarat Philosophus infra in tex. cōmen. 106. ubi uult quod tempus est numerus, non sicut eiusdem pūcti, sed sicut ultima lineæ magis, & non sicut partes, medio enim pūcto bis utetur cōquiescere continget, & tex. cōmen. 107. continuando. dicit quod nunc non est pars temporis, neque diuisio motus, sicut neq; puncta lineæ, sed sunt termini qui sunt semper interminato.

ARISTO. & Cōmen. dicūt in isto tex. commen. 108. quod in tempore non est accipere minimum secundum magnitudinem, sed solum secundū multitudinē. Sed opponebam ex tex. cōm. 39. secūdo de cœlo & mūdo, ubi dicitur quod uniuscuiusq; actus habet minimum tempus ad non excedere, et ibidem datur exemplum quod est dare minimum tempus, cuius non contingit in minori moueri cœlū, sicut neq; citharizare, neq; ire in quocūq; tempore poßibile. amplius nō est maior ratio de tempore, quàm de motu, sed in motu est dare minimū motum secundum magnitudinem. scribitur enim. secūdo cœli tex. cōmen. 28. quod minimus motus est qui est uelocißimus, talis autem est motus cœli qui est mensura aliorum motuum, in unoquoq; autem mensura quod minimum, ut dicitur ibi, & etiam. 10. meta. tex. cōmen. 3. et. 4. Soluitur con- Cōtradi. in 4. Physico. sup te. 108

ſideratio de tempore & motu duobus modis capi poteſt uno modo ſimpliciter, & ſecundum rationem generalem inquantũ, uidelicet ſunt continua, & inquantum motus aut tempus abſolute, & illa ratione loquitur de motu et tempore Ariſtote. *in libris phyſicæ auſcultationis inquantum, uidelicet motus inuenitur in corpore abſolute, & in eo quod motus.* Alio *modo cõſiderãtur ut ſunt applicata rebus ſenſibilibus determinatis per formas ſenſibiles & naturales, tunc dico quod tempus ſecundũ illam abſtractam conſiderationem non habet minimum niſi ſecundum multitudinem, non autem ſecundum magnitudinẽ, nam cum ſit de numero continuorũ et continuum ſit diuiſibile in infinitum ſub illa ratione non eſt dare minimum tẽpus, ſi aũt tẽpus fuerit cõſideratum ſecundũ contactã conſiderationẽ, ut habet mẽſurare motũ, & actus determinatos proueniẽtes ab agentibus naturalibus determinatis omniũ.n.natura conſtantiũ determinatus eſt numerus magnitudinis et augmẽti, ſic bene in tpe inuenitur minimũ, & ſic etiã inuenitur minimus motus, ut bene probatur ex obiectis, conſimilem ſolutionem ſequitur* Cõmen. *in.6.phyſi. in cõmen.15. ſicut poteris uidere.*

Cõtradi. in 4.phyſi.ſup tex. 112.

A R I S T O. *&* Cõmen. *dicunt quod tempori per ſe competit menſurare motũ.* Sed *huius oppoſitum colligitur à* Philoſopho *inferius in textu cõmen.118. ubi probans* Philoſophus *quod licet tempus ſit menſura quietis, nõ ſequitur ex hoc ut*

quiescens sit in motu, ex quo quiescens est in tempore, quia tempus non est motus, sed est numerus motus. ubi Themistius & Alexā. dicunt quod tempus est accidens motus, & nō sequitur quod si aliquid fuerit in accidente alicui quod propter hoc erit in illo, cui illud accidens accidit, non enim si quid fuerit in die erit in latione solis. & expresse Alexan. ut recitat ibi Simplicius dixit quòd tempori accidit mensurare motum est igitur apertissima cōtradictio sicut uides. Nisi esset quod per accidēs sumitur bifariam, uno modo ut distinguitur contra per se primo modo. alio modo ut distinguitur contra per se secundo modo. & tunc dico secundum Alexand. & Themist. quod substantia seu quidditas temporis consistit in numerato esse prioris & posterioris, ipsius motus secundū quod hoc est prius, et illud posterius et sic tēpus quidditatiue est numerus motus tantū et nō quietis, quietis .n. essentia non consistit in prioris alicuius ad aliquod posterius trāsitu, ut uterq; asserit, et ideo numerus in diffinitiōe tēporis sumitur pro numero numerato, sed tempus bene est mensura, non solum motus, uerum etiam quietis, quia mensurare est de accidentibus temporis, & non est de quidditate, est enim propria paßio eius secundum quam primo respicit motum & per se, secūdario & per accidēs respicit quietem quæ est motus priuatio, eadem enim mensura priuationis et habitus, licet non eodem modo, sicut est eadem potentia discre-

tiua lucis & tenebrarum, & soni, & silētij, & eadem est regula obliqui et recti. sic igitur si ly, per accidens, opponitur contra per se primo modo, dico quod mensurare motū non cōpetit tempori per se, sed per accidēs, unde intellectus potest quidditatiue intelligere temporis substantiam absq; hoc quod intelligat mensurationē respectu motus, potest enim intellectus diuidere quæ sunt cōmunia in esse, ut dicit Cōmen in. 12. primæ philosophiæ in cōmen. 39. sed si ly, per accidens, distinguitur contra per se secundo modo, sic dico quòd tempori non accidit mensurare motum, sed competit sibi per se & sic intelligitur dictum Arist. *in textu cōmen. 112. Sed tunc est difficultas, quia* Cōmen. *quarto physic. cōmen. 112. contra* Themisti. *uult quod numerus ponitur in diffinitione tēporis primo numero numerante, quia tempori per se competit mutare motum, motui autem mēsurare tempus cōpetit per accidens. & ideo ut inquit* Arist. *non possunt numeratū motus in tpis diffinitione, sed posuit numerū, &* Themi. *nō animaduertit ad hoc, tunc igitur si mensurare motū ponitur in diffinitione tēporis, male igitur dictū est hoc cōpetere sibi per se in. 2 modo, et quod intellectus potest intelligere quidditatē temporis abstrahendo à ratione mēsurationis respectu motus.* Dico quod de Auerroe *ego magis miror qui non aduertit iudicium, & uerba magistri, quàm de* Themistio *qui non animaduertit uerba sua, si hoc uerū esset,* Ari

ſto.enim uidens multiplicitatem illius nominis numeri poſita tẽporis definitione ſtatum admonuit nos quod cum numerus, alter ſit numerans, alter ſit numeratus, tempus non eſt tempus quo numeramus, ſed quod numeratur, ex quo ſequitur quod quidditas tẽporis conſiſtit in numerato eſſe prioris & poſterioris in motu ſecundum quod hoc eſt prius, & illud poſterius, quod autem tempus motum menſuret, hoc conſequitur temporis quidditatem, ſicut accidentia perſe conſequuntur ſubiectum, & hoc eſt quod multos uiros illuſtres decepit uſq; ad tempora noſtra, qui uidentes tempus non eſſe numerum numerantem ſimpliciter, quia ille eſt quantitas diſcreta ſolum ex unitatibus indiuiſibilibus reſultãs atq; compoſita, neq; eſt præciſe res numerata, ſed eſt quodammodo numerus numerans, et quodammodo eſt numerus numeratus, crediderunt propter concomitantiam inſeparabilem iſtarum duarum conditionum, quod ſicut unum eſt de quidditate tẽporis, ita ſit & reliquũ, dicit enim Cõmen. in quarto phyſi. in commẽ. 95. multotiẽs exiſtimatur quod illud quòd conſequitur rem ſit ipſa res, ſed eſt error, quia unum conſequitur tempus quidditatiue, aliud uero ſicut paſſio. et ideo bene dixit Alexan. quod quidditas temporis conſiſtit in numerato eſſe prioris, & poſterioris motus, menſuratio autem conſequitur ſicut accidens, unde equiuocatio decepit Auerroem & ſequaces Latinos qui in hac re oẽs allucinati ſunt

continuantur non sunt instantia; sed unitates nullo modo sunt continuantia numerum.

Cõtradi. in 4. physi. sup tex. 105.

ARISTO. In hoc tex. uolẽs aßignare causam unitatis & cõtinuitatis motus, inquit, & motus enim & loci mutatio una cum quo fertur, quia unum & non quodcunq; ens, & namq; si deficiat, sed & ratione. ubi uidetur dicere Philosophus quod ad hoc ut motus sit unus & continuus oportet mobile esse unum non qualitercunq; sed secundum rationem, quod Argiropolus iuxta sensum transferens apertius dixit, inquit enim, nam motus ac latio una est, sane ipso quod fertur, propterea quod unũ est, & non subiecto, sic enim interca pedines esse possunt, sed ratione. In textu autẽ immediate præcedente, scilicet. 104. oppositum, scribitur enim ibi, hoc aũt quodcunq; ens est, idem est, aut punctum enim, aut lapis, aut aliquid huius modi est, ratione autem alterum est, sicut sophistæ dicunt, & patet quod loquitur de mobili, quod licet in toto motu sit idem secundum subiectum continue, tamen est alterum & alterum secundum rationem, ubi est apertißime contradictio, propter quã diuus Thomas, & Latini omnes legunt istum locũ negatiue, uolũt enim quod dicitur stare (sed non ratione) & sic nulla erit cõtradictio. Nos autem inuenimus locũ istũ in græcis codicibus affirmatiuum, & Argiropolus ita etiam transtulit, & lucidißimus Themistius, & Simplicius qui uerbotenus expositionem Themistij sequitur in præ

senti loco etiam affirmatiue legunt. pro quo debes scire quod mobile dupliciter considerari potest, uno modo quo ad substantiam seu secundum subiectum, & sic mobile non est necessarium quod sit simul cum motu, nec illa ratione dat unitatem, & continuitatẽ motui, quia si lapis moueatur potest interea quiescere, & licet uerum moueatur, & sit unus & idem lapis secundum substantiã motus, tamen ille non erit unus & continuus. oportet igitur id quod fertur semper esse unum secundum rationem secundum quã consideratur, ut est causa motus, & hoc est in eo quod fertur, sic enim est motus causa, unde si non interlaxat, sed retineat istam rationẽ formalem in toto motu sic motus erit unus & continuus, unde ista sunt uerba Themistij, est enim ideo iugis et una delatio, quia unum est quod fertur, unum inquam non simpliciter. Nam hoc quidẽ modo una res fuerit quæ monstratur corpusq; est qua lignum, qua ferrum, qua lapis, sed qua defertur idest in eo quod in motu delationeq; est, quo respectu unum esse non potest, si motum distrahat interrumpatq;, tunc enim neq; continuus neq; unus fuerit, quãuis sit id quod moueretur unum, sed tunc & unus & continuus est, cum quod defertur in eo quod defertur, est unum, hoc est quũ non interlaxat nec interquiescit alioquin interpollãdo prior motus destruitur, et à posteriori abscinditur atq; dirimitur, et sic etiam ad unum dicit Simplicius. Sed quid tunc ad contra-

dictionē dicemus cum superius dixerit mobile in motu esse alterum secundum rationem. respondetur quod illa alietas secundū rationem est alia ab ista, ibi enim loquebatur de alietate rationis contingenti mobili ratione spacij super quo fertur. Nam Aristo. declarat hoc per exemplum, inquit enim, hoc autem ratione alterum est, sicut sophistæ accipiūt alterum corriscū in litio esse, & coriscū in foro. Sed in hoc tex. dum asserit quod mobile in motu uno & cōtinuo dicitur manere idem secundum rationem intellexit de ratione formali secundum quam est causa motus & continuitatis eius et est inquantū mouetur et defertur, sic enim talem rationem semper retinet in causando motum, uidelicet inquātum est in fluxu & delatione, quia non est causa motus immediata secundum sui substantiam, quia sic quiescere et deficere potest, & hoc aperte dicit lucidißimus Themi. in expositione textu. 106. ubi etiam Aristo. iterum dicit quod id quòd defertur semper est alterum. ubi dicit Themistius non quod sit alterū à se in eo quod defertur, sed quia est in alio & alio loco, & sic nulla est contradictio quia est respectu diuersorum. Et istud tene quia multi errores paßim circumferuntur propter ignorantiam literarum Græcarum, & deus sit dator auxilij. In eodem textu Aristo. ponens similitudinem inter nunc respectu temporis, & id quod fertur respectu motus dicit quod sicut tempus est numerus motus, sic nunc est

numerus

numerus eius quod fertur, postmodum uerò dicit ipsum autem nunc est, sicut quod fertur, ut unitas est numeri, & ita iacet litera ad uerbum, & Argiropolus ex præsumptione male transtulit, unde sensus est quod nunc est respectu temporis, sicut id quod fertur est causa lationis, et sicut unitas est respectu numeri, sic ipsum nunc quodammodo est unitas respectu temporis, & non uult in his uerbis Philosophus dicere quod nũc sit numerus eius quod fertur, sicut interpretatus est Argiropolus, neq; quod uelit Aristo. dicere nunc cum sit indiuisibile quodam non comparatur ipsi mobili in ratione numeri, cum numerus sit quid diuisibile, sed in ratione unitatis, interpretatus est diuus Thomas illum locũ, iam enim cõcesserat Philosophus numerum lationis, & numerũ eius quod fertur simul esse, & hoc quod est numerus lati, patet quod non est, nisi nũc. Sed sensus Arist. est, sicut legit lucidissimus Themistius, & Simplicius, & Commẽ. in cõmen. qui uolunt quod ipsum nũc quod est numerus translati ita se habet ad tempus, sicut unitas se habet ad numerum, ut quemadmodum unitas ex sui reiteratione causat numerum, licet unitas sit quid indiuisibile sic instans sui repetitione causat tempus, licet instans sit quid indiuisibile. Vnde hæc sunt uerba Themistij, clarum est semet cõmutari tempus uicissim et momentum, ita ut sine altero neutrum possit consistere. Est enim tempus ferè de momentis constitutus conflatusq; nu-

merus, nam momentū quodāmodo unitas eſt tem pori,& ſicut unitas repetitione alterationeq; numerum facit,ita momentum reciprocatione & iteratione tempus,et quēadmodum unitas quāquàm inſectilis conſtituit, tamen numerum ſectilem ita momentū quod indiuiſibile eſt inuehit tēpus quod diuiſibile eſt:cæterū differētia noſcitur quod momenta unam continentiam pariunt,unitas diſcretionem molitur.ita etiam ſcribit Commē.in commen.inquit enim cōmen.105.inſtans quod eſt numerus translati ita ſe habet de tempore,ſicut unitas de numero. deinde dedit modum ſecūdum quē aſsimilatur unitati,& modum in quo differt,& dixit tempus enim eſt continuum.i.ſed tempus continuatur per inſtans & diuiditur per ipſum, per unitatem uero diuiditur numerus, ſed non continuatur,& inſtans continuat tēpus cum accipitur pro termino cōmuni duobus tēporibus,ſicut punctus accipitur ultimum cōmune duabus lineis, et diuidit illud quādo accipitur pro principio futuri & fine præteriti, ut declarabitur poſt bene &c. Sed tunc ſecūdum iſtam expoſitionem Themiſtij Simplicij & Cōmenta· inſurgit magna contradictio apud Ariſto.nam ſi inſtās ſui repetitione cauſat tempus,ſicut unitas numerum, ſequitur tempus componi ex inſtantibus, cuius oppoſitum demonſtratum eſt in.6.phyſi.confirmatur per Themiſtium dicentem, tempus eſſe numerum conflatum de momentis conſtitutumq;.amplius Themi-

stius in præsenti loco subdit, plane continuant mo mēta tempus, ut dixi, sed & diuidunt quoq; eo modo quo motum suum mobile & delatile delationē, sed ad hoc patet solutio ex his quæ declarat Philosophus infra in tex. cōmen. 106. ubi uult quod tempus est numerus, non sicut eiusdem pūcti, sed sicut ultima lineæ magis, & non sicut partes, medio enim pūcto bis utetur cōquiescere continget, & tex. cōmen. 107. continuando. dicit quod nunc non est pars temporis, neque diuisio motus, sicut neq; puncta lineæ, sed sunt termini qui sunt semper interminato.

ARISTO. & Cōmen. dicūt in isto tex. commen. 108. quod in tempore non est accipere minimum secundum magnitudinem, sed solum secundū multitudinē. Sed opponebam ex tex. cōm. 39. secūdo de cœlo & mūdo, ubi dicitur quod uniuscuiusq; actus habet minimum tempus ad non excedere, et ibidem datur exemplum quod est dare minimum tempus, cuius non contingit in minori moueri cœlū, sicut neq; citharizare, neq; ire in quocūq; tempore poßibile. amplius nō est maior ratio de tempore, quàm de motu, sed in motu est dare minimū motum secundum magnitudinem. scribitur enim. secūdo cœli tex. cōmen. 28. quod minimus motus est qui est uelocißimus, talis autem est motus cœli qui est mensura aliorum motuum, in unoquoq; autem mensura quod minimum, ut dicitur ibi, & etiam. 10. meta. tex. cōmen. 3. et. 4. Soluitur con

Cōtradi. in 4°. Physico. sup te. 108

sideratio de tempore & motu duobus modis capi potest uno modo simpliciter, & secundum rationem generalem inquantũ, uidelicet sunt continua, & inquantum motus aut tempus absolute, & illa ratione loquitur de motu et tempore Aristote. in libris physicæ auscultationis inquantum, uidelicet motus inuenitur in corpore absolute, & in eo quod motus. Alio modo cõsiderãtur ut sunt applicata rebus sensibilibus determinatis per formas sensibiles & naturales, tunc dico quod tempus secundũ illam abstractam considerationem non habet minimum nisi secundum multitudinem, non autem secundum magnitudinẽ, nam cum sit de numero continuorũ et continuum sit diuisibile in infinitum sub illa ratione non est dare minimum tẽpus, si aũt tẽpus fuerit cõsideratum secundũ contactã consideratione, ut habet mẽsurare motũ, & actus determinatos prouenientes ab agentibus naturalibus determinatis omniũ.n.natura constantiũ determinatus est numerus magnitudinis et augmẽti, sic bene in tpe inuenitur minimũ, & sic etiã inuenitur minimus motus, ut bene probatur ex obiectis, consimilem solutionem sequitur Cõmen.in.6.physi.in cõmen.15. sicut poteris uidere.

Cõtradi. in 4.physi.super tex, 112.

ARISTO. *& Cõmen.dicunt quod tempori per se competit mensurare motũ. Sed huius oppositum colligitur à Philosopho inferius in textu cõmen.118. ubi probans Philosophus quod licet tempus sit mensura quietis, nõ sequitur ex hoc ut*

quiescens sit in motu, ex quo quiescens est in tempore, quia tempus non est motus, sed est numerus motus. ubi Themistius & Alexã. dicunt quod tempus est accidens motus, & nõ sequitur quod si aliquid fuerit in accidente alicui quod propter hoc erit in illo, cui illud accidens accidit, non enim si quid fuerit in die erit in latione solis. & expresse Alexan. ut recitat ibi Simplicius dixit quòd tempori accidit mensurare motum est igitur apertissima cõtradictio sicut uides. Nisi esset quod per accidẽs sumitur bifariam, uno modo ut distinguitur contra per se primo modo. alio modo ut distinguitur contra per se secundo modo. & tunc dico secundum Alexand. & Themist. quod substantia seu quidditas temporis consistit in numerato esse prioris & posterioris, ipsius motus secundũ quod hoc est prius, et illud posterius et sic tẽpus quidditatiue est numerus motus tantũ et nõ quietis, quietis .n. essentia non consistit in prioris alicuius ad aliquod posterius trãsitu, ut uterq; asserit, et ideo numerus in diffinitiõe tẽporis sumitur pro numero numerato, sed tempus bene est mensura, non solum motus, uerum etiam quietis, quia mensurare est de accidentibus temporis, & non est de quidditate, est enim propria paßio eius secundum quam primo respicit motum & per se, secũdario & per accidẽs respicit quietem quæ est motus priuatio, eadem enim mensura priuationis et habitus, licet non eodem modo, sicut est eadem potentia discre-

tiua lucis & tenebrarum,& soni,& silētij,& eadem est regula obliqui et recti.sic igitur si ly,per accidens,opponitur contra per se primo modo,dico quod mensurare motū non cōpetit tempori per se,sed per accidēs,unde intellectus potest quidditatiue intelligere temporis substantiam absq; hoc quod intelligat mensurationē respectu motus, potest enim intellectus diuidere quæ sunt cōmunia in esse,ut dicit Cōmen in.12.primæ philosophiæ in cōmen.39.sed si ly,per accidens, distinguitur contra per se secundo modo,sic dico quòd tempori non accidit mensurare motum,sed competit sibi per se.& sic intelligitur dictum Arist.in textu cōmen.112.Sed tunc est difficultas,quia Cōmen. quarto physic.cōmen.112.contra Themisti.uult quod numerus ponitur in diffinitione tēporis primo numero numerante, quia tempori per se competit mutare motum,motui autem mēsurare tempus cōpetit per accidens. & ideo ut inquit Arist. non possunt numeratū motus in tpis diffinitione, sed posuit numerū,& Themi.nō animaduertit ad hoc,tunc igitur si mensurare motū ponitur in diffinitione tēporis,male igitur dictū est hoc cōpetere sibi per se in.2.modo,et quod intellectus potest intelligere quidditatē temporis abstrahendo à ratione mēsurationis respectu motus.Dico quod de Auerroe ego magis miror qui non aduertit iudicium,& uerba magistri, quàm de Themistio qui non animaduertit uerba sua, si hoc uerū esset,Ari

sto.enim uidens multiplicitatem illius nominis numeri posita tēporis definitione statum admonuit nos quod cum numerus, alter sit numerans, alter sit numeratus, tempus non est tempus quo numeramus, sed quod numeratur, ex quo sequitur quod quidditas tēporis consistit in numerato esse prioris & posterioris in motu secundum quod hoc est prius, & illud posterius, quod autem tempus motum mensuret, hoc consequitur temporis quidditatem, sicut accidentia per se consequuntur subiectum, & hoc est quod multos uiros illustres decepit usq; ad tempora nostra, qui uidentes tempus non esse numerum numerantem simpliciter, quia ille est quantitas discreta solum ex unitatibus indiuisibilibus resultās atq; composita, neq; est præcise res numerata, sed est quodammodo numerus numerans, et quodammodo est numerus numeratus, crediderunt propter concomitantiam inseparabilem istarum duarum conditionum, quod sicut unum est de quidditate tēporis, ita sit & reliquū, dicit enim Cōmen. in quarto physi. in commē. 95. multotiēs existimatur quod illud quòd consequitur rem sit ipsa res, sed est error, quia unum consequitur tempus quidditatiue, aliud uero sicut passio. et ideo bene dixit Alexan. quod quidditas temporis consistit in numerato esse prioris, & posterioris motus, mensuratio autem consequitur sicut accidens, unde equiuocatio decepit Auerroem & sequaces Latinos qui in hac re oēs allucinati sunt

cum eo, quia non distinxerunt inter numerum & mensuram, crediderunt enim ista equipollere, sicut (inquit Alexander) crediderunt illi qui opinati sunt temporis diffinitionem esse imperfectã uolentes delere addi tempus esse numerum motus et quietis, ac si eadē esset ratio numeri & ratio mensuræ, sed longe decepti sunt, quia tempus solū est motus numerus, sed est mēsura utriusq;, uidelicet motus & quietis, licet diuersis modis, quia motum mensurat per se, & quietem per accidens, & ideo secundum uiam Alexan. et Themistij numerus positus in diffinitione tēporis quidditatiua stat pro numero numerato, quia illa tēporis quidditas & ista est uia eorum. et est uia Arist. ut mihi uidetur sine dubio, si quis autem uellet numerum positum in diffinitione temporis habere utranq; rationem uidelicet & numerati respectu prioris & posterioris primi motus, & numerãtis respectu cæterorum, quia est natura eiusdem, sicut natura entis ambigui, & res diffiniuntur sicuti sunt. est enim ut dicit Cõmen. quasi compositum ex duabus quantitatibus, uidelicet continua & discreta, & sic uidetur Cõmen. exponere diffinitionē illam. tunc stante illa uia quam communiter Latini sequuntur, dico quod illa diffinitio non est pure quidditatiua, sed est de numero illarum diffinitionum quæ dant quidditatem & esse, seu est de numero illarum diffinitionum quæ differunt situ à demonstratione, unde dico quod numeratio actiua competit per se

tēpori respectu cæterorum motuū, quia ipsa eius essentia consistit in numerato esse prioris et posterioris primi motus, & si Cōmen. intellexit illo modo bene intellexit et Latini cum eo, sed si intellexit quod utraq; ratio est de tēporis quidditate, credo ipsum male sentire, & Græcos melius intellexisse mentem & uerba Arist. ista enim distinguuntur, ratio numeri & ratio mensuræ.

ALIA contradictio est in tex. commē. 112. ubi Aristo. dicit quod tempus & motus se mutuo metiuntur, quia adinuicem diffiniuntur. Sed huius oppositū scribitur per Auerroem in. 4. physi. in commen. 67. ubi dicitur quòd tempus non potest imaginari sine motu, & motus potest imaginari extra tempus. et confirmatur quia motus ponitur in diffinitione temporis, sed tempus non ponitur in diffinitione motus, ut patet in tertio physi. tex. commen. 6. Nisi esset quod non fuit mens Philosophi dicere motum et tēpus adinuicem diffiniri, quia reciprocæ sumantur in suis diffinitionibus, sicut relatiua se inuicem diffiniunt, ut dicit Porphyrius in capit. de specie. & Philosophus in sexto topicorum. sed dicuntur se inuicem diffinire. i. determinare per uiā adæquationis, quia tempus adequatur extensioni motus, ita quod non excedit nec exceditur ab eo, ut dicit Comen. 4. physi. commen. 113. & ibidem commen. 99. dicit quod quantitas temporis sequitur quātitatem motus. s. quia est æqualis ei, noli tamen credere quod quan Cōtradi. super eo. tex.

titas temporis & quantitas motus sint duæ quantitates realiter distinctæ, & quod una sit fundata in alia, sed sunt una quātitas realiter & fundamentaliter, et nō distinguitur nisi formaliter, unde tēpus ultra motum, ut motus includit propriā sucæssionem, nihil aliud addit nisi rationem mensuræ formaliter, sicut bene ante nos notauit subtilis Scotus in.4.sententia.distinctio.48.q.2.

Cōtradi. in 4. physi sup tex.114.

ARISTO. *Dicit quòd tempus mensurat de motu utrunq;, scilicet quantitatem & esse, & hoc accidit motui, quia non habet omnes suas partes in actu, ubi uidetur quòd per accidens motus mensuretur à tempore quo ad quantitatem, et esse, sed in tex. cōmen.112. dicit oppositum quòd tempus per se mensurat motum, sed motus mensurat tempus per accidēs. Nisi esset quòd absolute loquendo uerū est tempus per se mēsurare tempus, quia substantia eius est mensurare motum modo supra declarato, sed sermo præsens est comparatiuus, quia differentia est inter tempus ut comparatur ad motum, & ut comparatur ad res permanentes quæ sunt sub tēpore, res enim temporales nō mensurantur à tempore nisi secundum esse, idest quantum ad duratione̅ earum, ut patet in tex. cōmen. 115. non autem mensurantur quo ad sui quantitatem. u.g, lapis quo ad suum esse, idest quo ad durationem & permanentiam sui esse mensuratur à tempore, sed lapidis quantitas mensuratur non à tempore, sed à cubito uel aliquo consimili, sed mo*

tus cum sit res successiua & nõ habeat omnes partes simul mensuratur à tẽpore, et quo ad sui quantitatem, quia ut dicit Commen. in commẽ. 113. cũ tempus fuerit imaginatum esse mensuram extensam per extensionem motus sic mẽsurat motũ per se, & adequatur ei, ut dicit Commen. in commen. 97. & mensuratur à motu illo modo per accidẽs. & tempus etiam mensurat motũ quo ad esse, idest quo ad durationem eius & fluxum suæ permanentiæ, & ita motui mensurari quo ad utrunque, scilicet quo ad quantitatem & esse accidit ex parte qua est ens non habens omnes sui partes in actu, sicut est spacium, & uniuersaliter, sicut sunt res permanentes.

ARISTO. *dicit quod cum tempus sit numerus quidam esse in tempore dicitur dupliciter, uel quod aliquid sit, tunc cum tempus est, uel tanquam in numero esse. In numero autem esse contingit dupliciter, uel sicut partem, uel sicut passionem, ut unitas & par & impar, quorum unitas est pars numeri, impar autem & superfluum sunt numeri passiones, sic etiam inquit in tempore nunc & prius & posterius, sicut enim illa numeri aliquid sunt ita hæc sunt aliquid tẽporis, unde quarto physi. tex. commen. 105. unitas ita se habet ad numerum, sicut instans ad tempus, sicut enim numerus est collectus ex reiteratione unitatis, sic tẽpus est numerus quidam collectus & conflatus ex instantibus, ut. d. etiam Themistius ibi. par au* Cõtradi. in 4. phy. sup tex. 115.

tem & impar & superfluum sunt de passionibus numeri, sic etiam prius et posterius sunt de passionibus temporis. unde Themistius expresse dicit quod sicut illa sunt accidētia numeri, sic hæc sunt accidentia temporis, patet autē quod hoc non intelligitur de unitate, quia unitas est pars numeri, sed de pari & impari & superfluo, igitur prius & posterius sunt passiones temporis. Sed ex aduerso uidetur quod sint differentiæ substantiales temporis, quia ponuntur in diffinitione eius. Soluitur quod prius & posterius quæ ponuntur in diffinitione temporis non sunt prius & posterius temporis, sed sunt prius & posterius motus primi, ut d. Themist. ad argumentum Galeni qui contra Aristo. inuectus asserebat enumeratis omnibus significatis prioris, nullus alius modus uidebatur congruere nisi prioritas secundum tempus & ita tempus diffiniebatur per tempus. Themistius autem & diuus Thomas & Commen. dicunt quod prius & posterius, ibi sunt prius & posterius primi motus. Et ex hoc poteris uidere quod sunt prius & posterius non sunt de quidditate motus, sed sunt accidentia motus, ut dicit Aristo. & Commen. in quarto physic. in textu commen. 99. sunt enim eadem secundum subiectum, quia quando cōsiderantur, ut dicit Commen. ut sunt in subiecto sunt partes motus, sed quando considerantur secundum diffinitionem & quidditatem sunt aliud à motu, quia motus est in quantitate, & prius &

posterius sunt in numero, tunc sic, sicut motus est in quantitate, ut mensuratur à tempore, sic etiam tempus ut mensurat motum est in quantitate, sicut dicit Commenta. in commen. 113. ubi declarat quomodo motus mensurat tempus, per accidens; tempus uero motum per se, inquit enim hoc accidit ei cum fuerit imaginatum esse mensuram extensam per extensionē motus quod intelligas quo ad extensionem durationis motus merito illarum partium quæ sunt successiue & non merito partium motus quas habet simul ad diuisionem mobilis, habet enim motus duplices partes. 4. physico. commen. 102. nam partes motus ex mobilis diuisione sunt secundum triplicem dimensionem & penes illas tempus non est mensura motus, sed solū quo ad partes successiuas, & ita tempus non est mensura motus nisi secundum longitudinem durationis tanquam linea successionis, & etiam sicut prius & posterius secundum quidditatem differunt à motu, sic prius & posterius secundū quidditatem differunt à tempore, sunt enim accidentia & passiones temporis, sicut par & impar sunt passiones & accidentia numeri. & ista est una solutio. Quia autē Themistius substinet etiā prius & posterius posita in diffinitione temporis posse recipi prout sunt differentiæ temporis, in illa solutione, ad argumentum Galeni, tunc secundum illam secundam solutionem esset magis difficile argumentum, & contradictio magis ualida, & tunc

iuxta illam solutionem oportet dicere quod uere & substantiales temporis differentiæ sunt nobis occultæ, & circũloquimur eas per suas proprietates. unde diuus Augustinus confessus est se ignorare temporis quidditatem, unde in hoc casu licet ad circunloquendum differentias occultas ponere consequentia & propria, sicut dicit Commen. in simili de qualitatibus elementorũ contra Alex. in. 8. meta. commen. 5. & alibi frequenter. & Auicen. in. 5. suæ metaphysicæ, & tu cogita.

Cõtradi. in 4. physi. sup tex. 117.

ARISTO. & Commen. *uolunt tempus esse causam corruptionis per se, quia tempus est numerus motus, & motus distare facit, generationis uero per accidens, tunc igitur uidetur generatio esse per accidens intenta à natura, & corruptio per se.* Huius autem *oppositum legimus in secundo de generatione & corrup. in tex. commen. 59. ubi* Aristo. *reddens causam continuationis & sempiternitatis generationis finalem, inquit, quoniam in omnibus inquimus naturam desiderare, quod melius est; melius est autem esse quàm non esse, ideo compleuit deus esse continuam faciens generationem, & ex consequenti generatio est per se intenta, & corruptio per accidens.* Nisi *esset quod effectus ad duo comparari potest ad instrumentum & ad agens principale, & tunc sine dubio in naturalibus simpliciter et absolute effectus dicitur per se, aut per accidens in ordine ad agẽs principale & non in ordine ad instrumentum, in-*

strumentum etiam dupliciter considerari potest, uel materialiter, uel in ratione instrumenti, quando consideratur materialiter non habet rationē instrumenti, sed agentis principalis, et tunc dico quod possunt oppositæ proprietates competere uni & eidem rei, dum est agens, & dum est instrumentum. & huius est accōmodatum exemplum de igne, nam ut dicitur secundo de anima tex. commen. 41. augumentum ignis apposito combustibili procedit in infinitum. sic enim Aristo. reprehendit ibi antiquos asserentes augumentum & nutritionem fieri ab igne, ut ab agente principali, sed secundum sententiam Aristo. ignis concurrit ut concausa & instrumentum, anima enim omnia operatur mediante igne. ut. d. Aristo. in libro de morte & uita. tamen ignis ut est animæ instrumē tum mouet ad certum terminum præfixum & naturæ cognitum. sic etiam est pariformiter quod motus natura simpliciter considerata distare facit, & ista est causa per se ablationis rei à sua substantia, ut inquit Commen. tamen motus ut est instrumentum regulatum à deo & intelligentia mouente habet per se intendere generationem, & per accidens corruptionem, non enim sicut diximus imposibile est oppositas & diuersas dispositiones competere rei, ut est agens, & eidem, ut est instrumentum.

ARISTO. diffiniens, repente, d. esse illud quod tempore non sensibili propter eius paruita- Cōtradi. in 4. physi. sup tex. 127.

tem eſt dimotum. Sed opponebam quia ex libro de ſenſu & ſenſato, omne tempus ſenſibile eſt ſuapte natura. Niſi eſſet quòd tempus iudicatur eſſe ſenſibile aut nō ſenſibile eo quod alicuius paſſio facta in eo ſenſibilis eſt, aut non ſenſibilis, & quia contingit alicuius paßionem aliquam fieri propter motus uelocitatem & temporis breuitatem inſenſibiliter, ita quod latet nos, illa ratione tēpus reſpectu illius dicitur inſenſibile iudicatur, ſed reſpectu alterius paſsionis illud tēpus ſentiretur, omne igitur tempus in ſe ſenſibile eſt, & ſic in libro de ſenſu loquutus eſt, ſed non reſpectu cuiuslibet pasſionis in eo factæ ſenſibile eſſe poteſt; & ſic ſumpſit hic. Aut aliter dici poteſt quod tempus hic ſumitur large pro termino tēporis quod eſt ipſum nunc indiuiſibile in tempore exiſtens, in quo ſunt termini mutationum et omnes inſtantaneæ mutationes, conſueuit nanque Philoſophus lato uocabulo tempus appellare confinium temporis ſeu ipſum inſtans quod idem eſt, & eſt ſolutio Alexan.

Cōtradi. in 4. phyſi. ſup tex. 128. IN eodem loco quarto phy. tex. commē. 128. dicit tempus eſſe per ſe cauſam corruptionis, quia tempus eſt per ſe numerus motus, omnis autem motus ſeu mutatio à natura remotiua eſt. & eandem ſentētiam habet Philoſophus in eodem quarto phyſic. in tex. commen. 117. Sed eſt in hoc duplex dubitatio, primo quia tempus eſt numerus primi motus qui localis eſt, motus autem localis

non

non abijcit à substantia. 8. physi.tex.commẽ. 59. & est limitatio etiam Auerr.hic in commen.128. ubi dicit quòd omnis transmutatio naturaliter au fert substantiam transmutati in quacunque specie fuerit transmutatio,nisi in loco. & ita ratio Ari= sto.non uidetur esse ad propositum. Amplius autẽ falsum uidetur quod motus etiam seu transmuta= tio per se sit causa corruptiõis, quia secũdo de ge nera.et corrup. tex.cõmen.59.semp naturam in omnibus desiderare quod melius est dicimus, meli us est aũt esse quàm nõ esse,& per consequẽs gene ratio quæ ducit ad eße est magis de intentione na turæ, quàm corruptio quæ ducit ad non esse. & confirmatur quia primo cœli. tex.commen.4.mo tus semper ex diminutione proficiscitur,& inten= tio eius est perfectio, sic enim ibi probatur quod corpus est magnitudo perfecta, quia non potest ferri in aliã ulteriorem, & per cõsequens motus potius est causa perfectionis,et bonitatis,& sapiẽ tiæ,quã obliuionis,et corruptionis,et insipiẽtiæ, cuius tamẽ oppositũ scribit Philosophus. Nisi es set quod refert considerare transmutationem & motum in se,& refert considerare ipsum,ut com= paratur ad intentionem agentis naturalis, cuius est instrumentum sub ratione qua est instrumen= tum,& tunc dico duo dicta, quorum primum est quod quilibet motus in se consideratus distare fa cit,id quod est.ut dicit Philosophus in tex. 117. seu à natura remouet rẽ pro quanto ratione eius

subiectum remouetur à forma sub qua erat, immediate enim quo aqua incipit calefieri ab igne incipit remoueri à frigiditate quæ erat sibi naturalis, & quia subiectum non potest expoliatum esse ab omni forma, ideo accidit quod quando subiectum uirtute motus seu mutationis remouetur ab una forma oportet quod transmutetur ad aliam formam oppositam, sed prima operatio de intentione motus & mutationis est remotio subiecti à sua dispositione, & quia ista est corruptio quædam, ideo motus & mutatio per se est causa corruptionis, generationis uero est causa per accidens, esse enim quod est terminus generationis est effectus per se & essentialiter agentis, aut generantis, siue illud sit natura, siue anima, siue intellectus. ut dicit Commen. in commen. presenti ubi innuit triplex agens, naturale quod est infinitum, animam quod est medium, & intellectum quod est supremum in ordine agentium, differentia enim est inter animam & intellectum, ut est uidere in primo de anima, ubi Aristo. reprehendit antiquos qui non distrinxerunt inter animam & intellectum, & similiter anima est supra naturam, ut alibi declaraui, si autem consideratur transmutatio & motus, ut est instrumentum agentis, cum agens naturale semper appetat quod melius est, & esse est melius, quàm non esse, sic generatio per se est à motu, & corruptio est per accidens. Ne uideatur igitur tibi mirum si opposita uerificantur de una

& eadem re sub diuersis respectibus considerata, scribit enim Commen.in.3.cœli & mun. in cõmẽ. 9.comparatio est accidens separabile à re,res autem non semper separatur à se secundũ enim quod est respectiuum habet dispositiones contrarias & infinitas, & secundum quod est essentiam non habet nisi unum,& est quasi sua essentia.Et ut tu melius possis capere hoc manducam intellectum tuũ per quoddàm simile,certum est quod in motu augmenti ignis concurrit secundum sententiã Philosophi ut concausa & instrumentũ,& manifestum est augmentatio non est ab igne inquantum ignis, quia augmentum ignis,ut dicit Philosophus.2.de anima, tex. commen.4.est in infinitum apposito combustili,sed ignis, ut est animæ instrumentum ducit ad certum terminum notum in natura, quia agit secundum exigentiam animæ quæ est agens principale, sic pariformiter debes imaginari de transmutatione quod oppositas habet dispositiones,ut absolute consideratur,& ut eadem refertur ad intentionem agentis,& hoc etiam pulchre notauit subtilis doctor in Theorematibus suis,inquit.n.actio cuiuscunq; quando ipsum fit instrumentum uariatur specie ab actione eius,ut principalis agentis,per hoc patet ad obiecta,quod licet tempus sit numerus motus,tamen est mensura nõ solum motus localis.uerum etiam aliorum motuũ qui à substantia abijciunt, & quia motus localis est causa aliorum motuum, ratione hac potest

Philosophus habere intellectum suum. Ad aliud patet quod concludit quod in ordine ad agens esse est magis intentum quàm nõ esse, siue sit natura, siue anima, siue intellectus, ut dicit Commen. in commen. Ad aliud primi de cœlo dico quod motus ille est imaginarius & mathematicus, & ille est ut res perficiatur, sic enim dicunt punctum fluentem causare lineam, lineam superficiem & superficiem corpus, sed motus naturalis qui est in rebus sensibilibus primo operatur remotionem & distare facit, & si operatur generationem & esse est per accidens inquantum subiectũ transmutatũ non potest remoueri ab una forma quin recipiat aliã, alioquin stare posset sine omni forma.

Cõtradi. super eo. tex.

ARISTO. hic & Commen. asserunt tempus potius causam esse obliuionis & ignorantiæ quàm sapientiæ & cognitionis. unde laudat & præfert sententiam Pithagorici pictoris asserentis tempus esse indisciplinabile, quia obliuiscũtur. Sed huius oppositum legitur in Themistio, in. 2. physi. super tex. 43. ubi dicit tempus esse & longam ætatem aptissimam ad indaginem ueritatis rationem atque efficacissimam, & hoc etiam dicit Commen. in sua media expositione in 2. physi. imitatus in eodem loco Themistij sententiam. Nisi esset quòd sermo Aristo. est comparatiuus, magis enim operatur obliuionem quàm scientiam, unde & in secundo de anima Aristo. increpat antiquos cur de deceptione & causa eius non conside-

rduerint, magis enim proprium est animalibus et plurimum tempus in hoc perficit anima, ubi Themist. d. in tex. commen. 151. quod ea quæ nouimus portione minima continentur si collata & comparata his fiunt quæ ignoramus. Sed sermo Themistij est simplex, nam ut inquit Auicenn. in tracta. 7. suæ prime phylosophiæ, ars quælibet in sui exordio est cruda & immatura, sed maturatur postea, & deinde paulatim decoratur & perficitur. idē dicit Arist. in primo meta. philosophiā balbutiendo incepisse. unde Arist. primo cœli 22. & in primo metheororum dicit, ex temporis longitudine putandum esse infinities philosophiam fuisse renouatam, & infinities easdem opiniones extitisse, & ista est uia eius.

ARISTO. absoluens primam quæstionem de illis duabus propositis in tex. commen. 130. in qua quærebatur utrum tempus esset circunscripta anima, inquit, quod cum tempus sit numerus motus, numerus autem duplex est. uidelicet numeratus & numerabilis, cum autem nihil aptum sit numerare, nisi anima & animæ portio, illa quæ intellectus appellatur, nisi anima esset, imposibile esset tempus esse. Sed huius oppositum habetur ex secundo de anima in tex. commen. 142. contra antiquos qui asserebant non existente sensu nullū esse sensile, ut non existente uisu non esse colorem, quia color cum sit uisibilis, et uisibile dicitur relatiue ad ipsum uisum non existente autem uno cor

Cōtradi. in 4. physi. super tex. 131.

relatiuo, nec alterum existeret Aristo. autem solauens eorum instantiam. d. eos peccasse per fallaciam æquiuocationis, quia in non simpliciter dictis loquuntur tanquam de simpliciter dictis, nam sensus et sensibile dicuntur dupliciter secundum actum et secundum potentiam, tamen licet dictum eorum sit uerum dum sumuntur secundum actum, quia si non sit uisus in actu, non est uisum in actu, quando autem dicuntur secundum potentiam dictum eorum non sequitur, quia licet non sit uisus in actu, posset tamen esse color qui est uisibilis in potentia, et hoc etiam expresse dicit Commen. in commen. inquit enim in eis autem quæ sunt in potentia non sequitur ut corruptio eorum et esse sit semper insimul. amplius est sententia Arist. in prædicamentis ubi habet quod sensus et sensibile non sunt simul natura, quia sensibile ablatum aufert sensum, sed non econtra. Forte propter istas rationes Boetus ut recitat Simplicius authoritate Alexandri in præsenti loco, et est authoritas etiã Themistij in sua paraphrasi uoluit sententiam Aristo. nõ esse ueram in hac solutione, inquit enim nihil prohibere numerum esse, dato quod non sit aliquid quod numeret, sicut potest esse aliquod sensile, dato quod non sit sensus. Hanc autem obiectionem Alexander et Themistius soluere cupientes isto modo absoluunt, dicunt enim quod ea quæ referuntur simul sunt, cum autem aliqua adinuicẽ referuntur dupliciter summi possunt actu uideli-

cet et potestate relatio autem dicitur fieri secundum eandem rationem ut quæ referuntur actu, ambo sumantur ut actu, et quæ potestate, ambo sumantur potestate, unde sensus in actu refertur ad sensatum in actu, et econtra. et similiter sensus in potentia ad sensibile in potentia, et econtra. Sic in proposito si non est numerans in actu non erit numerus numeratus in actu, et si non sit numeratum quod. d. aptitudinem, neque etiam potest eodem modo remanere numerabile quod etiam aptitudinē. d. licet possit remanere res illa cui accidit iste respectus numerabilitatis, tamen non remanebit sub ratione qua numerabilis quemadmodum si nō sit sensus in actu, non est sensatum in actu, et si non fuerit sensus in potentia, non etiam erit sensibile in potentia, licet remanere possit id cui accidit sensibile esse, sicut si non fuerit uisus in potentia non erit uisibile in potentia, licet remanere possit color cui accidit uisibilem esse, sed non remaneret in ratione uisibilis, sed sub ratione qua color absolute, ita licet sine eo quod numerat remanere potest numerabile, tamen numerabile remanere non potest nisi remaneret numeratiuum; cum autem ita sit motus esse potest, si nulla res remaneat quæ numeret, sed prius et posterius esse non possunt, ut dicit Themi. nisi numerentur atque monstrentur, si igitur tēpus monstratio prioris et posterioris constituit qui effeceris, ut sine actione animi tempus constet, immo ut asserit si bene per-

pendas, neque motus animo dempto remaneret, quia anima est fons et origo motus circularis qui est principium et causa cæterorum motuum ut asserit. Sed in hac solutione sunt maxime ambiguitates. nam tunc dictum Aristo. in secundo de anima non esset uerum, ubi. d. soluens rationem antiquorum quod licet sensus in actu sint simul et sensatum in actu, in his autem quæ sunt potestate locũ non habet; sicut etiã Cõmen. d. in com. modo per uos etiã in his quæ sunt potestate locũ habet, quia sensibile in potentia refertur ad sensum in potentia. amplius tunc uidetur dictũ Arist. in prædicamentis non esse uerũ, ubi probat quod nõ omnia relatiua sunt simul natura dans instantiã de scibili respectu sciẽtiæ, & de sensibili respectu sensus, quia inquit quod destructo sensu põt remanere sẽsibile, et destructa sciẽtia potest remanere scibile, sed dicã sibi quod est falsũ, et est purus error, quia si scibile ad scientiã referatur in actu sunt simul si in aptitudine etiam simul sunt & non sunt, sic.n. sunt relatiua. quod si sumant unum in aptitudine, et aliud in actu, tunc non est bona comparatio, unde licet destructa scientia in actu potest remanere id quod esse potest scibile, non tamen remaneret sub ratione qua scibile si scientia omnino desineret et actu et aptitudine, ut patet intelligenti, unde Porphyrius in prædicamentis corrigit dictum Aristote. ibidem, ut recitat Boetius, inquit enim uniuersaliter uerum esse in omnibus rela-

tiuis esse simul natura, unde neque sensibile est prius sensu, neque scibile est prius scientia, nam licet sensu gustus sublato, mel remanere poßet, non tamē remaneret ratione qua gustabile, et licet scientia sublata, substātiæ rerum possunt permanere, non tamen permanerent inquantum scibiles, quia omne scibile scientia scibile est. Mihi tamen uidetur pro defensione Aristo. dicendum esse quod dictum suum in secundo de anima sit uerum ad hominē, nam loquitur contra antiquos qui asserebant omnia entia consistere in apparentia & existimatione, et ad eorum opinionem sequebatur quidditates rerum cōsistere in actuali relatione, & quod omnia erant actu ad aliquid, sicut est uidere in quarto primæ philosophiæ ubi in tex. cō. 26. inquit qui dicit omnia quæ apparet esse uera omnia quæ sunt facit ad aliquid, et ibidem in tex. cōmen. 25. arguit quod si sensus & sensibile sunt relatiua, scilicet secundum esse, sicut dicebant antiqui, tunc non possent esse sensibilia sine sensibus, si enim non est nisi sensibile solum, nihil utiq; esset non existentibus animatis. sensus enim non esset, neq; igitur sensibilia, neq; sensationes, forsan uerum sentientis enim hæc paßio est, subiecta uero non esse quæ sensum faciunt, & sine sensu impoßibile, non enim sensus suimet est, sed est aliquid alterum præter sensum quod prius esse sensu necesse est, mouens enim moto prius natura est, et utiq; si adinuicem dicuntur, hæc ipsa nihil minus, ubi se

cundum Arist. in his quæ sunt relatiua secundum dici unum potest esse natura prius alio, sicut dicit de mouente & moto, quod licet inuicem dicantur, unum est natura prius reliquo, sed secundum sententiam antiquorum sensibile & sensus erant relatiua secundum esse, & sua substantia erat unum habere se ad aliud. hoc enim est quod facit his tẽporibus difficultatem, quia opiniones antiquorum non sunt famose, ut patet per Auerroẽ primo de anima. cõmen. 26. unde Alexan. in expositione illius tex. 25. quarti meta. expresse dicit illa esse dicta contra Protagorã qui dum sensibilia sola esse putaret in habitudine quadam sensus ad extrema sensibilia generari tradebat, quare quale cuiq; uideretur tale illi esse sensibile. et ibidẽ Alexan. dicit quod & si mouens & motum inuicem inter se referãtur & agens & patiẽs, & quatenus talia sunt simul existãt. natura tamen mouens efficiensq; prius est quàm motũ, et patiens sensibilia, igitur sensum præcedunt & possent esse, & si non sentirentur, sed secundum sententiã Protagore & sequacium sequeretur quod ablatis sensibus auferentur sensibilia. Beatus doctor tamen in illo loco dicit conformiter, dicit enim si solum sic est aliquid ut est sensibile, ut dicunt antiqui, sequeretur quod nihil esset si sensus non essent, & per consequens si non essent animata uel animalia, hoc aũt est impoßibile. nam hoc potest esse uerum quod sensibilia, ut sunt sensibilia in actu, quod ut sic non sunt

ſine ſenſibus, quia ſic ſunt, ut ſunt in ſenſu, & ſub hac ratione omne ſenſibile in actu eſt quædã paſſio ſentientis quæ nõ poteſt eſſe, ſi ſenſus non ſunt, ſed quod ſenſibilia quæ faciũt iſtam paſſionem in ſenſu non ſint hoc eſt impoſſibile, quod ſic patet, remotio enim poſteriori nõ remouetur prius, ſed res faciens paſſionem in ſenſu non eſt ipſemet ſenſus, quia ſenſus non eſt ſuimet, ſed alterius quod oportet eſſe prius naturaliter, ſicut mouẽs eſt prius natura moto, uiſus enim nõ uidet ſe, ſed colorẽ, & ſi cõtra hoc obijciatur quod ſenſus & ſenſibile ſunt relatiua, & ita ſunt ſimul natura, et interempto uno interimuntur aliud, nihilominus ſequitur propoſitum, quia ſenſibile in potentia nõ dicitur relatiuæ ad ſenſum quaſi ad ipſum referatur, ſed quia ſenſus refertur ad ipſum, ut dicitur in. 4. meta. in tex. commen. 20. Et iſta ſolutio concordat cum dictis Philoſophi in ſecũdo de anima in tex. commen. 142. & concordat dictis Auerro. ubi dicit quod licet ſenſus in actu & ſenſibile in actu ſunt ſimul, non tamen eſt uerum quando dicuntur ſecundum potentiam.

ARISTO. *quærit utrũ tempus habeat eſſe extra animam uel in anima, uidetur determinare quod cum tempus ſit numerus motus, ſi autem nihil eſt aptũ numerare, quàm anima, & animæ intellectus, impoſſibile eſt tẽpus eſſe, niſi anima ſit. Ex aduerſo autem eſt ſententia Auer. in. 4. phyſi. in tex. cõmen. 97. ubi dicit Ariſt. in tex. quod ſi eſ-* *Cõtradi. ſuper eo. tex.*

set idem instans omnino non fieret tempus, similiter si reputaremus ipsum esse idem non reputabimus tempus fieri, ubi Cōmen. notat quod ex istis uerbis demonstratur et significatur quod tempus habet esse extra animam, in hac instantia qui uult distincte uidere ueritatem oportet inspicere naturam numeri. nam in hoc cōsistit tota difficultas, quia ratio Philosophi concludentis tēpus non esse anima dempta cōsistit super hoc quod tempus est numerus & quū numerus, aut sit numeratus, aut numerabilis uterq; autem depēdet ab anima, ideo anima dempta non remanebit tempus. primo igitur uidendum est cum tempus secundum mentem Commen. 4. physi. commē. 109. id quod est quasi forma in tpe est discretio, quia est numerus, & id quod est quasi materia est continuatio, quia motus est, cuius tempus est numerus, oportet igitur uidere quid sit formale in numero. Ad hoc autē quidam dixerunt quod formale in numero est unitas, & hoc uidetur probari authoritate Philosophi in quarto physi. in tex. cōmen. 133. ubi dicit quod extra mensuram nihil aliud est quàm mensuratum, & totum mensuratum, nihil est quàm multa metra, ubi Cōment. dicit in cōmen. quod numerus nihil aliud est quàm unitates multæ, & unum non est aliud à numero. Et cōfirmatur, quia illud est formale in numero quo addito uel subtracto uariatur species & forma numeri, sed addita aut subtracta unitate uariatur species numeri, quare

antecedens patet ex octauo meta.7.tex.capi.10.
ubi dicitur quod species entium sunt sicut numeri.
ubi expresse dicitur quod addito aut ablato ali-
quo à numero uariatur species numeri. Sed ista
opinio non potest stare, quia materia et forma nõ
coincidunt secundo physi.tex.cõmen.70. sed uni
tates sunt partes materiales integrãtes numerũ,
igitur nõ sunt partes formales, unde sicut duo se-
micirculi sunt partes materiales circuli & nõ for
males, ita unitates in numero. confirmatur.7.me-
ta. tex.cõmen.35. partes materiales sunt distin-
ctæ à formalibus, & formales sunt natura prio-
res, & sunt quæ assumuntur in ratione & diffini-
tione, cũ igitur unitates sit materia & partes in-
tegrales, cõparatio enim partis ad totũ est com-
paratio materiæ ad formã secundo physi.tex.cõ-
men.31.&.7.meta.cõm.35. Alij dixerũt quod
determinata distantia ab unitate quæ est princi-
pium numeri est formale in numero u.g. distantia
determinata qua distat trinitas ab unitate consti-
tuit ternarium, & distãtia qua binarius distat ab
eadem cõstituit binarium. Sed ista positio stare
non potest, quia talis distãtia est per magis & mi
nus distare, et ista facit differentiam secundũ mul
titudinem & paucitatem, quia quæ minus distant
sunt pauca. & quæ plus sunt multa, sed multum et
paucum sunt accidentia numeri, sicut magnum &
paruum in continuo sunt accidentia, et non faciũt
differentiam in continuo secundum speciem an*

plius differre per distantiā est differre per respectus, et si iste species numerorū sunt absolute, quomodo igitur differūt per respectus, item effectus positiuus dicitur habere causam positiuā talis distantia dicit priuationem formaliter igitur &c.

Ioan. Bachonis in .2. sentent. distin. 2. q. 1. dicit quod cum ex mente Philosophi. 5. metaphi. tex. cōmen. 11. unū dicat formaliter indiuisionem, & quia omnis negatio reducitur ad suā affirmationem, omnis numerus unus quia est indiuisus in suo esse talis iudicio reducitur ad suam affirmationē, & est, quia quilibet numerus in se est semel tātūs, & ista est ratio formalis quæ est de substantia numeri, unde .5. meta. tex. commen. 19. sex est semel sex, non est bis tria, neq; ter duo, unde unitas dupliciter sumitur uno modo materialiter, & illo modo sumitur, dum dicimus binarium esse compositum ex duabus unitatibus, & ternarium ex tribus, & illo modo unitas non est forma numeri, sed materia seu pars integralis. alio modo sumitur unitas pro illa ratione formali per quam aliquid est semel tale, puta semel sex, uel semel tria, & sic tale est formale in numero, & est de substātia numeri, & per hoc patet ad argumenta superius quæ probant unitatem non esse formale in numero, quod procedunt sumpto unitatem primo modo, & non secundo modo. Et ad authoritatem Commen. soluitur quod numerus non est aliud ab unitate, uerum est integratiue loquendo de tali

bus unitatibus quæ ſunt materia numeri, ſed ultra illas unitates quæ ſunt, ſicut materia oportet imaginari unitatem quæ eſt, ſicut forma. Et ſubdit præfatus doctor quod unitas quæ eſt principium numeri quo, uidelicet quilibet numerus eſt ſemel tantus differt ab uno quod conuertitur cũ ente, licet utrunque dicat in diuiſionem, quia unũ quod conuertitur cum ente dicitur de omnibus modis unius poſitis in. 5. meta·tex. commen. 7. uſque ad. 12. ſed unum quod eſt principium numeri dicitur ſpecialiter, non enim dicitur de uno continuo, immo eſt modus oppoſitus illi. ſecunda differentia quia unum quod conuertitur cum ente non dicit diſpoſitionem additam eſſentiæ, ut. d. Commen. contra Auicen. 4. meta. commen. 3. & . 10. meta. commen. 8. ſed unum quod eſt principium numeri eſt accidens additũ, cuilibet enim rei accidit numerari. tertia differẽtia eſt quod unũ quod conuertitur cum ente eſt tranſcendens, & conuenit cuilibet rei, & nulli eſt menſura, ſed unũ quod eſt principium numeri eſt menſura cuiuslibet rei. Sed iſta opinio iſtius doctoris ſtare non poteſt, quia unum quod eſt principium numeri ſecundũ Commen. eſt unitas materialis quæ pertinet ad prædicamentum quantitatis, tale enim unum eſt accidens, & . d. diſpoſitionem additam eſſentiæ, ſed unitas formalis quæ conſtituit numerum in ſpecie per quam quilibet numerus eſt ſemel tantus non. d. diſpoſitionem additam eſſentiæ, immo talis

unitas constituit quidditatem & essentiam numeri, unde talis unitas formalis constituens speciem numeri insequitur ultimam differentiam numeri constitutiuam, & talis unitas est quoddam comprehensum sub uno transcendenter sumpto, sicut inferius sub uno superiori quod est commune communitate ad omnia analogice, unde æquiuocatio decepit uirum istum. nam Commē. uult quod unū quod est synonimum enti conuertitur cum ente, & non. d. dispositionem accidentalem in entibus, sicut uolebat Auicen. quod ens et unum essent accidentia addita essentijs rerum, sed unum quod est principium numeri prædicamentalis qui causatur ex diuisione continui, & in solis materialibus inuenitur tale unum est quod est accidens, & ita etiam unitas illa numeri discreta secundum mathematicam abstractionem est accidens additum essentiæ, & tales unitates sunt partes integrales numeri, & nulla talis est formalis, sed unitas formalis est insequens differentiam essentialem, ut diximus, & talis continetur sub unitate transcendente, & ista est uia Auerr. sine dubio. Secundum quod oportet uidere an numerus habet esse extra animam uel in anima, pro quo animaduerte quod Commen. quarto phy. commen. 131. dicit quod esse numeri non est in anima omnibus modis, quia tunc esset fictum sicut chimera & hircoceruus, sed esse eius extra mentem est in potentia propter subiectum proprium, & esse

eius in anima est in actu scilicet quando anima egerit illam actionem in subiecto præparato ad recipiendum illam actionem quæ dicitur numerus ubi per subiectum intelligatis obiectum, sicut plerumque sumit Philosophus, ut patet. 2. de generatio. & corru. tex. commen. 7. tale enim est aptū recipere actionem animæ terminatiue non receptiue, quia numeratio illa actualis est actio immanens & est in anima actu numerante. & ut possis bene intelligere, debes, scire quod duplex est numerus, mathematicus, uidelicet & formalis, ut elicitur ex sententia Commen. primo meta. commē. 38. & est differentia inter hos numeros, quia numerus mathematicus est forma abstracta à rebus numeratis, et est in anima solum inesse abstractionis, & non multiplicatur ad multiplicationē rerum numeratarum, de hoc numero loquitur Arist. in. 4. phy. in tex. commen. 132. ubi. d. quod numerus septem canum & numerus septem equorum est unus & æqualis, licet res sint diuersæ. Et etiam hoc idem repetit in ultimo textu illius tractatus tex. ca. 134. ubi dicit, quod bene dicitur quod numerus hominum & numerus canum est idem cum fuerit æqualis, numerus formalis est numerus determinatæ rei, ut numerus decem hominum, ut est hominum decem, & numerus linearum ut est linearum, & iste numeri formales sunt multiplicati & diuersificati, sicut formæ sunt diuersæ, quia tales sunt subiectiuæ in ip-

ſis rebus; uel ſunt illę res ſecundum diuerſas uias, hoc ſtante ſi ſumatur numerus in actu, quo anima actu numerat res numerabiles talis ut ſic eſt in actu in anima, extra animam autem non habet eſſe niſi in potentia, uidelicet, ut conſiderantur, res quæ ſunt aptæ natæ numerari, ſicut decem hominum numerus formalis eſt extra animam, quia talis numerus, licet anima non numeret illũ in actu, tamẽ ille eſt numerabilis ex natura rei ab anima, et ideo dato quod anima non eſſet in ratione actu numerantis, dico quod ille numerus formalis qui eſt ſubiectiue in ipſis rebus uel qui numerus eſt ſubiectum aptum natum numerari per animam remanent & habent eſſe in eſſe numerabili, & hoc eſt quod dicit Commenta. quod numerus habet eſſe extra mentem in potentia propter ſubiectum quod eſt aptum recipere illam actionem ab anima ideſt quod eſt aptum natum numerari per animam, ſed nunquid ſi anima deſineret eſſe non ſolum in actu numerans, uerumetiam & in potentia ſeu in aptitudine numerus haberet eſſe extra animam in potentia. Reſpondeo quod bene poſſet remanere fundamentum abſolutum, ſed non remaneret in ratione numerabilis, ſicut ſi guſtus deſineret in actu, poſſet remanere guſtabile in potentia, ſed ſi deſineret guſtus in apta, & aptitudine deſineret guſtabile omnibus modis, licet bene poſſet in illo caſu permanere mel, ſed non remaneret ſub ratione guſtabilis, ſic de uiſu deſtructo apta et

aptitudine, destruetur uisibile apta & aptitudine, sed bene illo casu posset remanere color, ita destructa anima ad imaginationem in ratione numerantis, non solum in actu, uerumetiam in aptitudine non remanere poßet. nec posset intelligi remanere aliquid in ratione numerabilis, quia sicut numerus numeratus dicitur relatiue ad numerantem, sic numerus numerabilis dicitur relatiue ad numeratiuum, ut dicunt expositores, & sic soluitur argumentum Boeti contra Arist. qui dixit dato quod anima dematur posset remanere numerabile, sicut dempto sensu potest remanere sensibile, uerum est quod destructo sensu in actu potest remanere sensibile in potentia quod non dicitur relatiue ad sensum in actu, quia sensatum in actu refertur ad sensum in actu, sed sensibile in potentia refertur ad sensum in potentia, & destructo sensu in potentia non posset remanere sensibile in potentia sub illa ratione qua sensibile, quia implicat contradictionem, licet bene posset remanere illud quod est sensibile, puta color, aut sapor, sed illud non remaneret, ut uisibile destructo uisu in aptitudine, nec illud, ut gustabile destructo gustu in potentia seu aptitudine. Ex hoc sequitur quod licet numerus sit quantitas discreta & quo ad suũ materiale sit ens absolutum, tamen illa quantitas ut numerata; aut numerabilis dicitur relatiuæ ad animam, aliter decisio Philosophi in textu nulla eßet, non enim inconuenit quod aliquid posit nu-

merari in diuersis generibus secundum diuersas rationes formales, ut dicit Aristo. in fine prædicamenti qualitatis, & est sententia eius Commen. in. 5. met. ca. de quanto, de magno & paruo quod uno modo sunt accidentia quanti, & alio modo sunt in capitulo relationis, ut unum dicitur in respectu alterius, & in hoc multi sunt decepti credētes numerum simpliciter esse rem absolutam, sed illud non est uerum ex omni parte, sicut diximus. His prænotatis deuenio ad quæsitum propositæ contradictionis qua quærebatur an tempus sit in anima uel extra animam, cum hinc inde uideātur authoritates & rationes ad utranque partem, dico quod cum tempus sit numerus motus dicendū, ita est de tempore, sicut de numero, pro quo animaduerte quod ut patet ex determinatis in hoc tractat. de tempore, tempus. d. duo, uidelicet numeratum esse prioris & posterioris primi motus passiuæ, uel secundum actum, & tunc dicitur numerus numeratus, uel secundum aptitudinem, & tunc dicitur numerus numerabilis, iuxta distinctionem Philosophi in tex. commen. 131. & dicit etiam rationem numerandi seu potius secundum græcos rationem mensurandi actiuæ, & hoc uel actu uel aptitudine suo modo, rectius enim tempus dicitur numerus motus quam mensura, quia non solum est mensura motus, uerum etiam quietis, ut dicunt expositores græci, sed nō est numerus numeratus aut numerabilis secundum prius

& posterius, nisi respectu motus tantum, & ideo diffinitur per numerum cõuenienter. et animaduerte secundum Alex. & Them. quod prima ratio quæ in passione consistit constituit temporis quidditatem, secunda uero est passio eius quæ dicitur in actione consistere, sed secundum Commẽ. in cõmen. 102. & 173. utraq; pertinet ad quidditatem temporis, licet prima per prius & secunda per posterius. sic enim uidetur mihi ipse intelligere in redargutione Themistij, & uidetur facere pro opinione eius tex. commen. 102. ubi Aristo. posuit temporis diffinitionem in qua dixit tẽpus esse numerum motus à signo probat numerũ esse tempus, quia omne per quod determinatur plus & minus de aliquo est numerus eius, sed per tempus determinatur plus & minus, de motu igitur tempus est numerus eius sed qui uellet tenere oppositum, habet etiam textum illum in secunda parte sui pro græcis quia Aristo. ibi statim ponit diuisionem numeri, uidelicet quo numeramus & quod numeratum est, & ita uult quod tempus sit numerus numeratus primo & per se. Dico igitur quicquid sit de hoc, quia satis supra de hoc dictum est tempus uidetur esse quoddam ens mediũ quia quoddammodo est ens naturale, & quodammodo est ens imaginabile seu mathematicum, & hoc est quod multi non potuerunt uidere in illo tractatu ante nostra tempora, & nisi sic dicatur nunquam per uitam meam possunt tot & tante

contradictiones tolli. Dico igitur cum quidditas temporis uel prima ratio eius quæ ad eius quidditatem spectat sit in numeratione passiua, uel secundum actum, uel secundum aptitudinem, sic tempus si sumatur ut est numerus numerabilis, est extra animam, & illo modo est ens naturale, & motus sumitur in diffinitione eius, sicut subiectũ in diffinitione proprie passionis, quia motus extra animam habet aptitudinem naturalem, ut possit numerari secundum prius & posterius, dato quod anima non esset actu numerans. & in hoc casu dic, sicut dixi de sensibili. si tamen poneretur casus quod anima desineret quo ad rationem numerantis, non solum actu, sed aptitudine, tunc dico quod nullo modo remaneret ratio temporis, quia tempus formaliter est numerus, & numerus ut numerus est, aut est numeratus, aut numerabilis, & omni modo proportionaliter refertur ad animam, tamen in illo casu remaneret motus, quia motus, ut motus non refertur ad animam numerantem nec numeraturam, & hoc uoluit dicere Commen. in 4. phy. in commen. 109. ubi dicit ad quæstionem quærentem cur cum tempus sit quodammodo continuum & quodammodo discretum potius fuit diffinitum per discretum, cum sit dictum tempus esse numerum motus, & soluendo d. dicamus ad hoc quod extra mentem non est nisi motũ, & motus & tempus non fit nisi quando anima diuidit motum per prius & posterius, & hæc est in-

tentio numeri motus idest motum esse numeratū, & ideo substantia temporis quæ est quasi forma est numerus, et quod est in eo quasi materia est motus continuus, si autem sumatur tempus ut est numerus actu numeratus ab anima secundum prius & posterius primi motus sub illa ratione non est, nisi in anima, quia numeratio illa actualis est actio immanens & non est nisi in anima, & illo modo uidetur mihi tempus esse ens imaginarium & mathematicum. dicit enim Commen. in. 4. phy. cōmen. 131. ista est dispositio entium naturalium ut habeant esse, licet ab anima non comprahendātur, & in. 7. met. cōmen. & tex. cōmen. 46. substantiæ sensibiles non diuersificantur quando diffiniūtur, & quando non diffiniuntur, sicut est dispositio in uisibilibus quæ non sunt magis uisibilia quando uidentur quàm quando non uidentur, & idem habetur ibidem in tex commē. 58. quod essentiæ rerum intelligibilium sunt existentes, licet non intelligantur. Et ex hoc scire potes Frater mi quod diffinitiones rerum dantur secundum aptitudinem & non secundum actum, quia si diffinitio temporis intelligeretur secundum actum, sensus esset quod tēpus est numerus numeratus in actu prioris & posterioris motus, sed per Auerroem numerus ut est actu numeratus est in anima & est ens imaginabile & non naturale, igitur diffinitio illa non esset naturalis, & ideo oportet dicere quod intelligatur secundum aptitudinem, quia illo mo-

do habet esse extra animam propter subiectum proprium quod aptum natum est recipere illam actionem, unde Cōmen. 4. physi. cōmen. 132. ubi d. res quæ sunt in mente non accipere motus in diffinitione illarum. Sed dices si diffinitio illa secundum actum est, quid quod considerari potest quæro à quo consideratur, non à naturali parte, quia tempus illo modo non est naturale, nec à mathematico, quia in illa diffinitione sumitur motus, & in diffinitione entium imaginabilium non sumitur motus nec à diuino, ut patet, quia ille non diffinit per motum, & est pulchra difficultas, sicut uides. Respondetur quòd si illa diffinitio illo modo intelligatur spectat, uel ad mathematicum, uel ad naturalem utentem mathematica abstractione & consideratione, nam sicut. d. Alexander in principio libri priorum naturalis inquam pluribus locis utitur consideratione mathematica, & quãdo dicitur in diffinitione entiũ imaginabilium nõ ponitur motus. Respondetur quod in casu, illa proprie non esset diffinitio, quia diffinitiões non sunt existentium in aliqua scientia, sed esset quædam notificatio, & tunc dico quod notiones mathematicæ, licet non sumant motum in entibus mathematicis qui est naturalis, possunt tamen sumere motum imaginarium similiter mathematicus non diffinit aliquid per motum tanquàm per subiectum, sicut facit naturalis in diffinitione temporis, tamen bene mathematicus posset diffinire per mo-

tum in ratione numerati inquantum numeratum abstractum, quia ratio numeri ut sic abstrahit in eo quod numerus est à materia sensibili, unde motus ut numeratus uel numerabilis absolute est res mathematica, sed ut est numerabilis secundũ prius & posterius motus existentis in primo mobili, sic est res naturalis, sicut dicimus in simili, quod eadem sunt lineæ naturales & mathematicæ. 2. phy. 18. si autem tempus sumatur quo ad secundã sui conditionem quæ est mensurare actiuè, sic dico quod habet quodammodo esse imaginarium, est enim adinstar & similitudinem numeri mathematici, qui ut. d. Commen. 1. meta. cõmen. 38. non multiplicatur ad multiplicationem rerum numeratarum, & secundum tale esse numerus habet esse abstractum in anima, isto enim modo docuit Aristo. nos imaginari tempus in tex. commen. 132. & 134. sicut est (inquit) idem numerus & æqualis septem canum, aut septem æquorum, aut decem ouium, & decem hominum, sic est unum tẽpus, licet res numerate non sunt eædem, patet autem quod ista non uerificantur nisi de numero mathematico, & ideo intellectus temporis in ratione qua est numerus mensurans omnes motus, & est unum & idem respectu omniũ non potest imaginari nisi secundum mathematicam abstractionẽ unde etiam in, 104. tex. dicit quod ita est de nunc in toto tempore, sicut est de puncto, ubi Commen. expresse dicit quod quemadmodum geometræ di-

cunt quod est unum & idem punctum quod per sui fluxum causat lineam, ita est de ipso nunc, unde sine dubio non potest motus imaginari mensurari à tempore, neque tempus à motu, nisi secūdum similitudinem dimensionis linealis, ut supra diximus. Et secundum istam considerationem uerificatur dictum Alexandri, qui dixit ut refert Simplicius quod numerus est in anima, intelligitur de numero in ratione qua est mensura, cui competit mensurare actiue in ratione instrumēti, quia quod principaliter mensurat est anima & de animæ potestatibus est animæ intellectus. & isto modo uerificatur dictum Boethi qui asseruit referente Themistio in digressione quod nulla mensura fit à natura, sed mensurare & numerare nostrū est opus, & animæ nostræ est functio, loquitur enim de mēsura & numero, ut est instrumentum per quod anima mensurat & numerat, & isto modo uerificatur dictum Auer. in commen. 131. quod esse numeri non est in anima omnibus modis. quia tunc esset ens fictum & falsum, sicut chimera et hircoceruus sed esse eius in anima est in actu, & esse eius extra animam est in potentia propter subiectum proprium quod est aptum recipere illam actionem. Et ex his frater mi patere potest tibi intellectus arduæ difficultatis non salute per Themistium, quomodo potest esse idem numerus in diuersis numeratis, cum numerus sit accidens, quomodo idē accidens, aut eadem affectio. Aristo. enim tempus

affectionem habitumq; motus appellat. Dicunt autem aliqui ad hoc & est Io. de Bachone quod accidentia sunt in duplici differentia, quædã enim ita se habent quod eorum unitas consistit in quadam determinatione ut determinata albedo est in determinato subiecto, & talia non habent nisi subiectum unum, sunt iterum alia quorũ unitas cõsistit in quadam collectione, sicut exercitus uel ordo, & ibi non tenet quin idem accidens possit esse in pluribus subiectis, & ita unus senarius qui est semel sex consistit in unitate collectiua, & ita potest esse in pluribus. Quod si dicatur quod unum in multis est uniuersale, & ita si numerus idem esset in multis, sequitur quod non esset numerus singularis, sed uniuersalis. soluunt quod illud quod est unum in multis per prædicationem est uniuersale, non autem unum, cuius unitas est, per collectionem est uniuersale, nam unitas domus & acerui in collectione & coniunctione partium consistit, & sic etiã.d.Herueus in quodlibeto.2.q.11. quod unum accidens discretum potest esse in pluribus subiectis & si dicatur quod tunc idem accidens esset in duobus subiectis, quorum unum est ultra mare, & aliud citra.d. hoc non inconuenire, sed bene hoc uidetur inducere quandam admirationem, coguntur autem isti ad istas solutiones, quia uidentes Aristo. collocare numerum in prædicamento quantitatis quæ à toto genere est ens absolutum, crediderunt numerum esse formam om

nibus modis absolutam, & cum sit accidens, & omne accidens sit in subiecto, ideo dixerunt numerum esse in diuersis subiectis, et ita non habēt pro inconuenienti quod unum accidens numero possit esse in diuersis subiectis secundum rem extra animam. Sed ista opinio procedit ex falsa imaginatione, quia si numerus diceret formam omnibus modis absolutam, tunc periret iudicium Aristo. in .4. physi. in tex. cōment. 131. ubi dicit quod cū tempus sit numerus motus, & numerus sit duplex, aut numeratus, aut numerabilis, & uterque in relatione consideretur & consistat, quia numeratus refertur ad numerantem, & numerabilis ad numeratiuum cū nihil numeret, uel sit aptum numerare nisi anima & animæ intellectus, sequitur igitur quod dempta anima non remaneret tempus. Amplius sequeretur quod dictum Auer. esset falsum quod esse numeri extra animam non est in actu sed in potentia. Amplius non maioris uirtutis est cōmunicatio formæ accidentalis quàm substantialis, sed impossibile est unam formam substantialem numero informare plures materias separatas, quarum una nō est pars alterius, nec cū alia facit unum, sicut patet ex processu Philosophi, et in primo & in .7. met. contra Platonē, igitur multominus unum accidens numero ; in actu potest esse in diuersis subiectis separatis. Amplius cum numerus sit accidens in diuersis subiectis existens separatis, tunc sequeretur quod unum acci-

dens potest diffiniri per plura subiecta, & tunc iterum sequitur quod cũ tempus sit numerus motus & numerus numeratus per uos sit in pluribus subiectis, igitur tempus habet plura subiecta, cõsequens est contra Commen. in 4. phy. in cõmen. 132. qui uult quod habitudinem formæ cum subiecto tempus non habet nisi cum primo motu, sed habitudinem numeri cum re numerata habet cum cæteris motibus, et quia numerus non est in rebus numeratis, sicut accidens in subiecto, ideo numerus non multiplicatur ad multiplicationem rerũ numeratarum, et per consequens numerus inquãtum numerus non fundatur in pluribus subiectis. Dicamus igitur quod fundamentum illorum falsum est. uidelicet, quod numerus sit simpliciter forma absoluta, & quando dicitur quod est in prædicamento quantitatis, respondetur quod est in eo quod quantitas est, sed in eo quod numerus est in prædicamento relationis, quia non inconuenit unum & idem esse in diuersis prædicamentis secundum diuersas cõsiderationes, dico igitur quod numerus extra animam habet esse in potentia in rebus numeratis uel numerabilibus, quia seclusa omni operatione intellectus, manus mea habet quinque digitos, & iste numerus quinarius extra animam inquantum resultat ex quinque unitatibus digitalibus est idem in re quod quinque digiti, sed si anima non fuerit in actu, iste numerus non est in actu, sed bene est numerus numerabilis in

potentia, si autem debet extrahi de potentia ad actu, hoc fit per opus animæ actu numerantis, & sic ille numerus est in anima in actu, & in rebus est obiectiuæ non subiectiuæ, si autem anima desineret in ratione numerantis actu & potētia, quinque digiti remanerent, sed non remanerent sub ratione numerabilis, sed in ratione qua digiti & quantitatem habentes, unde numerus extra animam illo modo seclusus nihil aliud est nisi res ille ad quas sequebatur aptitudo ad numerationem, bene igitur anima cessante in actu numerare, extra animā esset numerus numerabilis, & nil aliud est, nisi res ille quæ numerari sunt apte, sed ista aptitudo insequitur illas naturas in ordine ad animam, & secundum illam rationem habent unitatē potentialem quæ deducitur ad actum ab anima ipsa, quia nunquam possunt res esse in tanta multitudine & distantia quæ in ordine ad animam non sint apte recipere unam rationem, ut ab anima sunt comparabiles. Sic igitur frater mi intellexisti quomodo esse numeri est in potentia & non in actu extra animam, & quod hoc sit uerum ostenditur. nam Aristo. 7. met. tex. commen. ultimi. d. quod ista syllaba, ba, nō est idem quod b, & a, quia b, & a, possunt existere separata in rerum natura & tamen syllaba illa non est similiter; dico quod numerus binarius qui est in duobus hominibus nō est aliquid extra animam, nisi illi duo homines, & unitas unius non est unitas alterius, & ille sunt

unus binarius in potētia, sed binarius in actu apprœhenditur ab anima apprœhendente differentiam illam ultimam in potentia existentem extra animam in illis duabus unitatibus in potentia existentem, & sic est binarius in actu. unde differentia illa quæ importat unitatem formalē educitur in actu ab intellectu agente. Et *ideo animaduerte quod sunt quædam accidentia quæ consequuntur res absolute non per aliquam habitudinem ad animam, & talia sunt accidētia quæ habent esse perfectum, sicut est quantitas, & qualitas; et id genus, quædam uero quæ consequuntur res per comparationem quam habent ad animam, sicut esse sensibile, eße intelligibile, esse numerabile esse comparabile, & id genus, unde color insequitur corpus absolute, sed coloris uisibilitas non insequitur colorem, nisi ut habet habitudinem ad uisum. unde* Them. *in secundo de anima, cap. 22. in expositione tex. 66. inquit quòd uisibile uisu abiuncto non manet, nisi in potentia, at color etiam nunquam conspectus semper est color.* Et *ideo in hoc est differentia, quia accidentia quæ insequuntur subiectum absolute habent ex natura rei esse in actu perfecto sine opere animæ, sicut est color, & sapor, & odor, & id genus, sed accidentia quæ insequūtur subiectum in ordine ad animam non habent esse perfectum neque completum extra animam, sed solum habent esse in potentia, & unitas eorum extra animam est in potentia.* Et *de hoc*

genere frater mi est numerus, quia secundum suũ esse insequitur rem in ordine ad animam, quia numerus inquantum numerus est, aut est actu numeratus, aut potentia, & quomodocunque sumatur semper dependet ab anima suo modo, ut dixi, & ideo numerus extra animam non habet unitatem in actu, sed in potentia seclusa operatione animæ pro quanto extra animam sunt unitates in diuersis subiectis quæ numerari possunt, & efficere unum numerum in actu, aut in potentia numerabilem ab anima, unde numerus decem hominũ secluso opere animæ numerantis in actu est numerus numerabilis in potentia, & si anima non esset numeratiua, adhuc ille numerus non esset numerabilis, sed solum essent unitates ille absolute, quarũ quælibet esset in uno ex illis decem, sed non extra animam numerus numerabilis aliquod accidens subiectiuæ existens in rebus numeratis, sed præcise nil aliud est, nisi unitates ille rerum quæ numerari possunt, sic igitur decepti sunt isti uiri, quia crediderunt numerum formalem esse accidens absolutum distinctum à rebus numeratis & subiectiuæ existens in rebus numeratis, licet diuersis, & in quacunque distantia existentibus, sed non est ita per uitam meam, immo eße numeri extra animam est in potentia modo prædicto, & non est aliud nisi res quæ numerari possunt, unde numerus qui dicit accidens distinctum & abstractum à rebus numeratis est numerus mathematicus, &

ille

ille est in anima inesse abstractionis & non est in rebus numeratis, sicut accidens in subiecto, sed solum dicitur esse in eis per denominationē extrinsecam, quia ex quo anima per talem numerum abstractum in ipsa existentem numeratur illas res, ex hoc illæ res denominãtur numeratæ. Animaduerte igitur & bene considera, quia pauci admodum potuerunt pertingere ad hæc. Aduerte tamē in hoc tractatu maximā esse discordiā inter Græcos expositores & Auerroem, quia Græci uolunt quod licet Arist. dixerit tēpus esse paßionem quādam & habitum motus, per paßionem autem non intellexerūt quod sit paßio alicuius motus uel omnium motuum per informationem, sicut uult Commen. quod est paßio ut forma respectu primi motus, immo uolunt quod quidditas temporis est numerus numeratus prioris & posterioris omnium motuū, licet hoc principaliter uerificetur de primo, unde Themistius sic exponit tex. cōmen. 132. ubi Aristo. quærit utrum tempus sit numerus cuiusdam motus an cuiuslibet, & sub hoc intellectu procedit digreßio, quomodo non sunt plura tempora, sed uolunt quod tēpus habet mensurare omnem motum, et hoc est paßio eius. Sed dices si secundū Græcos numerus numeratus cuiuslibet motus tempus, igitur quot sunt motus, tot sunt tēpora. Respōdetur quòd iste numerus numeratus nō dicit aliquod accidens existens per informationem in rebus numeratis, sicut forma in subiecto, quia

tunc argumentum demonstraret, sed est in eis terminatiuæ et per denominationem extrinsecã, nam actio illa numerandi qua anima numerat prius et posterius in quolibet motu est actio immanens, & per illam denominantur numerata esse uel numerari illa priora & posteriora, & quia omnes motus cõueniunt sub ista ratione qua sunt apti numerari, quia non mensurantur nisi quantum ad quantitates eorum, ideo omniũ motuum æquales quantitates habentium est unus numerus & æqualis, bene tamen uolunt iuxta sententiam Philosophi quod hoc prius uerificetur de primo tanquàm de causa & regula omnium.

Cõtradi. in 4. physi. sup tex. 132.

ARISTO. Soluens quæstionem qua quærebatur utrum motus cuiuslibet uel cuiusdam tempus sit numerus, dicit quod cuiuslibet. Sed opponebatur per Themistium ex tex. in cõmen. 99. & 113. ubi Aristo. determinat prius & posterius in tempore esse ex priori & posteriori in motu, in motu autem ex priori & posteriori in spacio, cum autem tempus non sit numerus motus, nisi secundũ prius et posterius motus, et motus non habet prius & posterius, nisi à spacio, sequitur quod tẽpus solum sit numerus motus habentis prius et posterius ex spacio, sed talis non est nisi localis, igitur tempus solum est numerus motus localis. amplius autem cum motus localis alter sit circularis, et alter rectus, motus autem circularis non sit in spacio, sicut dicit Cõmen. in secundo cœli & mũdo. in

cōm.46.ſpaciū in circulari eſt magnitudo corporis, motus autē rectus proprie dicitur eſſe in ſpacio, ſequitur quod tempus erit ſolum numerus motus localis recti, aut ſaltem erit numerus eius primo & principaliter & non circularis, cuius oppoſitum ſcribit Philoſophus et Cōmen. quarto phyſi.tex.c.133.& Cōmen. in cōmen.132.& 133. et in cōmen.102.ubi uult quod ly, prius et poſterius, poſita in diffinitione tēporis ſtant pro priori & poſteriori primi motus, confirmatur quia motus augmenti & motus alterationis nō ſunt in ſpacio, & licet aliquis ut dicit Themiſtius poſſet hoc defendere in motu augmēti aliquo modo, quum illud quod augetur uideatur moueri à minori loco ad ampliorem, in motu tamen alterationis & generationis et corruptionis hoc dici nō poteſt, quia ſtat totum ſimul alterari in eodem loco quieſcendo. & ita iſtorum motuum tempus non erit numerus ſecundum prius & poſterius. Themiſtius aūt uidetur paucis innuiſſe ſolutionem, inquit enim, quo fit ut tempus ſolum motum localem principaliter menſuret, aut ſi cæteros motus mēſurat principaliter, tamē eo priore & poſteriore, non egeat quod à ſpacio ſituq; oritur, ſolutio autē ſub dubio relicta eſt ab ipſo. Cōmentator autem aperte dicit in cōmen.130.&.132. quod tempus non eſt numerus cuiuslibet motus niſi ſecundū prius et poſterius, quia prius eſt numerus motus localis quā aliorum, et de localibus prius circularis quàm re

cti, & de circularibus prius motus diurni quàm aliorum. Sed tunc restat alia difficultas contra Auerroem; nam cum motus diurnus sit primi mobilis quod non mouetur super spacio, neq; motus eius. ut dicit Alexāder sit in loco, quomodo igitur prius & posterius in eo sunt in tali motu à priori & posteriori in spacio. Amplius autem si motus augmēti et alterationis non habēt huiusmodi prius, quomodo igitur tempus erit numerus talium motuum. Sunt (sicut uides) grandes & mirabiles difficultates, à quibus uix solers ingenium potest euadere. Dicam tamen id quod occurit, quod consuetudo Arist. fuit in rebus naturalibus ex notioribus nobis deducere nos ad res occultas, uenaturus igitur Aristote. prius & posterius in successiuis in quibus non est situs, neque suum esse est, simul deduxit nos ex priori et posteriori existētibus in magnitudine cōcernentibus situm, ibi enim apparet quod mobile prius pertransit priorē partem spacij quàm posteriorem, & sine dubio motus iste localis, qui uere super spacio & in loco esse dicitur, est rectus, ex hoc autē ut notiori manuducit nos ut intelligamus proprium prius & propriū posterius, quæ sunt in motu, quæ non cōcernūt situm, nec simul sunt, immo uno existēte, aliud aboletur, unde motus habet proprios terminos quibus clauditur & sunt mutata & talem habent in motu proportionē qualem habent instātia in tempore, & qualem puncta in linea, quādo igitur in-

tellectus imaginatur quantitatem aliquam temporis coextensam quantitati æquali motus, quæ temporis quãtitas est terminata per duo instantia & adæquatur quantitati motus terminatæ per duo mota, ita quod correspõdeat terminus termino, et continuũ continuo, tunc dicimus tempus illud esse mensurã illius motus, & eodem modo quando per motum mensuramus motum, oportet ut anima sumat istam coaptationem motus respectu tẽporis, & eodem modo quando sumimus quantitatem magnitudinis & coaptamus eam motui, uel econtra, tunc per motum mensuramus magnitudinem, & per magnitudinem motum, tempus igitur prosequitur motum localem circularem primum, ut determinat etiam Philosophus in tex. cõment. 133. & mensurando aliquam partem motus per illam replicatam potest anima mensurare motum & totum tempus, ut supra dixi, & per illud etiam omnes reliquos motus secundario, quia omnibus motibus fluentibus secundum suã successionem ad instar lineæ correspondet unum tẽpus quod est præsens, seu nunc. Philosophus igitur plurimum de tẽpore loquens uerificat dicta sua de motu locali, quia motus apparet in eo, tum etiam quia ex natura rei prosequitur illum, alios uero secundario, et sic uerificãtur dicta Philosophi, unde nõ est necessarium ut omne prius in omni motu inuentum oriatur à priori habente situm, sed hoc de locali locum habet, ut diximus. Sed est alia instantia

introducta per Themiſtium ſi enim, ut inquit, tempus eſt cõmunis numerus omnis motus quem fieri poteſt ut ab ipſo motu pendeat eſſentia temporis, nam ſi neq; ab hoc neq; ab illo motu pendet tempus, neque ſimpliciter à motu pendebit, ſic in ſimili arguit Pilosophus in prædicamentis, inquit enim color in corpore eſt, ergo in aliquo corpore eſt, nam ſi non in aliquo ſingulorum nec omnino in corpore erit, oſtendit autem Themiſt. *conſequentiam; quia abſurdum eſt fingere idem eſſe prius & poſterius in omni motu. hoc enim eſt in quæſtione quomodo idem motum poßit eſſe in omni tempore, nam ſi unum ſit, aut genere, aut ſpecie, aut numero, ſi genere et ſpecie fuerit unum, erunt igitur plura numero, ſi uero fuerit unũ numero quomodo in rebus differentibus unum erit accidens et paßio una, unde ſi tẽpus præſens quod paßionem & accidẽs motus appellat* Philoſophus *eſt unum numero in omni motu unum accidẽs erit in pluribus ſubiectis, & ita unum conuerteretur in plura, & per conſequens deſineret unum eſſe, & ſic uidetur quod in diuerſis motibus ſunt diuerſa momenta.* Ex *aduerſo autem ſi non ſit unum motum in omni motu, tunc tẽpus nihil erit ipſius motus, conſequentia deducitur, quia nunc eſt menſura mobilis, & mobile quod eſt cauſa motus eſt unum in toto motu, igitur et nunc erit unum in toto tempore.* Ad *hanc autem quæſtionem dici poſſet poſſe unum eſſe tempus in omni motu corre-*

spondens, ut ait Philosophus in textu, commen. 134. sicut una est numeri forma qua numerantur decem equi & decem canes, sic uno tempore omnes motus numerantur, & hoc nil aliud est, nisi idē prius et posterius spectari in omni motu quod falsum est, quia non idem prius & idem posterius ex omni motu colligitur, nisi forte hoc referas ad nostram cognitionem, ut quibuslibet diuersas res eodem numero numerare, & tunc sequi uidetur tempus nullam habere soliditatem in natura quod Aristotelis uidetur concedere qui dempto animo asserit adimi tempus. nam uocare tempus mensuram, aut numerum putare, hoc ipsi fingimus nostrum est hoc opus, ut enim ait Boetus nulla mensura cōstituitur à natura, sed mensurare & numerare nostrum opus. & ideo ista, ut inquit Themist. non cursim, sed pensim late & diligenter sunt examinā da, unde sicut non temere est recedendum ab opinione Aristo. sic etiam non est leuiter assentiendum. Dicimus nos in hac ardua quaestione quod cum tēpus sit numerus motus, esse numeri, ut dicit Cōmen. non est omnibus modis in anima cōmen. 131. quoniam si esse eius in anima esset omnibus modis, tunc esset ens fictū, ut chimera & hircoceruus, sed esse eius extra mentē est in potentia, scilicet propter subiectum proprium & esse eius in anima est in actu, scilicet quādo anima fecerit illam actionem quae dicitur numerus. isto stante reuoca parumper in memoria id quod su-

pra dictum est, quod cũ motus habet duplices partes quasdã ex diuisione mobilis, & istas habet simul & quo ad istam diuisionẽ partium motus nõ mensuratur à tempore, nec sic tempus est in motu, ut motus est in mobili, & ut sunt cætera accidentia in suis subiectis, quia sic tempus multiplicaretur ad multiplicationem motuũ, sicut & reliqua accidentia illo modo inhærẽtia multiplicãtur ad multiplicationem subiectorum, habet iterum alias partes suæ succeßionis quæ non sunt simul, & illa succeßio imaginatur ad instar dimensionis linealis, et illo modo imaginatur tempus esse linealis quantitatis, insequens linealem quantitatẽ primi motus in ratione mẽsuræ, sicut formæ adæquatæ in subiecto adæquato, unde imaginari docuit Arist. quod sicut idem mobile causát per sui fluxũ motum, sic instans quod est mensura mobilis causat totum tempus, sub hoc autem instanti quod est idem secundum substantiam in toto tempore continẽtur omnes reliqui motus habẽtes propria instantia & proprias succeßiones, unde cum tempus sit numerus numeratus prioris et posterioris primi motus principaliter, & secũdario aliorum motuum propter causam aßignatã à Philosopho in tex. 133 quia rationes mensuræ non inueniuntur in tempore, ut habet mensurare nisi ut cõparantur ad primũ motum, quia ille est natura prior, & notior, & regularis, & uelocißimus inter omnes motus, & sic habet rationem minimi & in-

diuisibilis in illo genere, uidelicet mẽsuræ, tempus igitur quo ad subiectum suum est extra animam, quia res numerata quæ est prius & posterius primi motus principaliter est ens extra animam, tamen quando accipitur tẽpus in ratione qua est numerus actu numerãs motum aliquem qui est pars primi motus, & ut per illum taliter determinatũ à tempore anima numerat reliquũ tempus & omnem alium motum, sic dependet actu ab operatione animæ, & illo modo habet esse abstractum in anima, & separatum à rebus ad similitudinem numeri mathematici, quo anima actiuè numerat diuersas species rerum numeratarum per illam formam numeri abstractã, sicut dicit quod eodem numero numerantur decem canes, & decem equi, manifestum est quod hoc non est nisi de forma numeri abstracta in anima existente, & est illa forma numeri in anima saltem obiectiuè, et est una in se, licet respiciat diuersa subiecta quæ extrinsece denominantur numerata ab illa, talis enim forma numeri numerantis subiectiue non est in rebus numeratis. Eodem modo oportet te imaginari omnem motum quo ad suum prius & posterius subiacere in ratione rei numeratæ uel numerabilis ipsi tempori, ut est in anima in ratione numeri numerantis, quia omnes motus ueniunt sub una & eadem ratione in ordine ad tẽpus, sicut omnes panni in ratione qua sunt mensurabiles ueniunt in unam rationem, ut habent mensurari per ulnam, & hoc

est quod dixit Philosophus in tex.cõm.132.quod omnium motuũ simul terminatorum idem est tempus,licet unus sit uelox,alter uero non,et alter sit loci mutatio, alter uero alteratio, tempus autem idem est,quia tempus cum sit numerus istorũ motuum est idem & æqualis, & simul est idem motus localis & alterationis, non enim tempus mensurat motum sub ratione qua localis, aut alterationis, aut augmenti, aut ratione qua hic est uelox, aut tardus,sed ratione qua sunt quãti. sicut ulna, non est mensura panni,ut pannus est siricus,aut lineus, aut laneus, aut sub ratione uiridis uel albi, sed ratione qua quãtus, & sic omnes panni ut mensurabiles ueniunt & participant eandem rationẽ in ordine ad ulnam quæ est cõmunis mensura omnium. Aristote. quarto physi.tex.cõmen.119.dixit quod illud quod simpliciter mouetur non simpliciter erit mẽsurabile à tempore, secundũ quod quantum aliquod est,sed secundum quod motus ipsius est quantus,omnes igitur motus respectu suæ quantitatis fluentis ueniunt in unam rationem in ordine qua habent mensurari per tẽpus, licet hãc rationem participent secundum prius & posterius, ut dicit Cõmen. in cõmen. & ideo non oportet tempus multiplicari ad multiplicationem motuũ, quia tempus ut cõparatur ad omnes motus in ratione numeri numerantis est unum, licet res numerate secundum materiam sint plures, sed ut ueniunt in propinquam rationem qua numerantur,

aut numerari possunt reducuntur ad unitatem, sicut dictum est. Et secundum istam solutionem uerificatur dictum Alexandri asserentis numerum non esse in rebus numeratis, sed in anima, intelligitur enim de numero numerante in actu. & similiter uerificatur dictum Boethi asserentis mensuram & numerum à natura non esse, quia numerare & mensurare animæ nostræ est opus & functio propria, uerum est de numero numerante in actu quando anima per ipsum tanquã per instrumentum facit illam actionem, non autem ueritatẽ habet pro numero numerabili quod est res numerata, quia ille bene est extra naturam, nam numerus quinarius digitorũ manus meæ habet esse extra animam, & sic intelligitur dictum Auerro. in quarto physi. cõmen. 131. quod esse numeri non est in anima omnibus modis, quia tũc esset ens fictum, sicut chimera & hircoceruus, sed habet esse extra mentem propter subiectũ proprium, & tale est esse in potentia, & habet esse in anima in actu, quando anima egerit illam actionem in subiecto præparato ad recipiendum illã actionem. Ex quo sequitur quomodo tempus quodãmodo est ens naturale & mobile, & quodãmodo est ens mathematicum & imaginabile, nam quo ad esse in potentia quod habet extra animã in subiecto proprio quod est motus est ens naturale, pro quanto autem anima sumit ipsum in ratione formæ numeri per quẽ numerat aliquam partem primi motus, & per il-

lam mensurat etiam totum tempus et motus alios, sic habet esse abstractum in anima, sicut numerus quo anima numerat decem canes, & decem equos, & aliter non potest intelligi, dicit enim Alexander *quod abstractio mathematica in quam pluribus locis deseruit scientiæ naturali. unde* Aristo. *ut supra diximus isto modo manuduxit nos, ut intelligamus idem esse tempus præsens in omnibus, sicut est idem numerus æqualis in diuersis speciebus numerabilibus, & supra declarans quomodo sit idem instans in toto tempore, declarauit hoc per similitudinem per quam geometræ dicunt punctum per suifluxum causare lineã, & ut diximus cum tempus sit mensura motus nõ potest imaginari nisi pro quanto comparatur ad quãtitatem motus, quæ fluit secundum dimensionem lineæ, etenim non mensurat motum quo ad partes quas habet simul, sed quo ad partes quæ in successione longitudinali consistunt & imaginantur. aliter enim non potest intelligi, & sic habes quomodo in diffinitione temporis cadit motus, quia cadit ex parte qua est ens extra animam naturale et mobile in potentia propter subiectũ eius, licet forma eius in actu dum anima facit illam actualem actionem sit in anima numerãte, & sic patet quomodo cessante anima in ratione numerantis in actu tempus non esset in actu, sed solum esset in potentia propter subiectum propinquum, quod aptum est recipere illam actionem.* Sed *quid per*

imaginationem desineret anima quo ad rationem numerantis in actu & in aptitudine? an aliquo modo esset tempus, dico quod non, quia forma temporis cum consistat in hoc quod est numerus motus, numerus autem in eo quod numerus est alter, est numeratus, & alter est numerabilis uterq; suo modo dicitur relatiuæ ad animam, quia numerus numeratus in actu, dicitur dependere ab anima numerante in actu, & numerus numerabilis in potentia dependet ab anima numerante in potentia, ut patet in tex. cōmen. 131. Sic enim soluitur argumentum Boethi contra Aristo. ut dicit Alexander, & Themistius in illo loco. Et sic soluitur obiectio Themistij dubitantis quomodo potest idem nunc esse in pluribus motibus, accideret enim unū et idē accidēs esse in pluribus subiectis, & ita unū et idem debisceret in plura, & per cōsequens non remaneret unum. patet enim quod tēpus præsens quod est paßio quædam motus seu accidens nō est in pluribus, sicut albedo, & nigredo, quia per informationem & actualem inherentiam unum accidens impoßibile est esse in pluribus subiectis non communicantibus, sed dico quod esse temporis ut sumitur, ut habet esse in actu, in ratione qua est numerus numerans actu, est unum in actu, & si sumatur ut est numerus numerans potētia etiam est unum in potentia, & sic habet esse in anima numerante, uel actu, uel potentia proportionabiliter, tamen numerus pro rebus numeratis est multipli

catus,sicut sunt res numeratæ. Et ideo *animaduer te bene & considera quod numerus numerans nõ est forma absoluta, quemadmodum aliqui existimauerunt, alioquin falsum esset dictum* Philoso*phi quod anima dempta quæ est apta numerare auferretur tempus quod est numerus motus,numerus igitur pro rebus numeratis potest esse res absoluta,tamẽ numerus uel actu numeratus uel actu numerabilis importat respectum ad animam, uel actu, uel aptitudine numerantem. dicit enim Cõment.in quinto meta. commen.18.relatio accidit quantitati & cæteris prædicamentis*]..*sic enim dicit quod magnum & paruũ uno modo sunt paßiones quanti,& alio modo sunt in capitulo relationis, ut unum refertur ad aliud.* Ex *quo sequitur quod Cõmen. in uia sua habet mirabilem difficultatem, imaginatur enim quod tempus comparatur ad primum motum in ratione mensuræ mensurantis, eo modo quo mensurat forma in re',;quia uult quod est tẽpus paßio primi motus & non est paßio omnium motuum, alios uero motus respicit, sicut numerus respicit numeratum. nam dato hoc sequeretur quod si essent plures mundi essent plures primi motus,& per consequens essent plura tempora simul non cõmunicantia quod implicat contradictionem, quia multiplicatis subiectis multiplicarentur & paßiones & tanto magis augetur difficultas in uia eius,quia ipse tenet aliquã consequentiam esse necessariam,licet tam antece*

dens, quàm consequens sint impoßibilia, ut tenet in casu. quarto physi. cōmē. 93. Amplius autem cum secundum Philosophum tempus simpliciter sit numerus cuiuslibet motus & non unius, si motus primus mensuratur à tempore, sicut à forma, & alij motus ut à numero, tunc æquiuoce est ista mensuratio, & confirmatur quia Commen. uult quod in diffinitione temporis in qua dicitur quod tempus est numerus motus, ly, motus, stat pro quolibet motu, et uult quod numerus stat actiuæ, quia tempori per se competit mensuraræ motum contra Themistium, motui autem competit per accidens mensurare tempus, & ita illa definitio esset laborans in equiuoco, Amplius sequeretur quod primus motus proprie non diceretur esse in tempore, nec secundum totũ, neq; secundum partem, quia motum esse in tempore, est sicut mensuratum esse in numero, & est mensurari per tempus, ut dicit Philosophus in quarto physi. in tex. cōmen. 114. & 115. & 117. si igitur tempus ad primum motum non cōparatur ut numerus, sed ut paßio & forma, non igitur potest dici aliquo modo ille motus in tēpore esse quod est cōtra Philosophum quia Philosophus uult in tex. commen. 114. quod tempus mensurat motum in determinando quēdam motum qui mensurabit totum, sicut longitudinem cubitum in 133. in speciali dicit hoc de primo motu, nā quando per aliquā partem temporis mensuramus aliquam partem primi motus per illam mensuramus

totum, & etiam totum tempus & alios motus, & loquitur Aristo. de mensuratione actiua uniformiter & sine aliquo discrimine, sicut patet intuenti. Et per uitam meam sunt difficultates perarduæ à quibus non nisi solers ingenium potest euadere. Dico igitur glossando dictũ Auer. quod ideo dixit tempus esse paßionem primi motus, & esse mensuram eius, sicut forma rei quæ habet diffiniri per suum subiectum. nam prima ratio temporis consistit in numerato esse prioris & posterioris primi motus, & secunda eius ratio est quod est numerus numerans per se omnes motus, & quia propria paßio habet diffiniri per suum subiectũ talem habitudinem quæ sibi ex suo primo intellectu competit non habet nisi cum primo motu, & quia ille est unus, sic etiam tempus est unum, postquàm autem hæc est sua quidditas, tunc anima utitur eo in ratione mensuræ mensurantis per motũ numeri omnem motum & primum & alios à primo, ubi animaduerte quod tempus respectu primi motus habet duplicem habitudinem & paßionis, & hoc est temporis quidditas ut sit primi motus paßio quædam, et habet etiã habitudinem numeri numerantis primo & principaliter ipsum et secũdario alios, & quod istam habitudinem habeat cum primo motu, patet ex his quæ scribit Commen. in cõmen. 132. ubi dicit & debes scire quod licet tempus sit numerus cuiuslibet motus, non tamen eodem modo, sed secundum prius et posterius, quia numerat

alios

alios motus à motu translationis, quia numerat translationem, & si de modis translationis non esset nisi circularis, esset tēpus, et de circularibus ille qui est uelocioris circulationis, scilicet diurni motus, ecce igitur quod cum motu diurno qui est primus motus habet etiam istam habitudinem numeri numerantis, & ideo differentia illa est intelligenda cum præcisione, quia, uidelicet cum primo motu habet habitudinem passionis & hoc sibi prius natura competit & habet etiam habitudinē mensuræ mensurātis ipsum principaliter et alios secundario, sed cum cæteris motibus nō habet nisi habitudinem numeri ad numerata tantū, & isto modo potest saluari uia Cōmen. quomodo tempus mensurat partem primi motus, & per illum mensurat totum, & totum tempus & reliquos motus.

Et ex his soluitur aperta contradictio in dictis Auerrois, nam in cōmen. 132. uult quod tempus cum alijs motibus non habet comparationem, nisi numeri cum numerato quod non assumitur in diffinitione numeri, sed cum primo motu habet comparationem, sicut passio cum subiecto quod ponitur in diffinitione passionis. sed tunc contradicit sibi in commen. 102. ubi uult quod in diffinitione temporis in qua dicitur quod est numerus motus, ly, motus, supponit pro quolibet motu, sicut uidetur determinare Philosophus in tex. cōmen. 132.

Soluitur nam quando dixit quod numeratū non ponitur in diffinitione numeri exponēdum est, si

cui subiectū ponitur in diffinitione paßionis, quia numerus numerās non est in numeratis, sicut paßio in subiecto, sed est in anima inesse abstractiōis, unde bene numeratū potest sumi in diffinitione numeri numerantis, sicut correlatiuū diffinitur per suum correlatiuū, & sic animaduerte quod in diffinitione temporis sumitur quilibet motus, sicut numeratum in diffinitione numeri, ut correlatiuū per suum correlatiuū ex parte qua dicitur quod est numerus motus, ex parte autem prioris & posterioris sumitur primus motus, sicut subiectum tēporis, quia diffinitio illa, dicit quid & propter quid secundū uiam Cōmen. ut alias declaraui, hoc est igitur quod facit perplexum incrementū, quia tempus ad diuersa comparatum habet uarios & oppositos respectus. Ex prædictis autem poteris intelligere quod Cōmen. etiam habet dicere quod prima ratio constituens temporis quidditatem sit numerus numeratus prioris & posterioris primi motus, quia ut ipse concedit in cōmen. 132. si nullus motus esset nisi localis, & de localibus circularis tātū, et de circularibus ille qui ē uelocioris circulationis, et est ille qui est motus diurni adhuc esset tēpus, et patet quod in illo casu non esset numerus numerās per se alios motus, ab ipsa igitur ueritate cogetur dicere, sicut dicit Them. quod numerus positus in diffinitione temporis stat pro numero numerato principaliter, & non pro numero numerante, nisi secūdario, quia Philosophus in li-

terā dicit illud, unde prius natura oportet tempus esse aliquid formaliter, et deĩde quod adueniat sibi ratio mensurādi, sicut ulna prius natura dicit aliquid positum in se, et postea dicit rationē actiuam per quā mensurat, cum igitur tempus sit, & in numerato esse, & in numerare, prius natura est ex numerari, quā per numerare, & cōnumerare, aut est paßio eius, ut dicit Alexā. aut si est de quidditate eius, hoc non est ex principali, sed secūdario, ut uidetur uelle Cōmen. nec uideatur tibi mirum quia completus tēporis intellectus non ex re simplici depēdet propter sui difformem naturam, sicut sepe dixi.

PHILOSO. dicit quod motus alterationis & augmenti & generationis non possunt esse regulares. Sed huius oppositū habetur quinto physi. tex. cōmen. 45. ubi dicitur quod quilibet unus & cōtinuus indifferenter potest esse regularis & non. Soluitur per Auerroem ibidem quod sermo ibi est de motu, inquantum motus est, et sic alterationi & augmento non repugnat inquantum motus sunt quod poßint esse regulares, sed ut de facto sunt in rebus sensibilibus, secus est, sic dicit Cōmen. in simili dubio, in sexto physi. cōmen. 15. Cōtradi. in 4. phy. sup tex. 133.

ARISTO. In quinto physi. tex. commen. 7. scribit quod transactio de non subiecto in subiectū secundum contradictionem generatio est. Sed obuiabam quia nutritio inter contradictoria non fit per medium, sed trāsitio de non esse ad esse per me Cōtradi. in 4. physi sup tex. 7.

dium fieri solet, ut testatur Philosophus in quinto de generatione animalium capit. primo. Soluitur inter non esse & esse absolute non est medium, & talia sunt extrema contradictionis & generationis, sed inter non esse simpliciter, & esse in actu secundo quod est esse perfectum mediat actus primus, & ita Arist. dicit aliter transire ex pura priuatione ad actum secundum per actum primũ, qui secundo de anima est, sicut somnus et sciẽtia. actus uero secundus est sicut uigilia, & sicut considerare, & illo modo Aristo loquitur ibi asserens quod transitio de nõ esse ad esse per medium fieri solet, quæsiuit enim ibi utrum in prima animalis generatione somnus præcedat uigiliam, an uigilia somnum, et asserit, propterea quia somnus talis sua natura esse uidetur, ut uiuendi & non uiuendi interliminium est, et neq; omnino sit qui dormit, neq; nõ sit, uiuitur enim potißimum propter sensum. sed si animal habere sensum, necesse est & tunc primum est animal cum primum cõtingit sensus primã illã dispositionem non somnum, sed similem somno putandum est &c. ibi uult actum primũ mediare inter non esse & esse, in actu secundo & perfecto.

DICIT Philosophus quòd solus Plato generat tempus. Huius tamẽ oppositum manifeste deducitur ex his quæ scribuntur in. 12. primæ philosophiæ in tex. cõmen. 30. ubi dicitur quod Leucippus & Plato semper dicũt motum extitisse, sed tempus apud Platonem nihil aliud est, nisi motus

& reuolutio totius completa, ut dicitur in quarto physi. in tex. cõmen. 93. patet autẽ quòd si posuit motum esse æternum quod posuerit etiam tempus esse æternum propter quod quidam defendentes Platonem dicunt non dissentire in sensu ab Aristo. unde dicunt Platonem tenuisse mundum & motũ esse æternum, sed ideo dixit mundum generatum, quia partes mundi præcedunt natura ipsum non tempore, ut scribit Cõmen. in primo cœli cõmen. 105. & 106. & si ita esset Aristo. non dissentit à Platone in hoc. Alexander autem ut recitat Simplicius in secundo de cœlo & mundo est alterius opinionis, & etiam Cõmen. quod fuit discordia uera in hoc inter Platonem & Arist. & quod rationes Aristo. procedunt contra Platonem in hoc sensu, quod Plato opinabatur tempus esse uere generatum & etiam mundum, unde ad propositam contradictionem secundum uiã istorum isto modo est respondendum, nam Plato bene posuit motum inordinatum fuisse ab æterno, elementa enim secundum Platonem ante mundi generationẽ mouebantur motu inordinatò, sed Deus deduxit illum motum ad ordinẽ, unde in generatione mundi ex elementis simul dixit cœlum factum fuisse, & ipsum tempus, ut dicitur in præsenti tex. Accidit autem Platoni ut deducit bene Philosophus & Cõment. 12. meta. cõmen. 30. ut motus uiolentus sit prior naturaliter motu natura, & sequitur ut priuatio sit natura prior habitu, quia posuit motũ inordi-

natum æternum esse, sed motum ordinatum posuit esse factum, inordinatio autẽ est priuatio ordinationis, & ex hoc sequitur in uia Platonis motũ & mundum uere fuisse genitũ in tempore, nam quod deducitur de priuatione ad habitum non potest deduci nisi per ueram transmutationem & generationem temporalem, & hoc est quod pulchre notauit Cõmen. aduersus illos qui uolunt defendere Platonem illo modo prædicto, inquit enim in commen. 105. in primo cœli, quòd Plato male fecit in ponendo mundum esse generatum, sed non corruptibilem, hoc enim cum difficultate intelligitur de generatione, & maxime cum dixit quod efficitur ex non ordine in ordinem, & ideo ibidem cõmen. 106. dicit quod illud quod innatum est reperiri in tempore non inuenitur sine tempore, & quod non est natum inueniri in tempore non habet prius & posterius, nisi secũdum esse quod est de lineis cum figura & magis de rebus abstractis, quoniã si aliqua generatio fuerit ex rebus non temporalibus, tunc ille res non erunt priores, nisi in esse tãtum, si igitur intendebant cũ dicebant mundum esse generatũ, quia est ex causis prioribus in esse, erit uerum, sed uerba eorum non compatiuntur hoc, aut ergo peccant, aut hoc deuiat à ueritate, aut male docent. Et si cupis late uidere impugnationem istius opinionis, uide Auerro. in tertio cœli, in commen. 25. contra Themistium qui illo modo conabatur defendere Platonem, sat mihi fuerit osten-

dere tibi locum, cupio enim quo ad eius fieri potest breuis esse.

SCRIBIT Philosophus & Cōmen. quòd nō est necesse quòd si una collectio guttarum operatur in lapide primam operationem quae apparet in actu in alio tempore, ut illae guttae faciant medietatē illius operationis in medietate temporis, aut partes illarum faciāt partem illius operationis. Huius tamen oppositum inuenimus in.7.physi.in tex.cōmen. 36. ubi ostenditur quòd si aliqua potentia mouet aliquod mobile per aliquod spaciū in aliquo tempore quòd dimidiata potentia mouet medietatē mobilis per medietatem temporis. Nisi esset quòd ut scribit Alexā modus cōsiderandi mathematicus in multis deseruit Philosopho naturali, quia igitur Aristo. in septimo physi. loquitur de motu secundum generalem sui cōsiderationem, sic multa secundum imaginationem sibi competere possunt, quae tamen non competunt sibi applicato ad determinatum subiectum per formam naturalem quae est ratio fortitudinis & terminationis, ita in simili scribit Cōmenta. in sexto physico.cōmen.15 & quinto physi.cōmen.45. et hoc concordat dicto Cōmen. ibidem in cōmen.36. cum dicit & cum diuiserimus motum in duas medietates, & similiter motorem, tunc proportio motoris quae est medietas ad motum quod est medietas erit sicut proportio totius motoris ad totum motum, ut uniuersaliter declarauerunt geometrae, et

Cōtradi. in 8. physi. sup tex. 23.

consimilem dicendi modum de illis proportionibus dicit in cōmen. 38. Solutio igitur cōtradictionis in hoc cōsistit quòd sermo eius in septimo physico. uerificatur secundum uniuersalem considerationem motus quæ est secundum imaginationem, ut est in corpore mobili absolute, sed in. 8. physi. loquitur de motu augmenti, & de motu alterationis, & de cauatione lapidis qui sunt motus applicati ad determinatum subiectum determinatū per formam, & sic in talibus est deuenire ad unum in actu, quod totum simul acquiritur. unde etiam ibi consideratur motus & transmutatio nō ut sunt in tempore absolute, quia talis diuisio est in potentia & uadit in infinitum, & sic de hoc fuit consideratum in sexto physico. ubi fuit dictum quòd in motu & transmutatione non est dare primum, sed in. 8. physi. in loco allegato loquitur de motu & transmutatione, ut sunt in quāto, & quali, & ubi, & ista diuisio est in actu, & est finita, & sic est dare primum in actu, similiter ibi considerantur tales motus, ut proueniunt à motore naturali qui est finite uirtutis, unde Cōmen. ibidem dicit, non enim sequitur in alteratione si diuiditur alteratum in infinitum, ut propter hoc etiam alteratio diuidatur in infinitum, scilicet inquantum fit ab alterante, quod ideo ut mihi uidetur apposuit Cōmen. quia aliud est considerare alterationem, inquantum alteratio, & aliud inquantum prouenit ab alterāte, nam alterans agit per formam & uirtutem naturalem

quæ

quæ sunt terminatæ necessario, ut patet secũdo de anima contra Empedoclem de motu augmẽti tex. cõmen. 41. omniũ natura constantium &c. Et ideo subdit Cõmenta. ibidem quòd prima pars quæ fit ex alteratione est determinata necessario, & alterans agens ipsam est determinatum, & si prima pars quæ fit ex transmutatione non esset determinata, & agens transmutans ipsum non esset determinatæ uirtutis, tunc omnia sicut illi fingunt essent in continua transmutatione, & contingeret ut inter duas transmutationes sensibiles non esset quies media.

ARISTO. diuidit motũ per se in illud quod mouetur ex se idest per principium intrinsecum existens in eo, ut habentia animas, quædã uero mouẽtur ab alio, idest à principio extrinseco, ut sunt inanimata, & talia ut inquit Philosophus quæ mouentur ab alio duplicitur moueri possunt natura, uidelicet et extra naturam, extra naturam mouentur ut terra sursum, & ignis deorsum, natura uero ut ignis sursum, & terra deorsum, ubi patet de intentione Aristo. & Commen. fuisse grauia et leuia moueri ab extrinseco, Cuius tamen oppositum scribit Commen. in infinitis locis, ut secundo physico. cõmen. primo. & 3. & 7. physi. commen. 2. et 3. cœli commen. 28. & alibi infinities. Dicimus nos istam fuisse Aristote. indubitatam sententiam qui in quæstionibus arduis et difficilibus, ut inquit Themistius in primo de anima loquitur secundum

Cõtradi. in 8. physi. sup tex. 27.

proprietatem sermonis & nō per metaphoras, in hoc enim ipse in plerisq; redarguit Platonē. Dico igitur quod proprie illud dicitur motum per se ex se quod apparet moueri ab aliquo principio intrinseco nullo motore extrinseco sensibiliter mouente & sensibiliter concurrente ad talem motum, hoc autem est animalibus propriū, quia uidentur post perfectam quietem à principio intrinseco moueri non apparēte aliquo extrinseco motore sensibiliter excitãte aut mouēte illa, & hoc proprie apud Græcos dicitur motum ex se per se, tale autem nō uidemus accidere in aliquo inanimatorū, sed semper uidemus quòd aliquod exteriorū mouet ipsa, si enim moueantur de potentia accidentali concurrit remouens prohibens, & si mouentur de potentia essentiali cōcurrit generans. Et ideo cum hoc fundamento procedens Aristo. conclusit grauia et leuia in octauo physi. & etiam in quarto cœli & mundo esse de numero eorū quæ mouentur ab excepto motore. unde Cōmen. in quarto cœli et mundo, in cōmen. 25. inquit, in hoc capitulo uult perficere sermonem de modo motus elementorum & ostendere quomodo mouentur & determinatur, quòd non mouētur ex se in rei ueritate. sed ex extrinseco. Et hoc clarē elicitur ex uerbis tex. ibidē ubi Aristote. post longam perscrutationem finaliter conclusit, mouet autem et quod à principio fecit, & impedimentum remouens, aut unde resilijt quēadmodum dictum est in primis sermonibus in

quibus determinauimus quòd nihil horũ seipsum mouet, ubi expresse & clare patet utrobiq; & in 8.physi. & etiam in quarto cœli istam sine dubio fuisse Aristote. sententiam, quòd grauia & leuia et uniuersaliter omnia inanimata sunt de numero motorũ per se quæ mouentur ab alio, idest ab extrinseco, et causa (ut bene notat Auerro. in cõmen. 27. ubi uidit huiusmodi difficultatem & contradictionem) fuit, quia talia non mouentur ex se, nisi prius moueantur ex alijs, unde dicit & posuit ista moueri ex alijs, quia ista non mouentur ex se, donec moueantur ex alijs, ut post declarabitur, non igitur negat Aristote. quòd grauia & leuia habeant principium intrinsecum sui motus, sicut tenet Cõmen. in plerisq; locis, & ipsemet Philosophus, sed causa propter quam placuit sibi collocare in numero eorum quæ mouentur ab extrinseco dicta est. Et ista est sententia Philosophi sine dubio, in octauo physico. in textu commen. 27. quam repetit etiam in textu cõmen. 27. sicut uidere potes resolute. Cõfirmatur quia in tex. 29. ait quòd corpora simplicia ipsa à seipsis moueri impoßibile est, animalis enim est hoc & animatorum proprium, & facere stare posse ipsa secundum seipsa. idem clarißime legitur octauo physico. tex cõmen 27. ubi habet quòd motum ex se proprie est in mouentibus tantum, & in animatis.

ARISTO. ostendit motum localem priorem esse natura tempore & perfectione respectu Cõtradi. in 8.physi. sup tex. 55.

aliorum. Sed quod non sit natura prior elicitur ex sententia eius. 1. physico. tex. cōmen. 24. ubi contra Melissum ponentem unum principium & infinitū, & propterea immobile arguit Philosophus quod licet nō posset moueri motu locali quid prohibet, ut poßit alterari, igitur alteratio poteſt esse sine motu locali, & confirmatur per Themistiū ibidem dicentem quòd neque calefaciendis rebus, neq; frigefaciendis opus eſt loco. modo non eſt iſta conditio prioris secundum naturam, ut posteriora poßint esse sine eo ut patet quinto meta. cap. de priori. Nisi esset quòd argumentum eſt ad hominem, quia posito quod corpus aliquod esset infinitum occupans totum non posset localiter moueri de uno loco ad alium locum nihil uetaret illud posse, alterari, quia non eſt necesse, ut quod alteratur transferatur secundum locum, ut dicitur primo de generatione & corruptione tex. cōmē. 25. quia aliquid in eodem loco exiſtens alterari poteſt, & sic habet Philosophus intentum suum contra antiquos, nec hoc cōtradicit Ariſto. nam si non esset motus localis corporis cœleſtis nulla alteratio esset. Ipse enim eſt tanquàm una omnium natura conſtantium. 8. physi. tex. cōmen. 1.

Cōtradi. super eo. tex. ARISTO. habet quòd raritas & densitas principia sunt omnium paßionum, nam graue & leue, molle & durum, calidum & frigidum, raritates & densitates quædam esse uidentur. Huius tamen oppositum habet in secūdo de generatione & corruptio.

corruptio.tex.commen.15.et septimo physi.tex.cō.11.ubi dicitur quòd raritas & densitas sunt rerum qualitates insequentes calidum & frigidum.

Soluitur loquitur Aristot.in.8.Physi.secundum opinionem antiquorum, non secundum propriam opinionem, ut ostendat conclusionem quam intendit ibi probare secundum utranque opinionem habere ueritatem.nam opinio Aristo: fuit quòd principia transmutationis sunt quatuor qualitates primæ,ut patet in principio secundi de generatione & corru.opinio uero antiquorum fuit quòd principia transmutationis sunt raritas et densitas,unde secundum istos omnes passiones causantur ab istis,et quomodocunque sit, semper,ut deducit,sequitur, quòd motus localis præcedat alios motus, non curat autem ibi Aristot . quomodo se habeat ueritas,circa illud an.uidelicet generatio fiat, ut antiqui asserebant,an per uiam alterationis per quatuor primas qualitates, quia illa speculatio pertinet ad librum de generatione & corruptio. unde Aristo. primo physi.tex.com.49.dixit quòd magnum & paruum sunt secundum rationem,rarum autem & densum secundum sensum quod non dixisset nisi credidisset raritatem & densitatem insequi qualitates primas in solis sensibilibus generabilibus inuentas.

IN tex.com.74.habetur quòd cum motus augmenti & diminutionis sint oppositi non possunt esse continui, sed de necesßitate inter eos est tem- Cōtradi.in 8.physi.sup tex.74.

pus quietis,& ita uidetur poni tempus status inter motum augmenti & diminutionis. Huius tamen oppositum colligitur ex secundo de generatione & corru. in tex. cõ. 57. ubi dicitur quòd in æquali tempore est generatio & corruptio secundum naturam,& Commen ibi in com. expresse dicit quòd tempus senectutis est æquale tempori iuuentutis, ex quibus uidetur non dari tempus, status, medium. Dicamus nos quòd Aristot. ibi per tempus generationis naturalis aut iuuentutis intelligunt totum tempus profectus in quo. uidelicet res habet se in naturali dispositione, & sic in tali consideratione includitur tam tempus augmẽti, quàm etiam tempus status, nam propter quod unumquodque tale & illud magis, non enim motus augmenti dicitur naturalis, nisi pro quanto tendit ad finem naturaliter intentum & quæsitũ per naturam natura enim agit propter finem, & ideo tempus status est longè perfectus quàm tempus augmenti, unde Auicenn. in ca. de ætatibus, uult quòd illa ætas sit ætas pulchritudinis & perfectionis, quia in ætate consistentiæ solum potest homo habere operationes simpliciter naturales et perfectas, in qua ætate fuit crucifixus redemptor noster. Etatem uerò corruptionis & senij appellauit tempus in quo res tendit ad diminutionem quæ est uia ad nihil ut dicit Commen. 3. physic. com. 60. unde Aristot. ibi respiciendo ad uniuersalem causam quæ est motus solis qui per sex sta-

gna appropinquat, & per sex signa recedit, & sic est causa contrariorum illo modo uenatus est æqualitatem illam in temporibus generationis iuuentutis & profectus, & iempora corruptionis senii & defectus, sed per iuuentutem ut dixi intelligit totum aggregatum ex tempore in quo res uere augetur, & ex tempore status, quia totum istud tempus attestatur perfectioni, & sic inter iuuentutem & senectutem non datur medium, sed in octauo phy. & alibi aliter loquitur & magis in particulari in ordine ad actus animæ, unde tẽpus in quo plus reparatur quàm deperditur ex actione animæ & caloris innati tale dicitur tempus augmenti, tempus uero in quo æqualiter reparatur, sicut deperditur est tempus status, quando uero minus reparatur quàm deperdatur est tempus diminutionis, & sic inter augmentum & diminutionem datur quies media, impossibile enim est motus contrarios continuari.

Ista contradictio est notanda in tertio physi. in prologo Auerrois.

AVERROIS *d. quod in legibus non est uerum neque falsum. Sed hoc uidetur impossibile, nam omnis oratio et opinio quæ significat, aut opinatur aliter quàm est, est falsa, & si significat, aut opinatur, sicut est, est uera ex prædicamentis in capitulo de substantia. Nisi esset quod dictũ est sic intelligendũ quod opiniones legũ nõ sunt simpliciter ueræ, neq; simpliciter falsæ, quia famosum nõ*

põt esse ex toto falsum. unde Alex. dicit in lib. de Fato, quod huiusmodi opiniones quæ sunt famosæ apud omnes gentes, & sunt eædem apud omnes, sunt nobis naturaliter insitæ, pro hoc uide uerba eius in fine solutionis secundæ quæstionis, in tertio de anima com. quinto, ubi scribit quod ista intentio apparuit à remotis animam esse immortalem scilicet intellectum speculatiuum & quibusdã interpositis subdit. Et uniuersaliter ista intentio animæ est pars uera ĩ propõsitionibus probabilibus quæ dicũt animam esse utrumque scilicet immortalem & mortalem, probabilia enim impossibile est ut sint falsa secundum totum, & hoc apologizauerũt antiqui, & in repræsentatione illius conueniunt omnes gentes intelligas autem tu ista de lege sua, fallit autem hoc de lege nostra, quia tradita est ab illo qui est infallibilis ueritas. sic ẽt intelligitur dictum Philosophi de legibus suo tempore institutis, de quibus inquit in. 2. meta. tex. commen. 14. quantum uim habeat consuetudo leges ostendunt, in quibus fabularia & puerilia magis quidem ualent cognitione de eis propter consuetudinem. dicit enim Commen. quod plures opiniones scientiæ diuinæ ponuntur in legibus non ad sciendum, sed ad inquirendũ bonitatem. & causa in hoc est, quia hominum complementum, non completur nisi per congregationem, & congregatio per bonitatem, esse ergo boni est necessarium, & non est necessarium eos scire ueritatem:

ita etiam ſcribit Philoſophus in. 12. meta. in tex. commen. 50. multa iam adducta ſunt fabuloſæ ad perſuaſionem multorum, & ad opportunitatem multorum ad leges et conferens, unde Themiſtius in primo de anima. cap. 22. ſcribit quod Pythagoras fabuloſæ cōminiſcebatur tranſmigrationem animarum in corpora indiſcriminatim ad ciuilem aliquem uſum. unde Vergilius, primus in orbe deos timor fecit, ſapientes enim, ut inquit, Plato in Dialogo de morte, ut uulgus inſtituaretur, perſuaſerunt ſupplicia eſſe poſt mortem animarum in alia uita, & etiam Mahumeth obſeruantibus legem promiſit mel & lac. quicquid ſit de alijs, lex CHRISTI uera eſt, & pro ueritate mortuũ eſſe fatemur, et ueræ reſurrexiſſe qui iudicabit in ueritate omnem creaturam rationabilem.

In eodem prologo eſt contradictio in paucis uerbis, primo enim dicit quod à ueritate nunquã eſt impedimentum, ſed impedimentum ſemper eſt à falſitate, ſed parum infra dicit, quod qui prius audiuit leges, & poſtea philoſophiam, habet recipere ueritatem, quia qui habet conſuetudinem audiendi falſum, aptus eſt ut impediatur à ueritate. Soluitur ſermo eius ſic intelligitur quod impedimentum & malum ſemper eſt à falſo, nunquam à uero, quia bonum intellectus eſt ueritas, & falſitas eſt malum eius, & imperfectio, unde hoc declarat exemplum eius, nam ille qui conſueuit comedere panem qui eſt cibus tẽperatus & conue-


niẽs semper nutritur eo, & nunquam impeditur, quia eo nutriatur, sic ueritas semper perficit intellectum, per oppositum qui nutritur cibo non conueniente naturæ potest impediri ab eo ut non nutriatur, sic est de assuetis sermonibus falsis, quod isti non perficiuntur. Aut aliter duplex est impedimentum quoddam quod attestatur malo et sic ueritas non impedit, quoddam uero quod est mali destructio, & sic ueritas est impedimentum mẽdacij, quia destruit illud, & sic patet cõcordia.

FINIS.

Series chartarum.

ABCDEFGHIKLMNOPQRSTV XYZ AA BB CC DD EE FF GG HH II KK LL MM.

MM quinterniones, cæteri uero quaterniones.




C


A. PANDIMIGLIO - ROMA • LEGATORIA
1971

